


201
11 G
2

REI RVSTICAE

SCRIPTORES



SCRIPTORES
REI RVSTICAE

EX RECENSIONE

IO. GOTTLOB SCHNEIDER

CVM NOTIS



TOMVS QVINTVS

AVGVSTAE TAVRINORVM

EX TYPIS IOSEPHI POMBA

ANNO MDCCCXXX.



PRAEFATIO

AD VEGETIVM DE MVLOMEDICINA.

Vegetium Renatum comitem et socium Scriptoribus rei rusticae primus adiunxit, variisque in locis emendavit I. M. Gesnerus addita lectionis primae Editionis Basileensis auctore Io. Fabro 1528. varietate ex editione Io. Sambuci Basileensi 1574. et ex Codice Corbeiensi ducta, adiutus etiam ab eruditissimo medico Lipsiensi Io. Zach. Platnero, quem in rebus anatomicis et medicis consuluerat Gesnerus. Codicis Corbeiensis collationem, Gesnero a Io. Alb. Fabricio transmissam, his verbis indicavit eius auctor ignotus, nisi forte ipse Gudius is fuit, ex cuius librorum auctione liber ad Io. A. Fabricium pervenerat: *Contuli cum exemplari descripto ex MS. Codice Corbeiensis monasterii, tunc temporis Coloniae apud S. Pantaleonis deposito. Codex Corbeiensis optimae notae admodum antiquus literis uncialibus exaratus, lacerus tamen et hinc inde lacunis deformatus.* Eiusdem Codicis apographum a Petro Scriverio factum inter libros Vossianos servat publica Academiae Lugduno-Batavae Bibliotheca, unde descripta tria parva capita, quae annotaverat etiam, sed omiserat collationis Gudianae auctor, benevole mecum communicavit egregius Ruhnkenius. Ea posita reperies in varietate lectionis ad libri III. cap. 4. finem. Suspicari licebit ex hoc apographo, ductam esse varietatem Gudianam, quippe quam cum apographo Scriveriano ubique con-

sentire confirmavit mihi doctissimus L. Santenius, qui a Dav. Ruhnkenio rogatus librum ipsum inspexit.

Sed dicendum est antea de prima Vegetii Editione, ducta ex Codice pervetusto quidem, sed infinita depravatione foedato, quem ex Hungaria, ut videtur, transvexerat Heremannus Inclytus a Nevenare Comes, et Io. Fabro edendum tradiderat. Hic vero ipse ita de opera Vegetio impensa tradit in Praefatione: *Habeant itaque — Vegetium hunc nostro labore a vitiis propemodum infinitis expurgatum; quanquam sunt pleraque, quae absque autographo restitui posse non crederem; quae, ubi visum fuerat, vel obelo, vel asterisco vel alia quadam notula consignavimus. Nonnulla, licet immutatis vel verbis vel verborum ordine, sententias tamen plenas et intellectu faciles insinuare comperimus, quae lectoris iudicio immutanda vel corrigenda relinquimus.* Deinde constantem exemplariorum consensum memorans haud scio an improprie fuerit locutus. Vnum enim ab initio Codicem et exemplar nominaverat. Pergit postea: *Quaedam etiam cum vel variarent exemplaria, vel abundare viderentur, aut etiam vel parum vel nihil ad sententiam facerent, parenthesi interdum cinximus.* Commemorat denique Faber Antonii Codri de Vegetio iudicium, quod ubi positum, quamque Vegetii editionem an Codicem potius scriptum respiciat, ignoro.

Ioannes Sambucus quibus sit Codicibus scriptis usus, unde emendatum a se plurimis in locis Vegetium non immerito gloriatur in libri Dedicatione data Viennae Austriacae, ipse non dixit; suspicari tamen licet, eum libros scriptos bibliothecae Caesareae consuluisse, ubi inter libros Philosophicos et Philologicos n. LXXXI. annotavit Codicem Vegetii

membranaceum Seb. Tengnagel, monente I. A. Fabricio. In ipso tamen Editionis titulo est: *Ex tribus vetustissimis Codicibus varietate adiecta: unde infiniti loci addi et expurgari a quovis poterunt.*

Post Sambucum Vegetio animum adiecit operamque suam addixit Ioa. Rhodius, sed Editionem non perfecit. Nescio quo auctore I. A. Fabricius tradit, Casp. Bartholinum, Thomae filium, iam typographis dedisse Rhodii suasque ipsius observationes, eiusque operis iam primum folium speciminis causa excusum fuisse. Equidem in Th. Bartholini Epist. Medicin. Centur. IV. p. 154. haec de Rhodio verba reperio: *Possideo et eiusdem Rhodii Varias Lectiones notas et Lexicon in Vegetium Mulomedicum. Forsan manum his admovebo.* Codicis Vaticani et Medicei lectiones ipse Rhodius memoravit ad Scribonium p. 239. eademque de re laudavit Gesnerus Epistolas eius ad Heinsium scriptas atque editas in Sylloge Burmanniana T. V. p. 447. 449. 456.

Compagem huius libri Vegetiani multis in locis hiare male firmam iam admonuit Gesnerus. Primum enim libri tertii caput, alterum, tertium et quartum bis numerari; deinde libri quarti cap. 4. sect. 3 et seq. esse quasi introductionem totius operis, certe distributionem, quae vel principiis ipsis vel certe libri tertii initiis ex auctoris consilio conveniat; postea quae I. 19 et 20. habentur ea recurrere IV. 12. Denique titulum Corbeiensis Codicis nullam Vegetii facere mentionem, sed ibi esse simpliciter: *Digestorum artis mulomedicinae libri III.* Vnde arguebat Gesner, illum, qui operi huic indicem praeposuit, non sola Vegetii nobis dedisse videri, sed aliunde etiam, inprimis quae Columella de hoc

argumento habet, in unum corpus digessisse. Addit, ex ipsa etiam lectionis varietate apparere, minime religiose tractatum fuisse hoc opus, sed diversa exempla a suis dominis ita habita, ut non eius, quod a Vegetio scriptum esset, rationem haberent, sed quod ipsi convenientissimum iudicarent. Hinc Vegetianis medicamenta substituta esse, quae vel commodiora viderentur vel parabiliora.

Equidem primum operae pretium esse ducebam lectoribus ob oculos ponere seriem capitum in Codice Corbeiensi positorum et omissorum; simulque annotare numerum. Libri igitur primi caput 20, cuius argumentum copiosius repetitum exstat IV. 7. plane omisit cum sequente 21. in cuius extremis verbis *cum sanguinis* seriem repetit. Deinde in capitis 25. sect. 3. in verbis *caetera vitia* subito desinit atque sequentia capita omittit usque ad libri II. cap. 23. A libri II. capitis 6. sect. 1. verbis *papyrum iniicies* tertia est lacuna Corb. Codicis usque ad cap. 28. sect. 1. Quarta a capitis 30. sect. 1. *verrucis invenitur* usque ad cap. 37. Quinta esse videtur in cap. 4. sect. 2. usque ad cap. 43. ubi errore calami vel memoriae Sambuci marginem pro Codice Corb. nominare videtur Gesner. Sexta esse videtur a cap. 45. sect. 4. usque ad caput 63. Certe ab eo capite usque ad finem Corb. Codicis varietatem annotavit Gesner; a capite vero 45. sect. 4. omisit, nulla tamen lacunae nota apposita: *Libri tertii Praefatio cum quatuor sequentibus capitibus, quae de bobus agunt, constituunt librum IV Digestorum mulomedicinae in Codice Corbeiensi; in quo tamen et Praefatio et tria capita cum parte quarti desunt. Sed id, quod dixi, et ex iis, quae supersunt, et ex catalogo capitum, qui libro*

praemittitur, colligimus. Notandum autem est, quae hic in quatuor capita, in codice illo Corbeiensi in quadraginta quatuor capitula dividi. Haec sunt verba viri docti, qui Corbeiensem Codicem cum exemplo Gudiano comparaverat. Scilicet idem verbis Cap. I. sect. 11. *Nam primo ferro occisus* adscripserat: *Hic librum de cura boum incipit Codex Corbeiensis;* Nihil tamen inde deinceps varietatis laudatum reperi usque ad finem capitis 4, ubi iterum vir doctus ad marginem libri Gudiani: *Hic in MS. Corbeiensi sequuntur tria parva capita, et postea ex corpore Gargilii Martialis De curis boum alia novemdecim capita, quae omnia huc pertinent.* Haec tria parva capita, a Fabricio vel potius Gudiani exempli possessore excerptore omissa, ex Leidensi exemplo, olim ex Codice Corbeiensi pariter derivato, exscripta sub numeris capitis 45, 46, 47. posui in varietate extremi capitis de Cura boum. Gargilii Martialis novemdecim capita de Curis boum, a Perizonio olim descripta ex hoc ipso Codice, publicavit et Vegetio subiecit Gesnerus. Verum de ipso ordine, quo haec capita in Codice scripta legebantur, tacet Schoettgenii, qui a Perizonio acceperat, Praefatio; nec apparent capita ista novemdecim, sed fragmentum est in sectiones 23. dispertitum ab ipso, ni fallor, Schoettgenio, qui, de numero capitum ex Codicis elogio admonefactus, nec eum silentio praetermisisset, nec adeo in publicando Fragmento neglexisset. Maior et difficilior est quaestio de Capitulis istis 44, in quae dispertita dicuntur in Codice Corbeiensi capita quatuor prima libri tertii Vegetiani ex vulgari distinctione. Verum de hac re postea videbimus, ubi de Sambuci Codicibus dicetur.

Annotatum est etiam a Io. Fabro et Sambuco quae

ab initio quarti libri usque ad finem capitis 4. leguntur vulgo, non exstare in vetustiore Codice, adeoque pro uno sumi capite; itaque subsequens caput reputari caput secundum. Haec sunt ipsa Sambuci verba in margine libri, similia Fabrianis, quibus in exemplo Franziano manus docta adscripserat: *et sic quoque MS. Gothanus.* Ceterum a libri III. capitis 24. sect. 42. lacuna est in Codice Corb. usque ad cap. 25. s. 3. Libri quarti Praefationem ex Gudiano libro post Fabricium in Bibliothecae latinae Lib. III. c. 12. publicavit Gesner; nec in toto eo libro lacuna ulla annotata est ex exemplo Gudiano, quanquam a capite 28. usque ad finem nulla apparet Corbeiensis Codicis varietas. Atque omnino recte animadvertit Gesner, ab aliena manu accessisse quae cap. 28. usque ad finem leguntur. Vegetius enim, seu quisquis est libri auctor, eum his verbis sect. 8. capitis 27. concluserat: *Verum ne longior liber confusionem magis legentibus quam instructionem videretur afferre, modum plenum credimus faciendum.* Gothanus Codex desinit in libri IV. cap. 28. sect. 29. verbis: *quod satis est.* atque in fine adscriptum habet: *Explicit liber Vegetii de Marstalica.* Non omittam, quod Index capitum ex principe Editione repetitus libri quarti Capita 27. tantum numerat; reliqua his verbis indicavit: *Sequuntur medicamentorum genera quaedam ad finem quarti libri adiecta.*

Nunc de tribus Sambuci Codicibus videamus. In libro quidem primo pauca omissa annotavit Sambucus, nulla tamen Codicis nota separatim posita. Ita omittuntur l. c. 17. s. 14. verba *eryngion — penetrare dicuntur.* cap. 19. sect. 3. *et separatim — perfundi* cap. 22. s. 4. *consequenter — acutatam.* cap. 25. s. 4.

quibus — minuendus est. c. 33. *quia — privatur.* c. 45. sect. 5. *Ad matricis — ad bibendum,* quae omisit etiam Gothanus. De Sambuci libris monere omisit ibi Gesner. cap. 54. s. 2. *Succum — infundes.* cap. 56. sect. 37. In altero et tertio libro sunt multae magnaeque lacunae, quas ex uno alterove Codicum annotavit Sambucus, quas lector in varietate nostra facile ipse animadvertet. Quod si Sambucus Codicum suorum aetatem atque auctoritatem separatim aestimasset, et quid in quoque omissum repererat indicasset, melius et certius nunc constaret de genuina Vegetiani libri forma.

Sunt tamen in ipsis Vegetii libris indicia quaedam satis certa, et quibus veram voluminis formam librorumque et capitum descriptionem et ordinem agnoscere licet. Quanquam Gesnerus haec talia neglexit, quae curam eius magis utiliter quam medicamentorum et morborum interpretationes occupare potuissent, in quibus medicinae imperitiam non opus erat comparatione Hippiatricorum, quorum tamen Editione unica carebat vir doctus, celare, quod fere mihi in successione eiusdem provinciae evenit.

Primus igitur liber clarissime his verbis cap. IX. s. 6. definitur: *Nunc signis omnibus generaliter singulariterque digestis, singulorum morborum speciales propriasque curas oportet adiungere. Post haec de generali minutione singulorum et adustione docens concludam librum primum.* Postrema, in Codice aliquo Sambuci omissa, significant, Vegetium, ubi generalia praecepta de sanguinis minutione et urendi ratione et tempore tradidisset, concludere voluisse librum primum. Atqui factum hoc videmus usque ad cap. 28. in quo desinit liber primus, ibique sepa-

ravi primus verba et capita reliqua ad librum secundum relata. Cuius secundi libri initium satis ipse Vegetius signavit his cap. I. (ex vulgari ratione I. c. 29.) sect. 1. verbis: *Quaecunque passiones plus iumentis periculi inferre consueverunt et difficilioribus obscurioribusque indigent curis, has primo amplectimur libro, ut et facilius reperiantur quae in exordiis ipsis occurrent, et legentibus fastidium non possint adferre.* Vides, morbos illos septem, quos libro primo tractaverat Vegetius, scilicet morbum seu maleum humidum, aridum, subtercutaneum, articularem, farciminosum, subrenalem et elephantiosin ad minus periculosos et difficiles referri; usque nunc difficiliores in altero libro subiungi. Vbi quamvis Codex Sambuci *uno complectimur libro* habeat, manet tamen in *exordiis ipsis* manifestum indicium novi libri. Accedit cap. 28. ex vulgari vero ratione cap. 56. libri I. locus hic: *Obscuras difficilesque curas prima fronte digessimus, consequenter ad caetera pergentes: sed necessarium credimus ostendere rationes, ex quibus incolumitas iumentorum incorrupta servetur. Melius enim est diligenti studio custodire sanitatem, quam aegritudinibus praestare remedia.* Haec igitur *exordia haec prima frons* nullo modo convenit loco illi, quem in vulgaribus Editionibus caput primum libri secundi occupavit Editorum negligentia. Denique etiam secundi libri finem designavit ipse Vegetius his verbis capitis ultimi seu 36. (ex vulgari ratione 64.) s. 2. *Si liber*, inquit, *cui iam ponendus est finis, legentium non offendit auditum, sequenti volumine inchoantes a vertice usque ad ungulas ex diversis auctoribus enucleatas animalium publicabimus curas, ut ordo, qui a natura datus est, in medendi disposi-*

tione servetur, ne indigesta ac membrorum consequentiae repugnans pagina quaerentem confundat aut tardet. Habes descriptionem et consilium libri tertii, quem vulgares Editiones numero secundum habent. Prologum hic liber habet, et ex ordine partes singulas corporis tractat usque ad caput 46. ubi post scapularum et armorum laesorum curam subito ad genu, coxas, crura, articulos, gambas transit; deinde cap. 59, 60, 61, 62, 63, 64, 65. hoc est ad finem usque libri redit ad curam dorsi. Libro demum tertio (ex vulgari numerandi ratione) post curam boum, prioribus capitibus quatuor traditam, revertitur Vegetius ad dorsi, lumborum, renum, testium, genitalium, ani, vesicae curam usque ad cap. 17. Postea subito cap. 18. repetit de coxis et gambis. Cap. 23. de morbo alineato, malei specie, cap. 24. de roborosa passione, seu opisthotono, c. 25. de hydropicis, c. 26. de sarcosi, c. 27. de tympanite, c. 28. de lienosis, c. 29. de implecticis, c. 30. de phragmaticis, c. 31. de hydrophobis, c. 32. de Spasmo, c. 33. de Epilepsia, c. 34. de aquam removentibus, c. 35. 36. de sideratis, c. 37. de cruditate, c. 38. de bulimo, c. 39. de anhelitu, c. 40. de aestu, c. 41. de paralisi, c. 42. de ruptis, c. 43. de insania, c. 44. de plethora, c. 45. de pulmonum vitiis, c. 46. de orthopnoea, c. 47. de opisthotono, c. 48. de lethargo, c. 49. de morbo regio, c. 50 et 51. de cholera, c. 52. de colica passione, c. 53. de vomica, c. 54. de coriagine, c. 55. de syntexi, c. 56. de ictero, c. 57. de stropho, c. 58. de dolore iecinoris, c. 59. de ventris inflatione, c. 60. de coli vexatione, c. 61. usque ad c. 70. de vario tussis genere, c. 71. de scabie, c. 72 et 73. de vitiis a malo foeno et hordeo, c. 74. de fascino, c. 75. adversus

omnes morbos cavet, c. 76. cautio in dandis potionibus, c. 77 — 83. de morsu et ictu animalium venenatorum, c. 84. de morsu canis rabidi, c. 85. de noxa a stercore gallinaceo comesto. Ordinem igitur praeceptorum, in tertio libro inceptum, non solum in ipsa eorum serie eiusdem libri turbatum vides, sed adeo magno universi libri intervallo abruptum. Ne vero statim lectores inclament librariorum flagitiosam socordiam, intercedere quibusdam videbitur ipse Vegetius initio libri de Boum cura, ubi operis suscepti continuationem a civium et amicorum, morbos mortesque boum deflentium, querelis, dum mulomedicinae commentarios ordinaret, suspensam testatur. Verum etsi sic abrupta librorum est praeceptorum de cura et medicina equorum series potest satis commode defendi; haec tamen excusatio eam vim non habet, ut Disciplinae de cura boum sine ullo discrimine libri vel tituli liceat subiungere continuationem de cura equorum. Igitur primus praecepta de cura boum separata contuli in singularem librum, reliqua de cura equorum quinto loco numeravi. Ipsius libri quarti de cura boum capita separavi et numeris ex praescripto Codicum Sambuci notavi. Quamvis autem Corbeiensis Codex hanc de cura boum disciplinam in capita 44. descriptam habuisse dicatur, ex annotationibus tamen Sambuci maiorem quam 25. capitum numerum equidem colligere non potui. Postremum quidem capitulum Sambucus notavit ad initium capitis 18. reliquorum numeros ipse iis locis apposui, quibus diversarum curationum tractatio incipit. Potest autem fieri, ut in Codice Corbeiensi plura Columellae verba a Vegetio excerpta et in capitula diversa digesta olim exstarent, quae in reliquis exemplis incuria libra-

riorum deminutionem aliquam passa sunt. Cuius rei indicium non dubium exstare adeo in Gothano Codice annotatum reperies ad Cap. V. extrema verba.

Quemadmodum autem antea novae librorum primi, secundi et tertii, descriptionis auctorem ipsum Vegetium adhibui, ita nunc de quarti auctoritate licebit antestari Codicem Corbeiensem, in quo Praefationem libri tertii (ex vulgari ratione) cum subsequentibus capitibus quatuor constituere librum IV. Digestorum mulomedicinae iam supra fuit annotatum.

Extremo capiti 25. huius libri quarti Sambucus addidit, inclusa tamen uncis, quae ex Codice ducta credere oportet: *Rabiosis equis et canibus da bibere rasuram de iliermia et sanantur.* Vnde arguere licet, plura olim in quibusdam Vegetii Codicibus scriptis attexta fuisse iis, quae hodieque sub Vegetii nomine edita legimus. Testis etiam est liber Corbeiensis, ex quo tria brevia capitula descripta publicavi, eiusdem fere argumenti et pretii cum appendicula in fine cap. 25. prodita a Sambuco. His subiungit liber Corbeiensis farraginem medicamentorum ex Catone aliisque scriptoribus collectam, sed ineptiis multis et nugis superstitiosis inquinatam; cui homo male feriatus Gargilii Martialis nomen praeposuit, de quo fando forte inaudiverat. Verum Gargilium hortensiorum disciplinam praeceptis explicavisse novimus; de cura boum ab auctore fide digno scriptum eius proditum non legimus. Gestiat tamen et placeat sibi homo ineptus in sterquilinio suo. Nos capitula istaec, ut in Codicem sequebantur Vegetiana praecepta, statim libro Vegetiano de cura boum subiecimus, ne simillima argumenta contra fidem Codicis a lectore in locis diversis essent conquirenda et cum antiquiori-

bus scriptoribus comparanda. Adhuc breviter de oeconomia huius libri quarti dicendum est. Cap. I. providet sanitati boum, cap. 2. de morbis boum agit. Primum quidem maleum, quem in bobus *achanum* vocari ait, describit, eiusque initia observare et cavere docet; deinde sect. 12. noxas a concitatione et stercore suillo ut gallinaceo docet ad sect. 15. ubi subito sect. 15. ad mallei pestilentiam describendam transit, sed tam perplexa oratione, ut nescias de noxa sola stercoris suilli comesti cum foeno, an de solius mallei pestilentia loquatur. Cap. III. plures pestilentiae species enumerat, humidum morbum, siccum, articularem, subrenalem, farciminosum, subtercutaneum, elephantiosin et maniam seu insaniam, earumque medelas docet. Vides, eosdem septem morbos seu malei species tractari in bobus, quos in equis libro primo descripserat. Additur tamen octavus seu mania, quem sub alio nomine in equis descriptum reperi V. cap. 22. ubi *alienatus* vocatur, *maleus* et *orabus*, vel ut est in Corb. *arabus*, in Sambuci Cord. *aridus*. Sed redeo ad cap. 2. sect. 15. ubi mentio pestilentiae cum malei et noxae a comestione suilli stercoris ortae commemoratione connexa legitur. De pestilentia sola loqui voluisse Vegetium, atrocia signa docere videntur. Itque locum vitiosum et lacunosum esse merito suspiceris. Accedit locus Vegetii ex libro I. c. 17. initio, quem ex solo Gothano multo auctiorem dedi, cum antea de solo maleo traderentur, quae nunc ex lectione Goth. ad pestilentiam pertinent, et plane consentiunt cum iis, quae IV. sect. 15. perplexe ad noxam suilli stercoris referuntur. Pergo in serie capitum libri IV. de cura boum. Igitur cap. 4. cum sequentibus tractat morbos, qui singulis

animalibus accidunt, nec in alia transeunt; primum quidem cruditatem; c. 5. ranulas, c. 6. febrem, c. 7. veterem tussim, c. 8. apostema, c. 9. sanguinem ad pedes demissum, c. 10. claudicationem, c. 11. scabiem, c. 12. coriaginem, c. 13. phthisin, c. 14. palati tumorem, c. 15. cervicem motam, c. 16. laesionem tali et ungulae, c. 17. subtritos pedes, c. 18. armos luxatos, c. 19. cornua fracta, c. 20. ulcera vermiculantia, c. 21. ictus animalium venenatorum, c. 22. oculorum vitia, c. 23. epiphoram, c. 24. hirudinem pellit, c. 25. machinam ad continendam iumenta describit.

Praefatio libri VI. (ex vulgari ratione IV.) post ineptum satis exordium tradit singulorum membrorum et partium corporis equini notitiam: *necessarium*, inquit, *mulomedicis de ossibus, de nervis ac venis iumentorum universa perdiscere; neque enim curare rationabiliter potest, qui qualitatem rei, quam curat, ignorat.* Recte profecto et sapienter. At qui factum, ut nunc demum saperes, Vegeti, post scripta quinque mulomedicinae volumina? Haec quidem fundamenta omnis disciplinae iacere oportebat, iisque medicinam superstruere. Sed videamus quid quoque ordine praestiterit Vegetius. Igitur c. 1. ossa enumerat; c. 2. numerum mensuramque membrorum, c. 3. nervorum, c. 4. venarum numerum edit, c. 5. aetatis indicia docet, c. 6. cavet fraudem in equis permutandis vel emendis, ita, ut notas equorum pergentes doceat. Cap. 7. pars dimidia pertinet ad praecedens caput, inde male divulsa. Novi enim capitis initium satis manifesto signavit auctor his verbis sect. 3. *Studiosis equorum quae cura stabuli, qui alimentorum cultus, quae observationis solicitudo*

praestanda sit, primus ac secundus indicat liber. Nunc decursis omnibus his, quae huius artis doctrina poscebat, ad compositiones necessariarum potionum medicamentorumque descendimus, in quibus et explorata congessimus, et ea, quae non tam ad utilitatem curandi, quam ob caritatem emendi mulomedicorum cupiditas inflaverat, submovimus. Vides, ex libro primo et secundo laudari, quae hodie in primo reperiuntur solo, vel ideo in duos distinguendo, si scilicet Vegetius, vel quisquis est auctor libri VI, libros eos, quos hodieque habemus, tanquam a se scriptos respicit. Etiam in libri III. Prologo reperisse mihi videor indicium, quo idem auctor eiusdem et libri VI. comprobetur. Libri enim VI. cap. 7. initio legitur: *Frequens opinio est Barbaricis nulla adhibenda medicamina quod usque adeo naturae beneficio convalescant, ut eis nocitura sit cura.* De eadem re queritur libri tertii Praefatio: *Nuper vero exemplo Hunnorum sive gentium aliarum artis ipsius etiam usus intercidit; dum homines refugientes expensas barbarorum consuetudinem imitari velle se simulant, et incurata animalia hibernis pascuis et negligentibus calonibus dedunt. — Primo quod Barbaricorum animalium alia natura* etc. Ad conditionem vitae auctoris pertinet, quod est in capite 6. libri VI. *nos, qui per tam diversas et longinquas peregrinationes equorum genera universa cognovimus, et in nostris stabulis saepe nutrivimus.* Quae deinceps a cap. 8. libri VI. usque ad cap. 27. traduntur, partim ex anterioribus libris repetita sunt; multa etiam capita Codices Sambuci aut Corbeiensis omittunt. In capite hoc 27. ipse auctor libro finem statuit his verbis: *Verum ne longior liber confusionem magis legentibus quam instructionem vi-*

deretur afferre, modum plenum credimus faciendum. Itaque nec Corbeiensis Codicis ulla varietas ab eo inde loco annotata legitur, quia, uti par est credere, reliqua in Codice deerant. Denique in Editione principe postremis libri VI. verbis adscriptum legitur: *Sed haec vide lib. I. c.* 57. Vidit igitur ipse Faber, plura ex libris duobus prioribus in postremum hunc male collata fuisse a librariis vel studiosis lectoribus. Castior etiam hoc in loco conspicitur Codex Gothanus qui desinit in cap. 28. sect. 29. reliquas duas omittit, utpote aliunde repetitas.

Hic locus admonet me, ut de medicinae veterinariae scriptoribus pauca praeponam, antequam ad Hippiatricorum, quae hodie exstant, quorumque usus est praecipuus in emendando atque illustrando Vegetio, mentionem accedam. Nomina hippiatrorum et cteniatrorum illustrium pleraque omnia inseruit Catalogo scriptorum in Hippiatricis nominatorum I. A. Fabricius Biblioth. Graec. Vol. VI. p. 494 seqq. Graecorum antiquissimus Simon Atheniensis περὶ ἱππικῆς scripsit, quem initio libri sui de equitatu laudavit Xenophon, ubi Zeunius locum Hieroclis ex Hippiatricis posuit a Xenophonte translatum, alterumque Plinii 34. c. 19. ubi Simon de equitatu primus scripsisse dicitur. Vocabula aliquot ex libro Simonis annotavit Pollux in Onomastico, ubi II. sect. 69. refert Simonem taxasse Miconis pictoris ignorantiam, qui equi palpebrae inferiori pilos addidisset. Eiusdem Ἱππίατρον laudat Suidas sub voce σορίλλη, ex quo loco patet, venarum etiam equi descriptionem posuisse Simonem. Haud scio, an eiusdem sit liber, quem sine auctoris nomine περὶ ἱπποτροφίας laudat Hesychius in vocabulis παρώπαλα et σφυρήματα. Hoc mihi persua-

sum habeo, multa rei equestris vocabula in Hesychio, ex hoc fonte manasse, veluti *κινούρας, τοὺς κακούργους ἵππους.* quam glossam refero ad equum, qui in cursu caudam agitat, quod imbellis equi debiliumque lumborum signum annotavit etiam Alexander Aphrodis. et agnoscunt equisones nostri.

Epicharmi Syracusani de medicina pecudum libros laudat Columella VII. 3. 6. qui in eodem argumento aliquoties Magonem et Celsum nominavit. Celsum quidem medicinas veterinorum attigisse in libris rerum rusticarum existimo cum Bapt. Morgagnio, eundemque esse puta, quem laudant aliquoties Hippiatrica. Magonis sub nomine exstant hodieque remedia quaedam in Hippiatricis; alia ibidem leguntur, quae ex Magone duxisse se profitetur Columella. Ad eundem Magonem refero, quae pecorum magistris de medicina praecepit Varro. Qui Magonis libros in Epitomen redegerat Diophanes Bithynius, a Varrone nominatus, idem esse mihi videtur, quem nominant inter medicamentorum auctores Hippiatrica.

Apsyrtus Prusaensis, aequalis Constantino M. auctore Suida scripsit *ἱππιατρικὸν βιβλίον, φυσικὸν περὶ τῶν αὐτῶν ἀλόγων καὶ ἕτερα.* quae Eudocia p. 65. ita tradit: *ἔγραψεν ἱππιατρικὸν βιβλίον, καὶ φυσικὸν περὶ τῶν αὐτῶν ἀλόγων ἐν βιβλίοις τέτταρσιν.* ut iam olim admonuit Cangius in Indice Auctorum Glossarii Graeci p. 44.

Apsyrtum Hierocles laudat, igitur iunior eo, qui libros duos de cura equorum Basso inscripserat, ut ipse testatur Hippiatr. II. cap. 60.

Apsyrto aequalis fuit Hippocrates veterinarius, ad quem exstat Apsyrti Epistola in Hippiatr. p. 70.

Pamphilum, quem inter hippiatros nominant Hippiatrica, esse puto philosophum, quem de re rustica libros tres scripsisse refert Suidas.

Pelagonii aetas incerta est. Theomnestum aliquem medicum in Indice libri XXXIII. de metallis nominavit Plinius, qui num sit idem, quem inter medicos veterinarios referunt Hippiatrica, dubitari potest.

De graeca multorum locorum Vegetii auctoritate suspicatus iam erat Gesnerus, sed Hippiatrica latina tantum Ruellii comparare potuit, nec adeo ubique exemplaris graeci auctoritatem et sententiam in vitiosissima Vegetii interpretatione agnovit. Quare non debebat mirari P. Wesseling in Dissertatione inserta Actis Societ. Ienensis latinae Vol. III. p. 53. Hippiatrica non fuisse rite a Gesnero cum Vegetio comparata. Iniqui etiam esset interpretis viro anatomiae veterinariae omnisque medicae eruditionis plane ignaro imputare squalorem et sordes, quibus obsitus Vegetius hucusque iacuit. Fecerat vir industrius, quod saepius vellem fecisset, ut in dubitatione sua aliqua consuleret virum literaturae et medicinae peritissimum Io. Zach. Platnerum. Ipse tamen mihi tantum scientiae medicae et chirurgicae non tribuo, ut vitia omnia lectionum plane esse a me sublata putem. Zootomiae non plane ignarus viam stravi, qua propius viri docti meque peritiores medicinae inprimis veterinariae ad veram Vegetii disciplinam accedere possint. Hippiatrica igitur graeca diligenter comparavi, ubi plurima Vegetii capita integra, alia truncata, multa locis suis avulsa et discerpta, diversis etiam morborum nominibus inscriptis multa cum lectionis, ponderum et mensurarum varietate leguntur, quam vel omisi vel tantum indicavi obiter, nisi ad vitiosam Vegetii lectionem corrigendam facere mihi videbatur. Vtinam vir aliquis doctus Hippiatrica cum scriptis libris comparare atque inde vel corrigere vel



redintegrare suscipiat! Codicem suum Is. Vossius laudavit ad Hesychii Θέρμοπλα. Vide notam ad Vegetium II. 55. sect. 5. Hippiatricorum graecorum versionem latinam a scriptoribus medii aevi medicis laudari puto, ubi *Herodii de cura equorum librum* laudant, veluti Mathaeus Sylvaticus in Pandectis Medicis sub voce *Marmora* et *Siriasis*. Quae traduntur ibi de morborum vocabulis, plane eadem graece leguntur in Hippiatricis sub nomine Hieroclis, quod ab Arabibus in Herodium fuisse mutatum non levis est Conr. Gesneri suspicio in Bibliotheca p. 238. *Gerodium* nominat Simon Ianuensis in Codice Parisino apud Gallum Charpentier in Supplemento Glossarii Cangiani sub vocabulo *porus*, *ranulae* atque alibi. Librum manuscriptum *Erodei de medicina equorum* exstare in bibliotheca Monasterii Tusci, testatur Itinerarium Tozzetti T. I. p. 133. versionis germanicae.

Partem eam operis Vegetiani, quae vel ab ipso vel ab aliena manu repetita fuit ex Columellae libris, egregie ante Gesnerum tractaverat vir eruditissimus Bapt. Morgagni, cuius auctoritatem, a libris scriptis saepissime confirmatam, sequi quam verba plane obscura in oratione Vegetii relinquere et velut aenigmata lectoribus proponere malui. Aliquantum auxilii mihi attulit comparatio Codicis Saxo-Gothani, quam primae Editionis margini adscriptam moriens mihi benevolo animo legaverat *Franzius*, Medicinae Professor Lipsiensis, ubi inter multos calami errores latent interdum verioris et novae lectionis vestigia. Accidit tamen nescio quo fato, ut primi libri folia aliquot exciderent et perirent cum ipsa lectionis varietate ibi annotata, anteaquam liber in manus meas perveniret. Itaque operam dedi, ut ipsum librum

inspectum compararem cum locis illis, ubi me Franzianus liber destituerat. Nec defuerunt precibus meis viri doctissimi, Geislerus, Bibliothecae Ducali Gothanae praefectus, et F. Iacobs, cui curatiorem Anthologiae Editionem mox debebimus, sed statim ad me Codicem perquam humane transmiserunt tractandum, unde reliquam varietatem excerpsi, in qua magnum bonarum lectionum numerum cum insignibus aliquot lacunarum supplementis reperi. Codex est chartaceus, quem Catalogus Bibliothecae nominat p. 160. scriptus satis diligenter, ita, ut varietas lectionis saepiuscule in margine annotaretur; nec omisit admonere lectorem librarius, si quis locus in reliquis exemplaribus comparatis non exstabat. Prima pagina inscriptum habet: *Vegetius de Renacio*, nullo operis argumento addito. Ad latus rubrica adscriptus legitur *Vegetius*. Altera pagina Prologum exhibet sine titulo vel rubrica scriptum, quem sequuntur *Capitula* primi libri seu argumenta, separatim cum numero Capitum scripta, quae eadem ante singula capita repetuntur. Idem in reliquis tribus libris factum est. Extremo libro secundo rubrica adscripta leguntur haec: *Explicit liber secundus* 1488. 25 *Iulii*. Extremo libro quarto haec adiecit scriptor. Explicit liber Vegetii de Mastalcia. deinde sequuntur interpretationes ponderum, quibus in fine additum est: *Finitum anno domini* 1488. 4 *Augusti*. *Laus Deo.* Postea leguntur Glossae ex Vegetio excerptae cum hoc elogio: *Sinonimus istius libri secundum alfabetum*, in quibus fere meras hominis ineruditi nugas reperi, de quibus iudicium erit lectorum ex particulis illis quas hic illic excerptas apposui in Commentariis. Concludebant volumen *Nomina erbarum et gradus virtutum*

earum secundum alphabetum, quae non ultra literam S pertingebant, ineptiarum plena, nisi si quis forte nomina plantarum germanica animadversione digna existimaverit.

Posteaquam Hippiatrica et varias Codicum lectiones diligenter iam cum Vegetio comparaveram, humaniter mihi submisit ex Bibliotheca Guelferbytana amicissimus Langerus exemplum primae Editionis manu Matthiae Sladi, medici olim Amstelodamensis, passim notatum, ubi virum doctum multas Codicum lectiones divinando assecutum esse, et loca Vegetii plura coniecturis non ineptis tentasse vidi, quarum ex numero perpaucas tantum retuli in iis locis, quae scriptorum librorum ope nondum emaculari potuerunt.

In Crescentio nihil esse auxilii ad Vegetium aut Hippiatrica illustranda, recte admonuit Gesnerus, addens, melius Crescentio convenire cum Laurentio Rusio. Quin is Iordanum Rufum exscripsit, ut iam olim a Cangio monitum. De Iordano Rufo collecta posui, quae mihi nota tum erant, in Praefatione ad Friderici II. Librorum Reliqua de Arte venandi cum Avibus p. xv. quibus addo, quae postea comperi.

In Bibliotheca Taurinensi liber Iordani latinus MS. est, teste Brugnone p. 225. de Cura equitii, versionis germanicae, cuius describendi in usus meos spem fecerat mihi vir doctus, sed promisso non stetit. In hoc latino Iordano primum ferrei equorum calcei vestigium se reperisse testatur Brugnone. Versionem Italicam fecit Pater Gabriel Bruno dialecto Veneta dedicavitque Comiti Brandolino anno 1492. Editionem anni 1561. Bononiae factam forma quarta habet Catalogus Bibl. Colbertinae hoc titulo, *Delle Mascal-*

cie del Cavallo da Giordano Ruffo. Eandem Editionem nominavit *Henze* Verzeichniss veterinarischer Bucher p. 72. Bononiensem Editionem eandem memorat Camerarius in Opusc. de re rustica p. 54. sub nomine *Iordanis Rusti.** Alius Editionis hunc titulum posuit Brugnone p. 225. *Libro dell' arte de' Marascalchi per conoscere la natura de li cavalli et medicarli nelle loro infirmità et l' arte domarli composto per lo dignissimo Cavalier Giordan Ruffo Calaurese, nuovamente stampato in Vinezia per Francesco de Leno* 1563. 8*vo.* In Catalogo Biblioth. Thuaneae repetito Hamburgi 1704. Tom. II. p. 443. lego hunc titulum: *Iordani Rufi Calabri militis Liber de Cura equorum tempore Friderici II. Liber MStus in 4.to.*

Ipse Editionem Venetam anni 1563. tractavi beneficio Heynii mei. Laurentii Rusii Editionem latinam Paris. 1531. in folio laudavit Gesnerus, ipse Italicam Venetiis proditam 1559. forma octava comparavi. Rusius Iordanum exscripsit, quem tamen aliquoties laudat cum Maestro Mauro, aliunde mihi ignoto, c. 141. p. 83. c. 144. p. 89. c. 151. p. 94. Rusium contra Albertus Magnus in Equo exscripsisse videtur; nam habet quaedam, veluti de Lampisto morbo, quae Iordanus non habet; sed Rusius capite 66. *Lampasco ò la fava* vocat eundem.

In Crescentii Editionibus plerisque omnibus nomina morborum mire vitiosa obiter multis in locis correxi. Sed hoc non agebam in annotationibus ad Vegetium, ut Iordanum aut Crescentium interpretarer; sed multo magis optabam investigare fontes, unde Vegetius sua praecepta derivaverat. In qua

* Typothetarum errore procul dubio, nexuum literarum similitudine decepti. *T.*

opera felicius forte evenissem, si mihi copia fuisset inspiciendorum Hippiatricorum Vossianorum manuscriptorum, quae multo integriora vulgatis esse licet ex multis locis suspicari. Latent etiam in pluribus Bibliothecis Codices Hippiatricorum scripti, quos qui olim cum Editis comparare omnes voluerit, nae is multis in locis Vegetium rectius et corriget et interpretabitur, quam a me fieri potuit.

Cogitaveram etiam de copiis Io. Rhodii et Bartholini ex ipsorum patria expiscandis et in regia Hauniensi Bibliotheca indagandis; verum nullibi earum vestigium apparere responsum mihi est. Denique recentiorum Veterinariorum inprimis Gallorum scripta comparare omnia si voluissem, et me in novam et difficilem disciplinam demittere cognoscendam et cum Vegetio contendendam ausus essem, copia tamen librorum deerat, nec otium suppetebat, animus etiam quodammodo ab arte mulomedica mihi abhorrebat properanti ad alia, quae rectius et melius intelligere mihi videbar. Scribebam Francofurti ad Viadrum mense Augusto 1795.

VEGETII RENATI

ARTIS VETERINARIAE

SIVE

MVLOMEDICINAE

LIBRI SEX. (VVLGO QVATVOR.)

PRAEFATIO

Mulomedicinae apud Graecos Latinosque auctores
non fuit cura postrema. Sicut enim animalia post
hominem, ita ars veterinaria[a] post medicinam secunda
est. In equis enim ac mulis et adiumenta belli et
pacis ornamenta consistunt. Sed quoniam[b] minus 2
dignitatis videbatur habere professio, quae pecudum
promittebat medelam; ideo[c] minus splendidis exer-
citata,[d] minusque[e] eloquentibus collata docetur in
libros.[f] Licet proxima aetate et Pelagonio non defue-
rit, et Columellae abundaverit dicendi facultas. ve-
rum alter[g] eorum cum rusticae praecepta conscribe- 3
ret, curas animalium levi admonitione perstrinxit:

VARIETAS LECTIONIS ET NOTVLAE.

(a) Ita pro *veterina* C. m. S. (b) *quod* in S. *quo* C. (c) *(a)* ins. S. (d) *exercitat* C. (e) Ita pro *minus* C. (f) *libro scilicet* C. (g) *alius* C.

Latinos) Medicum equarium Herophilum nominat Valerius Maximus IX. 15. 1. qui in nomen Marii invasit, post Cesaris mortem occisus. Eundem *Amatium* Appianus, Civil. bellor. III. 2. *C. Amatium* Livii Epitom. 116. vocat; fugitivum Cicero Philipp. I. 2. Ergo servus fuerat.

Proxima aetate et Pelagonio) De Vegetii aetate si velimus hinc arguere, statim sequens Columellae mentio ad eandem *proximam aetatem* relati conatum impedit. Igitur aliunde et ex reliquorum scriptorum mentione tentabimus investigare Vegetii tempora. Quod autem de Pelagonii scripto addit, omissis signis causisque morborum eum tam magnae rei fundamenta neglexisse, argumento esse potest, plura capita, quae in Hippiatricis nomen Pelagonii inscriptum habent, alii scriptori esse assignanda, veluti pag. 126. de signis et causis letani: p. 136. de signis hydropis: p. 176. de signis bulimi, atoniae, febrium, opisthotoni etc. In loco p. 145. initium habet Πελαγώνιος Αρσίπῳ χαίρειν. p. 276. Λουκίῳ χαίρειν de colicis. ubi Celsus veterinarius laudatur.

alter omissis signis causisque morborum tam magnae rei fundamenta neglexit. Chiron vero et Absyrtus[h]

(h) *Assurius* al. *Apsyrtus* C. Vulgo *Absirtus*. (i) *de* ina. C.

Chiron) Eiusdem infra I. 17. 16. plures compositiones memorat, ubl vulgo addita verba *vero Centaurus* recte Sambuci Codex omittit; quanquam etiam Suidas Centauro tribuere videtur librum veterinarium. Ita enim ille; Χείρων κένταυρος, ὃς πρῶτος εὗρεν ἰατρικὴν διὰ βοτανῶν. ὑποθήκας δὲ ἐπῶν, ἃς ποιεῖται πρὸς Αχιλλέα, καὶ ἱππιατρικόν· διὸ καὶ κένταυρος ὠνομάσθη. Quae eadem Eudocia in Violario sic tradit p. 437. Χείρων ὁ κένταυρος τοῖς ἰατροῖς συναριθμεῖται, ὃς πρῶτος εὗρεν ἰατρικὴν διὰ βοτανῶν. ἔγραψεν ὑποθήκας δὲ ἐπῶν, ἃς ποιεῖται πρὸς Αχιλλέα, καὶ ἱππιατρικῶν, διό, ὥς φασί τινες, καὶ κένταυρος ὠνομάσθη. In Hippiatricis unum reperi locum p. 7. qui inscribitur Εὐμήλου ἤτοι Χείρωνος.

Apsyrtus) De eo Suidas: Αψυρτος Προυσαεὺς Νικομηδεὺς στρατιώτης στρατευσάμενος ἐπὶ Κωνσταντίνου τοῦ βασιλέως ἐν Σκυθίᾳ παρὰ τὸν Ιστρον, ἱππιατρικὸν βιβλίον οὗτος ἔγραψεν καὶ φυσικὸν περὶ τῶν αὐτῶν ἀλόγων καὶ ἕτερα. Kusteri suspicionem inter nomina duo urbium distinctionem ἢ interserentis non confirmat Eudocia, quae in Violario eadem tradit p. 65. Αψυρτος Πρ. Νικ. ἰατρὸς καὶ στρατιώτης. στρατευσάμενος ἐ. Κ. — Ιστρον· ἔγραψεν ἱπ. β. καὶ φυσικὸν περὶ τῶν ἀ. ἀλόγων ἐν βιβλίοις τέσσαρσιν. Difficile est de hac scripturae diversitate iudicare; sed in iis Apsyrti capitibus, quae reliqua habemus in Hippiatricis, exstant vestigia quaedam, unde coniecturam ducere licebit. Initio in ipso Hippiatricorum ita infit Apsyrtus: στρατευσάμενος ἐν τοῖς τάγμασι τοῖς ἐπὶ τοῦ Ιστρου — προσφωνῶ σοι, φίλτατε Ασκληπιάδη, τοῦτο τὸ βιβλίον ὄντι πολίτῃ καὶ ἰατρῷ μεγίστῳ, ἐν ᾧ μὴ ἐπιζητήσῃς λογιότητα ἀλλὰ τὴν ἐκ τῆς πείρας φυσικὴν ἐμπειρίαν ἐπίγνωθι. Ipse igitur testatur, se in legionibus ad Istrum positis militasse, et Asclepiadi civi et amico excusat eruditionis defectum; contra physicam peritiam usu collectam profitetur. Itaque in Eudociae loco scripturam ἔγραψεν ἱππιατρικὸν βιβλίον καὶ φυσικὸν π. τ. α. ἀλ. ita probo, ut de uno eodemque scripto interpreter, quamvis satis inepte addatur ἐν βιβλίοις τέτταρσιν post illa: ἱππιατρικὸν καὶ φυσικὸν βιβλίον. Forte fuit olim γράμμα scriptum ab Eudocia, ut commentarii Hippiatrici Apsyrti per quatuor libros digesti fuerint. Quem Constantinum intelligi voluerit notitiae auctor, ignoramus. Quo facilius autem ii, qui maiorem eorum temporum et accuratiorem cognitionem habent, aetatem Apsyrti constituere possint, nomina eorum, quos alloquitur Apsyrtus in diversis Hippiatricorum capitibus, collecta inde huc apponam. Asclepiadem igitur aliquem ἱπποτροφοῦντα iterum alloquitur p. 133. Sabinum p. 10. Διονύσιον τομέα p. 29. Ammonium Alexandrinum p. 33. Ammonium hippiatrum p. 129. ubi Auxanon hippiater obiter memoratur ab Apsyrto; porro Turannium Varronem p. 37. Achaicum Nicaeensem, ubi Eumelum hippiatrum obiter nominat p. 38. Sextum Numenium, simul Eumelum nominans, p. 39. Demetrium Pappum hippiatrum p.

diligentius cuncta rimati, eloquentiae inopia ac sermonis ipsius vilitate sordescunt. Praeterea indigesta 4
et confusa sunt omnia, ut partem aliquam curationis quaerenti necesse sit errare per titulos, cum de[1] eisdem passionibus alia remedia in capite, alia invenian-

40. Aspionem Alexandrinum p. 41. Hippocratem hippiatrum p. 50. Phlamaruntium p. 53. Caristanum Frontonem ibidem; Frontonem Valerium p. 183. Frontonem Ephesium hippiatrum p. 197. Iulium Frontonem centurionem p. 200. Verum Marcellum p. 57. Degmium Plasticum p. 60. Damnatum τομέα p. 64. Historicum hippiatrum, ibidem; Damam Laodicensem hippiatrum p. 65. eundem Damam Laodicensem ἑταῖρον modo vocat p. 240. Arcadiiten p. 70. Secundum hippiatrum p. 71. iterum p. 90. Orionem Alesandrinum p. 80. ubi in cervice emota improbat ipsum illud remedium, quo utitur Vegetius 4. 41. — Orionem Marcellum p. 234. Apellam Laodicensem hippiatrum p. 84. Epiphanium hippiatrum p. 88. Agathoclem hippiatrum p. 98. Aelianum p. 110. Numenium Callipoliten, Hephaestionis filium, p. 119. Sestum Numenium supra p. 39. Numenium Alexandrinum p. 153. Posidonium p. 134. Chaeream Alexandrinum p. 138. Himerium hippiatrum p. 140. Statylium Stephanum medicum p. 143. Hippiatrum simpliciter alloquitur p. 146. ubi nomen excidisse videtur. Aruntium Corinthium p. 147. Quintum Lollium Marullum p. 150. Antipatrum hippiatrum p. 152. Memnonem hippiatrum p. 154. Dium πολίτην hippiatrum p. 156. Sennam centurionem *ibidem*. Apolloniadem hippiatrum p. 158. Iulium Faustum decurionem p. 163. Artemam τομέα p. 164. Marcum Aemilium decurionem p. 175. Heracleonem chiliarchum p. 182. Hegesagoram medicum p. 186. Publium Cocceium Iustum centurionem p 194. Herodionem Alexandrinum hippiatrum p. 211. Iulium Saturninum decurionem p. 215. Bebium decurionem p. 222. Menecratem Clazomenium p. 226. Rufum Octavium p. 228. Papiam hippiatrum Antiochensem p. 237. Eudoxum τομέα p. 238. Caium hippiatrum Alexandrinum p. 243. Apollophanem amicum p. 246. Pasicratem Alexandrinum hippiatrum p. 247. Marcum Marium decurionem p. 253. Gallum p. 252. Tiberium Claudium Heraclidem Clazomenium p. 258. Postumium equitem Dacam p. 259. Marcum p. 260. Gaetulicum Severum p. 263. Celerem p. 270. Iudicium Vegetii de oratione sordida et eloquentiae inopia in Chirone et Apsyrto nec improbare nec confirmare quis hodie facile ausit, quoniam verba ipsa Apsyrti credere licet immutata et in compendium fuisse acta ab eo, qui concinnavit Hippiatrica, qualia hodie legimus, in quae quadrant, quaecunque Vegetius de Chironis et Apsyrti libris praedicavit: *indigesta et confusa omnia, ut partem aliquam curationis quaerenti necesse sit errare per titulos, cum de iisdem passionibus alia remedia in capite, alia inveniantur in fine.*

5 tur in fine. Additur [k] etiam quod studio lucri quaedam ita sunt compositae potiones, ut pretium enorme contineant, et curae taxatio animalis aestimationem prope videatur aequare: ut [l] plerumque aut parci [m] homines aut certe prudentes animalia sua casibus [n]
6 dedant, aut [o] damnosam curationem dissimulent. His et talibus rationibus invitatus, [p] cum ab initio aetatis alendorum equorum studio flagrarem, hanc operam non invitus arripui, ut conductis in unum Latinis dumtaxat auctoribus universis, adhibitis etiam mulomedicis, et medicis non omissis (nam mulomedicinae doctrina ab arte medicinae non adeo [q] multis discrepat, sed in [r] plerisque consentit) in quantum mediocritas ingenii patitur, plene ac breviter omnia epitomae digererem, et signa morborum omnium declara-
7 rem. [s] Nam si laus prima medicorum est genus aegritudinis in homine reperire, qui passionem suam et

(k) *Addetur* C. (l) *ac* C. (m) *pauci* C. (n) Ita pro *canibus* C. (o) Vulgo *aut a damnosa euratione* Corb. *et annos a.* m. S. *aut damnosam curationem.* (p) *inrit.* C. (q) Vulgo additum *in* om. C. (r) sic pro *in multis plurimisque* C. (s) Ita C. nisi quod *digerere— declarare* habet. Vulgo *epitoma congere-*

Conductis in unum latinis duntaxat auctoribus universis — plene ac breviter omnia epitomae digererem) Haec mihi vitii suspicionem non levem attulerunt. Quid enim audio? Latinos duntaxat auctores excerpsit Vegetius, qui Pelagonium, Chironem et Apsyrtum iuxta Columellam nominavit? Pelagonium et Apsyrtum graece scripsisse, ex iis saltem capitibus, quae in Hippiatricis servata leguntur, affirmare ausim, nisi is, qui farraginem istam postremis romani imperii aut Constantinopolitani concinnavit, latina transtulit in graecum sermonem additis interdum vocabulis morborum latinis ex primo exemplo. At saepius graeca vocabula adhibuit Vegetius; ut credere liceat eum graecos fontes non neglexisse. In Hippiatricis plures nominantur hippiatri latini, quos patrio sermone libros conscripsisse licet credere. Hos omnes aut ignorasse aut aetate antecessisse debet Vegetius. Celsus enim ipsum Columellam anteivit tempore. Equidem his me difficultatibus non expedio; poterit id forsean efficere, cui in Bibliothecis latitantes Hippiatricorum Codices integriores comparare contigerit!

manu potest et voce signare:[t] quanto magis in mulomedicina necessarium credetur[v] genus aegritudinis nosse, cum mutum[x] animal proprium non possit indicare languorem et ab imperitis ad opus aliquod laboremque cogatur, geminumque[y] subeat ex morbo et fatigatione discrimen, aut certe neglectum inveterata aegritudine nequeat sero[z] curari. Sic Mantuanus 8
poëta divino ore testatur, *Morborum*[a] *quoque te causas et signa docebo.* Absque dubio autem omnis cura nutabit,[b] si[c] genus passionis ignoretur.[d] Ex inani 9
persuasione illud generatur incommodum, ut honestissimus quisque erubescendum ac vile credat iumentorum nosse medicinam. Primum nullius rei scientia vilis est. Nam cum in[e] humanae vitae conversatione aliud fugiendum[f] aliud vero sequendum sit;[g] non est perfecta sapientia,[h] nisi quae[i] utraque cognoverit.
Deinde, quis aestimet erubescendum talem peritiam, 10
quae damna submoveat? Nam sicut incolumitas iumentorum habet lucrum, ita eorum interitus afferre videtur incommodum. praesertim cum mancipia, quorum plebeia curatio non putatur, saepe vilioribus pretiis quam equi vendantur aut muli. Postremo[2] sive 11
ad vehendos locupletes aptos, sive in circi contentione victores, sive in proeliis (ut ita dixerim) probatissimos bellatores, acerrimum studium amoremque constat habere[l] dominorum. Nec immerito voluptati natum animal aut[m] saluti gratiam meretur ab homine.

rem omissis reliquis. (t) *significare* S. (v) Ita pro *creditur* C. (x) Ita pro *sit animal et non possit proprium* Corb. (y) *Sic geminum sub.* F. (z) *sero* om. C. (a) *Morborumque et* F. ut nos ex Corb. ita org. Virg. Ge. 3, 440. (b) Ita pro *vacabit* C. qui tamen *nutavit*. (c) *se* Cr. (d) *ignori* C. forte fuit *ignores*. G. (e) *(in)* ins. S. et C. (f) *sit* ins. C. (g) *sit* ins. S. (h) Ita pro *peritia* C. (i) *qui utrumque* C. qui ab hac voce deficit usque ad I, 12, 1. *utroque cognito* S. (2) *(circa equos)* ins. S. (l) *esse* S. (m) Ita F. In margine ex MS. *animol* (*solutis*) F. S. (u) *licet ab*

12 Quis autem nosse curas iumentorum erubescendum
putet, cum optima iumenta habere gloriosum sit?
Quis vituperationi det id posse curare, quod laudi
13 ducitur possidere? Forsan ipsa opera mulomedico-
rum videtur abiectior, notitia autem curationis non
solum honestissimis, sed etiam disertissimis convenit,
ut provisione et ordinatione sollerti curatis animali-
bus, et damnis careant, et voluptatibus perfruantur.
14 Sed alii morbi sunt, qui ea tantum animalia, quae
occupaverunt, vexant: alii etiam [n] ab uno vel paucio-
ribus, quae pereunt, in plura, quae pariter stabu-
lantur vel aluntur, (et) [o] in totos saepius greges sae-
vissima contagione transmigrant, ut quamvis sanum
animal intra breve tempus, alienae aegritudinis af-
15 flante vicinia, repente depereat. Rectius est ergo
eorum prius morborum et signa et causas praedicere,
curasque monstrare, qui quodam transitu pluribus
nocent. nam adversus maiora dispendia, maiorem
16 sollicitudinem oportet impendi. Prima igitur iumen-
torum utilitas est domini, vel procuratoris, vel pasto-
ris ipsius amor atque diligentia. Comes enim semper
est affectionis industria: et incolumia [p] cupimus
quaecunque diligimus. Domita animalia aut praese-
pibus aluntur, aut pastu: indomita latioribus nutriun-
tur in saltibus. Quotidie ergo vel frequentissime
speculari convenit habitum iumentorum. nam dili-
gentibus morbus ipse se prodit.

uno S. et in margine, *licet ab uno coeperit, in plures, qui pariter in eodem stabulo aluntur et.* (o) Copula vulgo deerat. (p) (*semper*) ins. S.

ELENCHVS
TITVLORVM CAPITVM

Ex Editione principe repetitus, cum iis titulis, quos singulis Capitibus apposuit Sambucus.

LIBRI PRIMI.

LIBRI II.

17. De paracentbesi oculi. (in oculis S.)
18. De Lunatico oculo.
19. De Stapbylomate oculi.
20. Ad album de oculo tollendum.
21. De suffusione curanda per nares.
22. De diversis passionibus oculorum.
23. De strumis iumentorum.
24. De glandulis.
25. De pullaribus.
26. De fistula maxillae, vel de conficiendo collyrio fistulari.
27. De expositioue fistulae. (fistulari S.)
28. De tumore faucium vel capitis.
29. Si ex pletura (pletora S.) sanguinis fauces tument.
30. De intomatis, i. e. tuberibus. (De intomatis om. S. M.)
31. De lingua incisa.
32. De giugivis et dentibus.
33. De osse fracto.
34. De cartilagine narium si sanguis fluat.
35. De palato si vena se non clauserit. (incisa claudi non possit S. M.)
36. De genere et qualitate mucorum qui per nares fluunt.
37. De cuferino, (cyferiuo S. cuferino S. M.) i. e. cum post cursum sangnis de naribus fluit.
38. De polyposo. (polypo S.)
39. De siderato.
40. De observatione flebotomi. (et cervicum curatione S.)
41. De cervicibus.
42. De malandria, (Malandra S. M.) i. e. de vulueribus cervicis.
43. De distillatione cervicis.
44. De distillatione scapularum. (dissolutione S.)
45. De armis laesis.
46. De genu commoto vel basi. (emoto S.)
47. De fractura articuli, vel cruris, vel coxae.
48. De flegmone, (phleg. S.) marmore, sive mallunibus. (De tumore superiuris genu et tubere et phlegmone et marmoreo S. M.)
49. De aquatilibus et ozoenis. (De aquatilio S. M.)
50. De pedibus reumaticis, sive (*et* S. M. ventosis.
51. De impetiginibus.
52. De uligine. (id est dulcedine S.
53. De podagra iumentorum.
54. De orthocolis (articulosis S. M.) sive stilosis.
55. De pedibus et uugulis.
56. Si pulmunculum ad aperturam fecerit.
57. Si exungulaverit iumentum, (et si suffusionem pedum patiatur. haec omittit S. M.)
58. De pedibus attritis sive mollibus.
59. De dorso confirmando.
60. De dorso curando iam laeso.

LIBRI III.

45. De passione pulmonis.
46. De eieronica, vel orthotonico, vel ortholistophico. (De orthopnoico, id est, plagis rigido S.)
47. De opisthotonico, et empisthotonico. (De Epistotono S. Opistonico S. M.)
48. De lethargico.
49. De morbo regio.
50. De bili id est coleribus. (colera S. M.)
51. De bili arida.
52. De coli passione.
53. De vomica.
54. De coriagine. (cardiaca S. M.).
55. De stomachico. (sinthesi S. M.)
56. De icterico. (buginoso S. M.)
57. De atropho. (i. e. Tortionibus S.)
58. De dolore iecoris.
59. De inflatione ventris.
60. De intestini vexatione.
61. De tussi.
62. De tussi quae venit si quid faucibus haeserit.
63. De tussi ex perfrictione.
64. De tussi a colibus. (spiritualibus S. M.)
65. De tussi ab interioribus.
66. De vulsis.
67. De tussi quae ex humorum (humoris S.) acerbitate generatur.
68. (Potio addit S. M.) ad tussim siccam, vel (ad omittit S.) suspirium, (et arteriam exasperatam. omittit S.)
69. Ad vomicas (vomicam S.) et tussim. (Potio ad vomitum et t. S. M.)
70. De diversis potionibus (Diversae potiones S.) vulsorum et tussientium.
71. De scabie.
72. Si animal foeno malo laedatur.
73. Si hordeo malo laedatur.
74. Ad fascinum. (De fascinato animali. S. M.)
75. Remedium contra omnes morbos.
76. Si animal laedatur dum (cum S.) accipit potum. (potionem S.)
77. Si animal a venenatis bestiolis mordeatur.
78. Si bustrepem (buprestem S. M.) comederit animal in foeno.
79. Si vipera percusserit animal.
80. Si araneum (arenum S.) comederit.
81. Si sphalangius (phalangius S. M.) percusserit animal.
82. De mure araneo. (morsu muris aranei S.)
83. Ad ictum scorpionis.
84. De canis rabidi morsu.
85. Si animal comederit stercus gallinarum. (gallinae S.)

LIBRI IV.

1. De numero et positione ossium.

Sequuntur Medicamentorum genera quaedam, ad finem quarti libri adiecta.

De syncrisma, aliud.
De lippariis.
Traumatici compositiones variae, ad varia.
Caustici compositiones aliae ad diversa.
De malagmatis quibusdam.
Emplastrum quoddam.
De ceroto.
Fomentum ad tumores, vel quamlibet duritiam.
Potio hiemalis.
Potio aestivalis.

VEGETII RENATI

ARTIS VETERINARIAE

SIVE

MVLOMEDICINAE

LIBER PRIMVS.

CAP. I.

Continuo animal, quod valetudo tentaverit, tristius[a] invenitur aut pigrius, nec consueto utitur somno, nec solito se more transvolvit, nec requiem ut assumat[b] accumbit, nec deputatum cibum assumit
ex integro, et[c] potum aut intemperantius accipit, aut 2
omnino fastidit, stupentibus oculis, auribus flaccidis, erecto utitur[d] pilo: exhausta[e] sunt ilia, fit spina rigidior, anhelitus crebrior aut gravior,[f] os asperum et solito ferventius, tussis aliquando lenis, aut gravior, incessus ipse, quo maxime notatur, segnis ac
nutans. Cum huiusmodi signa in iumento unum vel 3
plura conspexeris, statim illud separabis a caeteris, ut contagionem non inferat proximis, et facilius in

VARIETAS LECTIONIS ET NOTAE.

CAP. I. (a) *moestius ingreditur* S. *continuo enim — moestius* Goth. (b) *sumat* Go. (c) *potum autem aut intemp. appetit* S. *accipit — fastidit* omittit Go. (d) Ita pro *visu*, *turpi* Go. *visitur pilo* S. (e) *fonte sunt ilia — rigidior, locus aliquis calidior — crebri* Go. (f) *os asperum — gravior* om.

4 solo[g] iam causa morbi possit agnosci. Si diligenter
habitum post unam secundam vel tertiam diem ab
illa moestitia[h] fuerit absolutum, nihilque resederit
in corpore ipsius, quod putetur ambiguum, scito ex
levioribus[i] causis illam venisse tristitiam, et animal
5 consuetudini pristinae[a] esse reddendum. Nec explo-
randi omittatur intentio. nam[l] frequentius inspici[m]
debet et cautius, quod semel coepit esse suspectum.[n]

II. Morborum quidem diversae sunt species,[a] sed
uno generali vocabulo continentur, quod[b] ab anti-
quis malleus nominatum est, ipsa appellatione vim
2 cladis periculumque testantes. Sunt autem species
mallei numero septem: humidus, aridus, subtercu-

F. (g) *solitario ab aliis* Go. margo. (h) *peste* Go. (i) *plenioribus* Go. sed margo *levioribus*. (2) omittit Go. (l) *quae* Go. margo. (m) *inspiciendum videtur* Go. (n) *spectandum* S. M.

II. (a) Ita pro *passiones* S. *ab occultis capitibus* addit Go. (b) *qui* —

Cap. II. *septem*) Ad hunc locum pertinet iudicium Galli Paulet ex libro *sur les Maladies épizootiques* Paris 1775. P. I. p. 71. *On peut reprocher à cet Auteur, de n'avoir pas distingué les chroniques des aigues dans sa division, de n'avoir pas parlé de la fièvre dont la nature caractérise sur tout les espèces de pestes. Malgré ces défauts, on y reconnoit la fièvre pestilentielle des animaux, une gale maligne, le soupir, la goutte; le farcin, la morve, la lepre des animaux; une paraplegie, une maladie comateuse ou le subeth des Arabes.*

Malleus) Hippiatrica p. 10. ὃ καλοῦσιν οἱ πολλοὶ μάλιν, τινὲς κατάῤῥουν, ῥωμαϊστὶ δὲ σουμπέριον. Ibid. p. 16. a colore subalbo muci effluentis, malin dictum affirmant. Aristoteles H. A. VIII. 25. asinorum morbum esse ait μηλίδα, melidem; vitium hoc in capite oriri, et per nares fluere pituitam rufam at crassam. Quod si ad pulmonem descenderit, occidere animal; sin vero in capite consistat, morte non inferre. Suidas in voce μαλιασμὸς asini morbum esse ait similiter, seu defluxionem per nares, et strophum. Neutrum morbum asinum effugere. Meminit etiam Hesychius in voce μαλίη et μαλίς. A colore rufo dictum puto. Infra II. 36. ex pulmone per nares effluere dicuntur mucores crassi spumosi et pallidi, cf. II. 10. (vulgo I. 38.) 3. contra rubentem (πυῤῥάζουσαι μύξαι Hippiatr. p. 298.) tenuem et frigidum provenire ex veteri perfrictione.

Septem) Quatuor ponit Apsyrtus p. 12. ὑγρὰ, ξηρὰ, ἀρθρῖτις, ὑποδερματῖτις.

taneus, articularis, elephantiasis,[c] subrenalis, farciminosus. Signa[d] omnium dicamus.

III. Humidus morbus est, cui de naribus pro mucis humor defluit male olens, et spissus, colore pallido. Huius[a] gravatur caput, oculi lachrymantur, et stridet pectus, fit gracilis, horrentibus pilis, tristi aspectu: quem profluvium atticum[b] veteres vocaverunt. Quandocunque[c] autem sanguinolentus humor vel croco similis per nares fluere coeperit, iam insanabilis est et vicinus morti.

IV. Aridus autem morbus his agnoscitur signis. Nullus ei per nares supra solitum humor emanat; suspirat tamen graviter, et nares habet extensas. ilia curvabit[a] intrinsecus, et contractionem spinae duri-

nominatus Go. (c) *elephantiosus — fercim.* Go. (d) *signa om. dic. om.* S. M.

III. (a) *Habet gravatum* S. M. *His* Go. (b) *atrum* S. *Superfluum viaticum* Go. (c) *cuicunque* S. M.

IV. (a) *cavabit* S. Go. (b) *hoc facile curabitur* S. M. (c) Ita pro *cubet*

Cap. III. *profluvium atticum*) *La morve* Gallis dictum morbum intelligi censet cum Schrebero Brugnone. Hippiatrica p. 12. ὑγρὸν λεπτὸν ὅμοιον ὕδατι. sed p. 16. ἰχὼρ φλεγματώδης εἰς τὸ λευκὸν χρῶμα μεταβεβλημένος — ἄνοσμος μὲν ὤν, εὐκόλως θεραπεύεται, δύσοσμος δὲ, δυσκόλως. Ab initio igitur asserunt, humorem aquosum et nullo odore effluere, eumque morbum facile curari, difficile autem, si humor odorem gravem contraxit ex ulceribus. Sed ibidem p. 20. est: ἀναφέρει ἐκ τῶν μυκτήρων δυσώδη, βήσσων καὶ ἀνασπαστικῶς τὰς λαγόνας ἀσιτεῖ. Atticum profluvium dici puto, quod malis hoc genus in asinis fuit primum observatum ab Atticis scriptoribus, ut paulo antea docui. Sed Sambucus *profluvium atrum* nominat, aliter Gothanus liber; et in duobus reliquis locis, ubi nominatur, I. 17. s. 18. et II. 10. s. 4. dubia est librorum scriptura.

Cap. IV. *Ilia cavabit*) Apsyrtus: διὰ μυκτήρων φέρεται οὐδὲν, τρῶγον δὲ καὶ πῖνον ἀπισχναίνεται τὸ ζῶον καὶ πέψιν οὐ λαμβάνει, αἵ τε ῥῖνες αὐτοῦ ἀνεῳγμέναι εἰσὶν, καὶ φυσᾷ βαρέως ἑλκόμενόν τε οὐκ εὐχερῶς, ἀλλὰ ὅλον συστρέφεται, αἵ τε λαγόνες περιτεταμέναι εἰσὶ τυμπανοειδεῖς, μετέωροι, καὶ ἡ βύρσα σκληρύνεται. Ait igitur, ilia tumescere, nares patere, coriumque indurari. Hierocles p. 15. addit: τὴν κεφαλὴν παρέησι, i. e. caput obliquum habet. Reliqua Vegetii signa *a testiculi* usque *ibi* desunt. Ibidem p. 17. est τὰς λαγόνας ἀνατέλλει.

tiamque patietur. testiculi eius ita substringuntur, ut apparere vix possint. cibi parcior, bibendi appetentior ultra morem. propter quod pulmone siccato, internum patitur ardorem. tensis oculis in obliquum respicit, nec[b] facile cubat.[c] Hunc[d] suspirium vocant, [et] insanabilem, nisi ab initio festina curatione subveneris.

V. Subtercutaneus morbus autem his proditur signis. Vlcera[a] in corpore eius scabiei similia nascuntur, ex quibus humor effluit liquidus et viridis, qui pruriginem movet, ut scalpere parietibus vel columnis animalia saepe fricare compellat, quo[b] ulcera corticem ducent.[c] Huic nec humor per nares emanat, nec anhelat, nec cibum recusat, nec respuit potum. propter quod diu vivit.[d] Et ideo si cura non desit,

Go. *cacabit* F. et S. margo. quod probabat Gesner, quia ad eam rem opus nixu pulmonum. *cubat* G. *cacabit* margo Fabr. (d) *Habens suspirium notat insanabile*. Goth. *suspirium insanabilem vocant*.

V. (a) Ita pro *vulnera* S. M. (b) *quae* S. (c) *durant* S. M. (d) Ita S. *vivet* Go. Antea *bibet*. Goth. etiam *cibum respuit et potum*. Idem verba *quod similia — tardius* omittit, deinde habet *sanare quia nevem nec gregi infert nec facile periculum patiatur a pestifera*.

Pulmone siccato) Apsyrtus adeo et Hierocles cum Eumelo pulmonem in destro latere rumpi aiunt et fieri equum pleuriticum, p. 42. et 45. Quare lectionem *cubat* nolui mutare cum libris in *cacabit*. Vulgo male legebatur *cubet*. Gesneri rationem vide in varietate positam.

Suspirium) Hippiatrica loco supra laudato generalim omnem malin aiunt appellari Romanis σουμπέριον. Diversus morsus iuncturarum est, quem Albertus p. 219. b. appellat *superos*, quasi dicas *Veberbein*. Ceterum post *suspirium vocant* interpunxi et copulam inclusi. Ceterum Gallus *Paulet sur les Maladies épizootiques* P. II. p. 476. ita: *Les Maladies épizootiques chroniques seches ou arides, qui sont vraisemblablement celles que Végéce comprenoit sous le nom générique de suspirium, sont des états directement opposés a ceux des maladies humorales ou plethoriques*, a nimia seri copia. *Nous ne connoissons que deux maladies de ce genre qui sont celles qu'on appelle la maladie de feu ou brûlure, et qui est peut être la même que le Soupir des anciens, decrite* p. 68. *de la Première Partie, et la consomption des iumens ou rage d'amour*, p. 429. *de la IIe Partie*.

Cap. V. *scabiei similia*) Hierocles p. 43. ἐξ ἧς συμβαίνει ψωρίασις.

ex hoc plurima iumenta liberantur. Quidam vero sca- 2
biem subtercutaneum morbum dicere tentaverunt, quod similia supradictis signis videatur ostendere, et contagionem transferre per proximos, et tardius sanari. Sed quia nec necem nec gregi infert facile periculum, a pestiferi illius mallei societate discretus est, et seorsum ab illa dicetur.

VI. Articularis autem morbus, quem ἀρθρίτην[a] Graeci vocant, per haec monstratur indicia. Interdum paucis, interdum plurimis diebus ab articulis claudicabit, ut aut ictu calcis animalis alterius percussus, aut negligentia impactus, aut saxo vel fuste videatur elisus. Sed haec solet esse distantia, ut[b] illa quaelibet laesio loco figatur: haec autem passio, quia erratica est, subito ad pedem alterum migrat. Praeterea ossibus astringitur cutis, et ad[c] tactum tractanti dura resistit. Rigescit[d] spina, corpusque contrahitur, pilus[e] 2
erectus et horridus, (ac) deformis aspectus, macie cito corpus affectum. et quamvis non recuset alimenta, nec curat, si desint: in dies tamen deterior fit et tristior, difficulterque[f] curatur.

VII. Farciminosum vocabulum ex genere passionis

VI. (a) ἀρθρίδην F. *Articen* supra sc. *artiae* Goth. In marg. al. *disiunctum*. Idem deinde *claudicat*. (b) *quod illa passio subito ad pedem alterum migrat*. S. M. *quod — passio grata erratica* G. (c) *odtactum* S. G. *od troctum* F. (d) (*in*) ins. S. (e) *pilis erectis et horridis* S. M. Deinde *oc* omitt. G. et *cito* post *macie* inserit. Postea *curet si desinit in die sonatur*. (f) *laborioseque* S. M.

Cap. VI. sect. 2. *in dies tamen*) Puto legendum: *nec curat tamen, si desint. in dies deterior fit* etc.

Cap. VII. sect. 2. *farcimino*) Legendum puto *farcimine*. Albertus XXII. p. 218. b. farcinam appellat: *quam quidam, inquit, vermem vocaverunt, eo quod superfluus humor in carne et cute foramina facit quasi foramina vermium*. Deinde curam subiungit. Lor. Rusio cap. 146. *el verme chiamato farsino* cum eadem cura habet. Hodieque nostri hippiatri eodem nomine appellant *den Wurm*,

evenit. Huiusmodi deprehenditur argumento. In la-
teribus et in coxis et in verendis[a] quoque partibus et
praecipue in iuncturis membrorum vel in toto cor-
pore collectiones[b] inflantur: rursumque his velut
sedatis aliae renascuntur: cibum potumque ex more
recipiunt, macrescunt tamen, quia digestio eis plena
2 non provenit. hilares aspectu sanisque similes cre-
duntur ab indoctis artis mulomedicinae, quia exterius
agitur causa: quibus imperitia artificum sanguinem
festinat auferre. Sed contraria ista curatio est. nam
affectis farcimino, quidquid superest virium, tollit.
In initio tamen, ne morbus increscat, vel in fine,
cum iam vires redire coeperint, emissio sanguinis
iuvat.

VIII. Subrenalis morbus non minus nomine, quam ipsa passione monstratur. Nam animal, velut[a] renibus laesis, a posteriori parte deficiens, prodit mortiferae necessitatis indicium. tussiet graviter, horrebit aspectu: cutis duritia ex spinae rigore proditur: parcius potum, parcius adpetit cibum. Huic, quia tota vis morbi possidet lumbos, a femoribus incipit prima[b] curatio.

VII. (a) Goth. margo *testiculis.* (b) omittit Goth. Idem *rursusque venit hic* suprasc. *veniunt. al. rufumque noluit.* Deinde *nascuntur — marcescunt.* (c) *extimat* Go. Idem *quicquid est virium — morbus marcescat.* In S. est *tollitur.*

VIII. (a) *in renibus laesus* Go. (b) *quietis curatio* Go.

Galli *farcin* antiquo nomine, cuius tria genera distinxit Gallus *Hurel.* Causas et curam accuratius tradidit Herrenquist, scrophulam farcimen appellans, in Actis Academ. Holmiens. Vol. 30. p. 347. vers. germ. Vermem vocavit Crescentius IX. 14. Sed ecce Hippiatr. p. 229. ubi Apsyrtus: περιττώματα δὲ λέγεται ὃ ῥωμαϊστὶ καλοῦσι φαλκίννηνα. εἰσὶ δὲ ἐκβολαὶ ἐν τῷ σώματι ὅμοιαι δοθιῆσι καὶ μείζονες καὶ πυοῦνται, καὶ ἔκρηξιν λαμβάνουσιν αὐτόματοι. Cf. infra c. 14. et Galli *Paulet sur les Maladies épizootiques* P. II. p. 319.

IX. Elephantiasis autem dicitur ex similitudine ele-
phantis, cuius naturaliter pellis dura et aspera mor-
bo nomen et in hominibus et in animalibus dedit.
Cuius signa haec sunt. In toto corpore uredo[a] nasci- 2
tur, praecipue in dorso squamas similes corticibus
facit.[b] In naribus, in pedibus etiam et in capite pa-
pularum fervor emergit, vel ozoenae asperiores
frequenter oriuntur.[c] Priusquam haec ostendantur 3
indicia, ventre soluto erit, et marcescet,[d] et aspere
tussiet. Cuius os totum cum lingua asperum et simile
creditur esse combusto:[e] quae passio pullis a matre
depulsis plerumque perniciem consuevit inferre.
Hunc diligenter curare cupientes, non[f] ante deforis 4
aliquo medicamento fovere contendunt, nisi prius
potionibus datis pestis[g] elevetur interior. Nam ex-
trinsecus capta[h] medicamenta morbum non eximunt,[i]
sed ad interiora compellunt, et hac ratione pericu-
lum generant. In animalibus eiusmodi morbo labo- 5
rantibus generalia ista sunt vitia: tussis aspera[2] et
crebra suspiria, spina contracta et rigida, macies
semper increscens, cum studium et alimenta non
desint,[1] demissior cervix, stupentes oculi, tardior
incessus. Nunc signis omnibus generaliter singulari- 6
terque digestis, singulorum morborum speciales pro-

IX. (a) *nigredo* Go. (b) *facit in pedibus et in capite pabularum f. emigrat velut ozenae* Go. margo: *ocienae.* (c) *oriundis* Go. (d) Vulgo *marcescit.* Go. *marcescat.* (e) *combustum* Go. (f) *non deforis ante* Go. margo: *alii non curare deforas.* (g) *pue evellatur interius* S. M. *evellatur mentior* Go. (h) Ita pro *cepta* coniec. Gesn. (i) *admittunt sed interius — generant in animalibus — morbo eodem* Go. (2) *asperior* S. M. *ista — suspiria*

Cap. IX. *Elephantiasis*) Goth. *elephantiones dicuntur — aspera, unde morbi nomen in hominibus.*

Vredo) Hippiatrica p. 21. ῥῆξιν δὲ τοῦ σώματος πανταχοῦ ποιεῖται, ὥστε ἑλκοῦσθαι μάλιστα τὰ ἄκρα ῥῖνας, χείλη, ὦτα — ἥ τε γλῶσσα συνδέδηται, ἣν καὶ προβάλλει ἕλκευκον καὶ παρὰ φύσιν ἄμορφον.

priasque curas oportet adiungere. Post[m] haec de generali minutione singulorum, et adustione docens, concludam librum primum.

X. Malleus[a] morbus si humidus fuerit, ita ut per
utramque narem virides defluant muci, inter[b] exordia
caput eius adhibita curatione purgandum est ita;[c]
Olei optimi uncias 3, liquaminis floris unciam 1, vini
veteris cyathos 3, sereno tranquilloque die pariter
commisces,[d] et cum tepefeceris, infundes in naribus.
2 caput religabis ad pedes, sensimque iumentum impeditum compelles[e] incedere, ut omnis humor emanet.
(ad siphonem[f] autem paulatim infundes,[g] non semel
3 a[h] cornu). Quod si sanguis postmodum coeperit fluere, nihil timendum, sed potius sciendum est, animal
legitime fuisse purgatum. Post quod sevum caprinum
resolutum oleo miscebis; sic infusis[i] naribus exulce-
4 rationis illius mitigatur asperitas. Radicem[2] quoque
laseris tunsam, et per fistulam vento naribus insitam,
ut sternutum provocet, adhibere commodum est.
5 Caput etiam extrinsecus auriculasque oleo calente[l]
diligenter perunges, et lana cerebro indita, ab omni
6 perfrictionis necessitate munies.[m] Nasturtii quoque

om. Go. (l) Ita pro *desinant* S. M. (m) Hinc ad finem omittit S. M.

X. (a) *Maleus* Go. (b) *intra* Go. deinde *capitis eius*. (c) om. Goth. (d) *commiscebis* S. (e) *compelletur* Go. (f) *scyphonem* S. M. (g) *infundens* S. M. *infundas* Go. (h) *ad* S. M. (i) *infusum* S. M. *exulceratione* Go. (2) *Item, accipe febrifugam et asari radicem, et fac pulverem, quem naribus per fistulum insuffla, ut sternutet. multum prodest* S. M. ex V. C. Go. omittit post vulgatum *tonsam* copulam *et*. (l) *calido* Go. (m) *frictionis n. munies murabis* Go. Vulgo *munibis*. (n) *seminis ad bibendum*

Cap. X. sect. 4. *naribus insitam*) Ex margine Samb. lege *insufflatam*. Sic infra V. 32. (vulgo III. 33.) 4. *et per fistulam naribus insufflabis* de eôdem remedio est.

Auriculasque) Infra V. 32. (vulgo III. 33.) *cerebrum quoque eius et auriculas pice liquida — largius perunges.* Sed III. (vulgo II.) 11. *ex hoc ei cerebrum et auriculas confricabis.* ubi Sambuci Codex inserit *inter auriculas*.

semen[n] bibendum dabis ex aqua. Praeterea potionem dabis, quae[o] diapente vocatur, et hac ratione conficitur: Myrrhae troglodytis[p] gentianae, aristolochiae[q] longae, baccarum[r] lauri, rasuras eboris bene tritas et cribratas aequis miscebis ponderibus servabisque. Exinde prima die[s] unum coclearium cumulatum cum 7
sextario vini veteris, secunda die unum et semis, tertia autem die duo coclearia[t] tepefacto mero aspersa et diligenti agitatione permista dabis ad cornu. Postea ex cervice de[v] matricali vena sanguinem detrahes, permixtumque acerrimo aceto, omne[x] equi corpus perunges, et contra pilum diligenter fricabis, ut[y] ad similitudinem glutinis adhaereat. iumentum

cum aqua immisces. Go. (o) Ita pro *qui* Go. deinceps vulgo *diapenton.* (p) Vulgo *Murrae* solum legitur S. M. *myrrhae troglitae.* (q) Vulgo *aristologiae.* (r) *bacca* S. vulgo *baccis.* Mecum Go. qui deinde *eque miscebis servabisque.* (s) *qua dederis* add. Go. (t) *iam iam* add. Go. deinde *asperso al. aspersa.* (v) *vel* Go. deinda *permixtum.* (x) *in omni parte corporis equi infundes* Go. *perfundes* S. M. (y) *ubi — inhereat* Go.

Quae diapente) Dedi quod volebat Gesner, et quod ipse Cap. 12. 4. semel ex libris posuit pro *diapenton*, altero vero loco male *diapenten*, reliquit. Formula eadem repetitur infra II. 36. (vulgo I. cap. 64.) et bis VI. (vulgo IV.) 8. sect. 6. et 8. Quod est in S. M. *troglitae*, reperiri etiam in Aetii libris μύῤῥαν τρωγλῖτιν, ex Salmasio ad Solinum p. 894. admonuit Gesner; et sic saepe Hippiatrica.

Baccis lauri) Rectius infra: *baccarum lauri, rasurae eboris paria pondera diligenter trita atque permixta.* In Hippiatr. p. 25. vocatur ἡ διὰ πέντε ἀντίδοτος, rasura eboris est πρίσμα ἐλεφάντινον.

Servabis) Scilicet ξηρίον inde factum, ut apparet ex Hippiatr.

Mero aspersa) Hippiatrica p. 278. eandem formulam ponunt, sed sumere iubent ita: ἀποζέσας εἰς οἶνον ῥίζας ὀξυσχοίνου καὶ πρασίου διηθήσας τὸν οἶνον ἐπίβαλλε τοῦ προειρημένου ξηρίου κοχλιάριον μεστὸν καὶ προπότιζε ἐπὶ ἡμέραις τρισίν.

De matricali vena) Haec vitiosa esse, patet ex istis, quae dicentur infra ad VI. (vulgo IV.) 42. 2. ubi doceo, de matrice sanguinem demere, Hippiatricis esse de *ventre*, ἐκ γαστρός. etsi Gesner *venas matricis* IV. 4. cervicibus assignari voluit. Quid? quod paulo post c. 43. 2. sequitur *de cervice hoc est de matricali vena.* Ego tamen malim utroque in loco legere *vel de matricali vena.*

8 quoque in loco calido constitues. Si cibum fastidit,
aestate[z] dumtaxat farinae hordeaceae sextarium unum
quinque sextariis aquae permixtum equo dabis in
potu. Triticeam quoque farinam simili mensura et
ratione offeres ad bibendum. Si autem fastidit, non
ideo[a] aliud dabis, quousque[b] hoc ex ista necessitate
9 sanitatem percipiat. De palato quoque postea[c] sanguinem detrahes, ut omni[d] ex parte, si qua morbus praegravare coeperit, relevetur. Scito, nisi diligenter occurras, hunc esse periculosissimum morbum. Nam cito in suspirium, hoc est, anhelitum transit, et spem omnem salutis excludit.

XI. Aridus vero morbus, qui et suspiriosus praecipue dicitur: et hic negatur a quibusdam posse
curari, propterea, quod phthisi, quae hominibus
mortifera est, similis invenitur. Quotidie enim macie
2 crescente exilior redditur, penitusque[a] siccatur. In
omni autem ratione medicinae facilius est, quae,
abundaverint diminuere,[b] quam quae videntur deesse
supplere. Salus tamen iumentis etiam in hac passione
3 praestatur, si inter[c] principia possit occurri. Sanguinem siccis detrahere contrarium est. Sed vino et oleo sufficienter admixto et tepefacto perungendum toto corpore animal est, ita ut caput et maxillae et[d] extrinsecus fauces eidem largius infundantur, et con-

(z) Ita F. et S. uterque in margine annotaverat *statim* receptum a Gesn. Mecum Go. qui *farinam ordiatiam sex. et quinque sex.* (a) *ideo* om. Go. (b) *quam hoc ex necessitate sitis* S. M. *quousque post extimas necessitate percipere* Go. (c) *postmodum* Go. (d) *omnem quam morbo* Go.

XI. (a) *pastusque* S. M. *penitus* Go. (b) *adimere* S. M. *de materiae* Go. (c) *in principio p. occurri velostes* Go. voluit *velociter* addere. (d) *et* om.

Aestate duntaxat) Restitui *aestate* pro *statim*, propter locum infra III. (vulgo II.) 7. ubi de cerebri morbis est: *Si hieme curaveris, farinam triticeam, si aestate, hordeaceam aquae frigidae ad invicem simul permixtam in potione praebebis.*

tra pilum usque ad sudorem diutissime confricentur.
Intrinsecus autem a prima die potione[e] curandum est.
Succum ptisanae, adipem suillum remissum, et amy- 4
lum[f] ex melle passoque decoctum per cornu in po-
tione dabis,[g] ut canalis gutturis eidem maxillarumque
compago laxetur, quam siccitas astrinxerat[h] morbi.
Quo facto, in loco calido stabit. Infusum hordeum 5
herbamque viridem, si inventa fuerit, debet[i] accipere,
ut omni ex parte periculosa ariditas temperetur. Con-
sequenter talis eidem[k] potio praeparetur. Passi opti- 6
mi sextarium unum, iridis Illyricae unciam unam,
piperis nigri semiunciam, croci scrupulum, myrrhae
troglodytis[l] semiunciam, pollinis thuris unciam unam,
ova cruda quinque pariter mixta prima die dabis ex
integro, ita ut per triduum ipsam misceas semper et
offeras, ut tam gravis morbi asperitas potionis dul-
cedine mitigetur. Post haec[m] melle, butyro, axun- 7
gia, salibus et picula,[n] offis pro aequa omnium por-
tione confectis, succo ptisanae ac passo involutis ad-
tinctum animal replebis, [et] die prima quinque
pilulas, sequenti septem, tertia die novem daturus
ex more. Expensis autem his, nec ungere cum vino 8
et oleo tepefacto desit industria. nam amarissimus
morbus cum sit,[o] aliter non potest nisi amaris potio-
nibus solvi. Contraria enim non nisi[p] contrariis me-
dicinis curantur. Potionem diapente,[q] sicut superius 9
monstratum est, non solum per triduum cum vino
sed per dies plurimos dabis,[r] ut tantum discrimen

Go. (e) *ratione* Go. (f) Vulgo *amilum*. antea *suilli* margo: *alii porci*. Go. (g) *damus* Goes. (h) *astrinxit* omisso *morbi* Go. (i) *debeat* Go. (k) *ei* Go. (l) *draganti* S. M. *Troglodytidis* coniic. Geso. vulgo *mirrhae trigonitis*. (m) *hoc* Go. (n) Ita ex coniect. Gesner. *pauul caophis* F. cum nota meodi, et Go. *piculam salem* S. M. margo Go. *alii paucula ospero*. (o) *est* Go. (p) *non nisi* om. Go. (q) Vulgo *diapenten*. Go. *dyopenton*.

10 possit evinci. Quod si gravior tussis et strangulans
urgebit, accipe fabae fractae sextarium unum, sevi
caprini uncias tres, allii[s] capita maiora tria permixta
decoques, et cum passo vel succo ptisanae hordea-
11 ceae tepidum dabis ad cornu. Quod si tardius pro-
fecerit ista curatio, ficus siccae pondera[t] duo diligen-
tissime tundis[v] in pila,[x] foenigraeci sextarium deco-
ques, quousque aqua ad medietatem veniat, post
colabis, et foenumgraecum in mortario cum ficu[y]
conteres. allii quoque uncias tres contundes similiter
in mortario, et tam rutae quam apii fasciculos ternos:
quibus omnibus pariter mixtis, diligenter tritis, addis
12 dracontii[z] uncias duas. Aqua in qua foenumgraecum
coctum fuerit, superfundis, potionemque facias, quae
per cornu possit effluere: quam etiam tussientibus
vel vulsis aut[a] ruptis animalibus per triduum dabis.
13 Sequens remedium ad[b] aridum morbum: Inter[c] nares
iumenta scalpello[d] secabis, et aquam frigidam per[e]
fistulam latam eius ori suppones, naresque ipsius[f]
assidue diebus plurimis merges, ut suspirium dista-
bescat in aqua. Potionem quoque ei quotidie dabis
14 huiusmodi. Succum ptisanae cum sevo[g] caprino de-
coctum, sextarium unum, sulphur[h] vivum, thus quo-
que masculum aequis ponderibus dcteris atque com-
misces: ex eo coclearea singula diebus singulis cum
ptisana permixta defundis ad cornu. Cum autem

(r) *dabis* om. Goth. (s) *scorodan* S. M. *allia* Goth. (t) *duas partes* S. (v) *tondis* F. *tunde* S. (x) *in mortarium. deinde addas alli gallici* (*ana-gallici* corr. Gesn.) *uncias III et tam rutae quam appii fasciculos ternos, quibus pariter in mortario missis et diligenter cantritis addas draganti uncias II et aquam in qua foenum graecum coctum fuerit, superfundens* S. M. Vulgo est *foenugraeci* ut paulo post *faenugraecum*. (y) *fico* Go. (z) *draganti* S. M. et Go. (a) *aut* om. Go. (b) *in* S. (c) *intus* S. M. *iumenti* Go. (d) *sagitella* S. M. (e) *fistula latiori* S. M. deinde *ei ori* Go. (f) *ipsas* S. M. (g) *sero* S. M. (h) *sulphur, vinum* F. *vinum, et infundis per cornu* S. M.

coeperit esse validior, de cervice sanguinem detrahes, additoque aceto animal perfricabis.

XII. Subtercutaneus morbus, cum[a] humor pestifer
inter[b] corium et viscera commeat,[c] hac ratione curandus est. Fistulam[d] ei facies vel cauterium, inter armos eius et ventrem loco consueto ad[e] mensuram incisa cute, die sereno, et si[f] spatium est, luna minuente, Indis[g] ut mos est, per quam omnis e[h] visceribus humor educitur,[i] coloris aurei vel crocei, languoris[1] tabe corruptus. Quae si minus[l] traxerit, radi- 2
cem herbae tithymali in[m] eodem[n] vulnere inseres septem diebus, quae residuum virus[o] educat. Est

XII. (a) *cui* S. M. *est*, *cui* Go. (b) Ita pro *intra* S. M. et Go. qui: *inter cutem et carnem vel viscera.* (c) *meat* S. M. (d) *fac incisionem* S. M. (e) *et mensura in ente* S. M. (f) *et sit lunaris incisio* S. M. (g) *fiat ad octo* Go. margo: *al. in dic.* (h) *de* S. M. et Go. (i) *deducitur* Go. A verbis *coloris* pergit MS. Corb. (2) *longiori* S. M. (l) *non bene laboraret* S. M. (m) *tytimali* F. *tytimallei in* C. *in* etiam Go. addit. *tithymalli* Gesn. Vulgo *in* deerat. (n) *impone* S. M. (o) *venenum* Go. (p) *unam helle-*

Cap. XII. 1. *fistulam*) Sagitta cutem cum peritoneo perforant Hippiatrica et noster infra II. 15 et III. (vulgo II.) 25 et 16. plagae deinde inseritur fistula centimalis in latere pertusa, per quam humor educitur. Cauterio locus hic nullus est. Ergo cum Samb. margine lego: *Fac incisionem inter armos eius.* vel *facies inc.* Hippiatrica tamen p. 138. in tympanitico equo ultimo loco cauterium etiam adhibent; et p. 136.

Inter armos) Infra in hydropis cura V. (vulgo III.) 25. quatuor digitis ab umbilico ad veretrum versus. Et sic Hippiatrica p. 134.

Ad mensuram) Quid sit vide infra II. 15. (vulgo I. 43.) sect 3. Verba deinceps posita *incisa cute* omitto, quoniam Sambuci marginalis lectio fuit antea probata.

Indis ut mos est) Prior editio Gesneri habet litera minore scriptum *indis*. Mentio Indorum sane inepta est in cura pervulgata; contra *fistulae centimalis* mentio desideratur hoc loco. Igitur malim *indes fistulam, per quam* etc. Nam antea fistulae et cauterii mentio nimis matura adeoque aliena erat. Igitur totum locum ita lego: *curandus est. Inter armos — minuente, indis fistulam, ut mos est.*

Languoris) Malim cum Samb. margine *longiori*. Infra in cura tympanitis equi cap. II. 15. limpido lotio similem humorem vocat.

Tithymali) Cuius radicem tusam cum hydromelite hydropicorum aquas deducere potam ait Dioscorides 4. 165 et Plinius 26. s. 73.

et aliud remedium. Radiculam, quam [p] quidam consiliginem vocant, quidam pulmonaceam,[q] qua mulomedici frequenter et [r] bubulci utuntur, in pectore animalis hac aegritudine laborantis eatenus [s] pones,
3 ut acuto cuprino [t] circines locum. Postmodum [v] perforato corio radiculam interseris.[x] quae ibidem [y] sponte tamdiu permanebit, quousque cutis, quatenus cuprino [z] fuerit signata, decidat in putredinem versa, et a toto corpore ad illum locum humor trahatur,[a] et
4 per vulnus emittatur. Hinc [b] potionem [c] diapente superius designatam cum vino veteri optimo per triduum, vel si necesse fuerit,[d] per dies plurimos dabis. Apium quoque viride et baccas lauri, vel [e] istae

bori nigri perforato corio inseres, quae ibidem sponte sua permanebit, quousque cutis signata decidat in putredinem versa. ex toto enim corpore ad illum locum humor attrahitur et per vulnus emittitur S. M. (q) *pulmoniciam* C. (r) et *bub.* om. C. (s) margo Go. *al. ea tenera.* (t) *cyprino* G. (v) Ita pro *Postea* C. et Go. (x) *inseras* C. *inseras et insuas* Go. (y) *suta* add. Go. voluit *sua.* (z) Ita pro *cuprino signata in putred. sit versa.* Corb. nisi quod *cypro* habet. *cipro fuit signata.* Go. (a) *attrahitur* C. post *emittitur.* (b) *Huic* S. M. (c) *sup. design. quae vocatur diapente* S. M. et C. Vulgo *diapenten.* (d) Ita pro *necessitas erit* C. *erit* om. Go. (e) *folia* inserit

Consiliginem) Lectio marginis Sambuci helleborum nigrum interpretatur. Recte. Plinius 25. s. 22. hydropicorum ventri imponitur cum farina hordeacea et vino. Ceterum vide ad Columellam VI. 5. 4. Helleborum album in pectore arthritici equi imponunt Hippiatrica p. 44. Ad oculorum albuginem Hippiatrica p. 43. narrant quosdam τρυπήσαντας περόνῃ τὸ οὖς ἐλλέβορον ἐντιθέναι, ἢ τὸ ὑπὸ τὸ μῆλον δέρμα τρυπήσαντας τὸ αὐτὸ ἐντιθέναι· εἴη δ᾽ ἂν ἐλλέβορον τὸ ἰδιωτικῶς καρπίον καλούμενον. Eadem p. 96. Pelagonii curationem orthopnoeae habent: διὰ καρποῦ ῥίζαν τοῦ μέλανος εἰς τὸ στῆθος ἐπιτίθει ἢ καὶ εἰς τὰς τῶν ὤτων ἀρχὰς ἢ καὶ εἰς τὰς τῶν μυκτήρων, δι᾽ ὧν πᾶσα ἡ νόσος ἐκβληθήσεται· unde satis cognoscitur, helleborum nigrum et album in his curis adhibitum fuisse. Gesnerum, posteriore in loco διαπύρου corrigentem, in Equo p. 498. non sequor; mihi enim magis καρπίου placet.

Signata, decidat) Lectionem Corb. posui, postulante re ipsa, ut ducebit locus Columellae, et nostri IV. (vulgo III.) 2. 24.

Apium) Plinius hippomarathri radicem, cum vino coctam, hydropicis dat 20. s. 96.

res si non invenirentur,[f] lauri et cucumeris silvatici[g]
folia per partes minutissimas concides, hordeoque
miscebis, ut[h] animal languidum,[i] sicut et potione
diapente, ita ex cibo sentiat medicinam. Huic[k] tamen 5
aquam tepidam cum farina hordeacea vel triticea dare
te convenit, et in[l] loco tepido stabulare. Nam frigus
humoris[m] augmentum est, et[n] rheumatis. Cibum
quoque magis siccum quam viridem in hac passione
debet accipere, et[o] exerceri vehementer, ut[p] sudore
siccetur humor infestus.

XIII. Articularis morbus his declaratur signis.[a]
Claudicabit alternis[b] pedibus, modo prioribus modo
posterioribus, et quasi tumor eidem in articulis circa
coronas vel certe in genibus apparebit. propterea
quod pestilentia morbi corruptus sanguis nervos et
venas implet et[c] laedit atque debilitat. Huic sangui- 2
nem primo de cervice, hoc est, de matricali vena,
detrahes: quem aceto acerrimo permixtum per[d] to-
tum animalis corpus induces, ita, ut illa[e] loca, quae
vexata sunt, diligentius ungas.[f] quia creditur sanguis
emissus e corpore et corpori rursus cum aceto inpo-
situs[g] vitia morbosa siccare.[h] Quod si vel[i] in genibus 3
vel articulis se morbus ostenderit, de eisdem locis

S. *vel si ista inveniuntur folio et cucumerem silvaticum per portes* C. (f) *baccae* add. S. (g) *anguinei* Go. deinde pro *folio* S. M. *rodicem*. (h) *et animoli languido pro cibo dabis, sicut potionem diapente pro potu. Huic tamen* S. M. (i) *longuidum* ex C. addidi. deinceps *ex potione* C. *diapenton* F. Go. (k) *Hinc* Go. (l) *in* om. C. (m) *humorem auget* S. M. (n) *et rheum* om. C. (o) *et* om. Go. (p) *in* addit Go.

XIII. (a) *indiciis* C. (b) *pedibus diversis* C. *ped. diversius* S. M. *de ped. prioribus diverso modo et quasi* Go. (c) *et laedit* om. C. (d) *totum animal corpus per totum* Go. (e) *illa* om. C. (f) *unguas* C. (g) *adpositus* C. et Go. (h) *habere* addit Go. (i) *vel* om. C. (k) *id est albam cimoliam*,

Cucumeris) Elaterium ipsum bibi iubet Plinius 20. s. 3. Infra V. 24. (vulgo III. 25.) in curatione hydropis radicem et folia dat Vegetius.

sanguinem detrahes, cui adiicies cretam [k] cimoliam, id est, albam, urticae[l] libram, tres sextarios aceti, cimini triti libram, resinae frixae libram, picis liquidae libram, salis communis pugillum, stercus [m] bubulinum recens, quantum creditur posse sufficere. ex hoc ubicunque tumor apparuerit, diligenter sae-
4 pius illinies.[n] De palato specialiter sanguinem detrahes, ne contagio caput occupet. Ab armis quoque deplendum [o] est, si in [p] prioribus pedibus claudicatio [q] apparuerit. Vel certe de coxis auferendus est san-
5 guis, si a posterioribus coeperit claudicare. Dabis quoque ei [r] potionem adversus omnes morbos probatissimam.[s] Centauream, absinthium, peucedanum,[t] serpillum,[v] sagapinum, betonicam, saxifragam, aristolochiam rotundam. haec omnia aequis ponderibus
6 tundes [x] diligenter et cernes :[y] si febrit [z] animal, cum aqua; si vero [a] non febrit,[b] cum vino optimo dabis;[c] ut singulis diebus per sextarium vini vel aquae tepidae cocti praedicti [d] medicaminis singula [e] maiora coclearia plena et cumulata commisceas, et per fauces degeras;[f] ut amaritudinem morbi herbarum amaritudo compugnans possit expellere.

XIV. Farciminosus autem morbus a [a] similitudine farciminis appellatus est: quia velut per[b] fistulas quas-

aceto sext. III. usti aeris lib. I. cyminum tritum lib. 1. *resinae* C. *cimoliam, aceti sextarii III, item lib. unam cimini triti, vel lib. unam resinae vel picis liquidae lib. I. salis* etc. S. M. ubi verba *usti aeris* pro *urticae* probabat Gesner. (l) *p. lib. III. sext. aceti exstinctam, cimini* Go. (m) *ster. bub.* om. C. (n) *interlines* Cr. *linies* S. M. (o) *desplendus* C. *sanguis detrahendus* S. M. (p) *de* C. (q) *clodinem* C. (r) *eidem* C. (s) *Herbam* addit C. (t) *peuchidanum* C. (v) *serp. sag.* om. C. et deesse in MS. notat S. M. contra Goes. interserit: *parvae ydamuris.* (x) *tondes*, *tonde* S. (y) *cribra* S. M. (z) *febriunt animalia* Cr. (a) *vero* om. C. (b) *febriunt in vino optimo, ita ut* Cr. (c) *ita* Go. (d) *praedicti* om. C. *cocti* om. Go. (e) *unum cochlearium maius miscens* S. M. (f) Ita cum C. Gesn. *digeras* F. S. *immittas* S. N.

XIV. (a) *ad similitudinem* C. (b) *fistulis quibusdam* C. deinceps *corru-*

dam inter cutem et carnem corruptus humor emanat,
et per totum corpus collectiones plurimas facit, et
aliis velut minuentibus aliae rursum nascuntur. Haec[c] 2
passio licet contagiosa sit, facilius tamen inter[d] prin-
cipia curabitur, quia interna[e] eorum adhuc sana
sunt, sed corruptus humor ex morbo inter cutem[f] et
carnem versatur. Huic tamen[g] in initio tantummodo,
antequam incipiat marcescere, aut in fine, cum iam[h]
bene fuerit reparatum, detrahendus est sanguis. Nam 3
in media passione si flebotomia[i] uti volueris, aegro-
tum animal nequaquam[*] curabis. Sed collectiones
quascunque fecerit, inuri rectis cauteriis convenit;
et ut efficacius prosint,[l] cuprinis cauteriis est uten-
dum. quae vulnera pice liquida, admixto oleo et
melle, curantur. Potiones catharticas vel nimis 4
amaras debet[m] accipere, id est, diapente[n] cum vino,
sicut superius dictum est, quae[o] ad omnia genera
morborum animalium efficaciter prodesse consuevit.

ptus om. Go. (c) Ita pro *Sed* C. et S. M. (d) *in principio curatur* Go. *curatur* etiam C. (e) *interiora* S. M. (f) *carnem cutemque* C. (g) *etiam initio antequam* S. M, *in* om. Go. (h) *iam* om. C. deinceps *temperatum* Go. (i) *flebotomum uti circa eum si volueris, aegrotum animal evirabis. Sed si coll.* C. (2) pro his Go. *paiorabis.* An *peiorabis?* (l) *prosit cypr. caut. studendum* C. In Go. corrigitur *urendum.* (m) *oportet* C. (n) Ita pro *diapenten* F. S. dedit ex Corb. Gesner. Verba *cum vino* om. Go. (o) *quod* C.

Cap. XIV. *Velut minuentibus*) Supra c. 7. *his velut sedatis.*

Marcescere) Supra c. 7. in signis morbis est *macrescunt tamen*, et in causa flebotomiae: *ne morbus increscat.*

Nequaquam curabis) Quod in Corb. est: *aegrotum animal evirabis*, explicabis ex cap. 7. ubi est: *quicquid super est virium, tollit.*

Convenit) Contra Apsyrtus Hippiatr. p. 229. καὶ ταῦτα οὐ δεῖ καίειν. ἔστι γὰρ ἀνάχυσις μάλεως τῆς ἀρθρίτιδος, ἣν δεῖ προκαλεῖσθαι ἔξω. περικαιομένων δὲ αὐτῶν ἀναγκαῖον στέγνωσιν γίγνεσθαι τῶν ἐξόδων. συμβαίνει γὰρ μεταχωρῆσαι εἰς ἕτερον τόπον τοῦ σώματος καὶ μάλιστα ἐπὶ τὰ ἄρθρα καὶ οἴδησιν καὶ χωλείαν ἐργάζεσθαι. θεραπευτέον δὲ αὐτὰ ὕδατι θερμῷ καταντλοῦντα καὶ λιπαρᾷ καταχρίοντα.

5 Praeterea radices[p] ebuli lib. 1. infundis[q] per triduum
sextariis[r] tribus vini optimi. Post[s] semiunciam opti-
mae aloës, centaureae unciam 1, opopanacis[t] unciam
1, diligentissime teres, et de illo vino, in quo ebuli
radices infusae fuerint, sextarium 1 mittes, et tepi-
6 dum per cornu dabis. Quam mensuram triduo cu-
stodire te convenit, ut etiam per ventrem huiusmodi
catharticis potionibus digeratur humor infestus. Quem
exerceri[v] in cursu usque ad plenum sudorem conve-
nit: et curatum observatione praedicta in pascua
mitti,[x] ut diu[y] noctuque aestivo tempore sub divo[z]
et libero aëre pascatur, quatinus[a] et varietate her-
barum oblectatus,[b] et solis calore siccatus,[c] rursus-
que noctis aura et[d] rore contactus facilius digerat
morbum.

XV. Subrenalis morbus ut periculis[a] plenus est,
ita ad intelligendum apertissimus invenitur.[b] Nam
renes iumenti[c] occupat atque dissolvit. propter quod
animal in primis partibus alacre[d] posteriora[e] trahere
2 consuevit. Huic hac ratione succurratur.[f] De utro-
que latere[g] vel de femore incisis competenti loco
venis copiosus sanguis emittatur,[h] qui acri aceto
permixtus[i] per omne corpus, et praecipue super[1]
renes animalis inducitur. Potionem notissimam dia-

(p) *radicis* C. *eboli* Go. (q) *infundis* C. omitt. Go. (r) *libris* S. M. *in tribus sext.* Go. (s) *Post sem. opt. aloes* om. C. *cum sem. optimi* Go. Vulgo etiam *optimi* erat. (t) *radicis panaceis* C. *ad panacis* S. M. (v) *exerceri in cursum quoque usque* C. *exerceri — usque ad pl. sud. convenit* Go. *veniat* omittit Corb. Vulgo erat: *exercere in cursu, quousque — sudorem veniat, saepius convenit.* Sed verba: *saep. convenit* omittit Go. (x) *mitti* C. Vulgo *mittes.* (y) *ut* om. Go. *die* C. et Go. (z) *dio* C. (a) *quatenus var.* Go. (b) *oblectetur* C. (c) *siccetur* C. deinde *usumque noctis* Go. (d) *a rore* C.

XV. (a) *periculi* C. (b) Ita pro *invenietur* Go. (c) *iumento* C. (d) *a latere* Go. (e) *vix* addit S. (f) *succurretur* C. (g) *latere vel de* om. C. et Codex Samb. (h) *emittetur* C. (i) *mixtus* C. (1) *per* Go. deinceps

pente ad cornu per os debet frequenter accipere.
Sed et per anum calidissimis speciebus clysteris 3
iniectione[l] curandum est. Aloës unciam 1,[m] pyretri
unciam 1, euphorbii unciam semis, pulegii bene triti
unciam 1, baccarum lauri unciam 1, castorii semiun-
ciam, seminis[n] sinapis uncias 3,[o] salis triti heminam :[p]
haec omnia diligenter contusa[q] in tres divides partes,
et diebus singulis cum aqua, in qua furfures tritici
decocti fuerint, tepida, sicut curae exigit[r] ratio,
quasi[s] singulos semisextarios,[t] clystere per[v] intestinum
animalis infundis, ut calefactis intrinsecus renibus,
resolutus humor possit per ventrem cum stercore
emitti. Praeterea lumbi ipsius oleo laurino vino 4
calido permixto confricandi sunt vehementer et saepe,
ut deforis,[x] et intrinsecus acerbissima[y] passio possit
evinci.[z] Cauteria quoque renibus imponuntur, ut vis
morbi ignis ardore siccetur. Danda quoque est potio
octo[a] specierum decocta, cuius in articulari morbo
fecimus mentionem, quia[b] in omnibus efficaciter
prodest.[c]

XVI. Elephantiasis[a] morbi discretio[b] superius est
indicata, cui talis est adhibenda medicina, ut non
extrinsecus uredinem[c] vel vulnuscula ipsius curare
tentemus. Nam morbus refugiet[d] intus, et penetra-
bit viscera, ac periculum gignet. Sed primum[e] de 2

vulgo *diapenten.* (l) Ita pro *clysterii ingestione* S. M. Corb. Go. *curandus* C. (m) *unciam* 1. bis omittit Go. (n) *semen* C. (o) *n fonitri* c3III. C. (p) *Emen* C. (q) *tonsa* Go. (r) *exiget* C. (s) *quasi* om. C. (t) (*per*) inseril S. Hinc lacuna in C. ad 16, 4. (v) *per* deeral in Samb. Codice. (x) *et foris* S. M. (y) *acerrima* S. M. (z) *averti* S. M. (a) *de octo speciebus* S. M. (b) *quae* S. M. (c) *Iterum quiete perfruentur* Go. suprascripto *alias vacat.*

XVI. (a) *Elephantiosi* Goes. (b) Ita pro *causa* S. M. Vide. I, 9, 1. (c) *ur. vel* omissis *vulnuscula viridia ipsius* Go. deinceps *timptemus* Go. (d) *refugiens intrinsecus penetr.* (*in*) *visc.* S. M. (e) *primo* Go. (f) *cor-*

matrice tollendus est sanguis, et acri aceto commiscen-
dus, ac toto inducendus est corpori.[f] Postea de pa-
lato et, si vires permiserint,[g] de caeteris locis, quae[h]
morbus infestat, pro modo ac [i] tempore minuendus
3 est sanguis, et cum aceto rursum imponendus.[2] Pulli
autem a matre depulsi et ad stabula[l] religati praeci-
pue solent hunc[m] morbum incurrere. quia[n] digestio
cibi, qua[o] in pascuis utebantur, (et) primae exerci-
tationis[p] aufertur modus[q] et nondum ad residendum
4 robusti ad praesepia stare coguntur. Elephantiasi[r]
morbo et[s] omnibus mallei passionibus non solum
diapente, cuius experimentis[t] indubitatae[v] sunt vires,
et[x] sine qua mulomedicus mutilus[y] est, sed haec
5 quoque potio[z] praeparanda atque servanda: Myrrae
troglodytis[a] libram 1, thuris masculi libr. 1, corii[b]
mali Punici selibram, piperis unciam 1, croci uncias[c]
6, acaciae rufae selibram, absinthii[d] Pontici selibram,
serpilli libram 1, betonicae libram 1, centaureae

pore. Post Go. (g) *patiuntur* S. M. (h) *quae* om. Go. (i) *et* Go. *ac tempore* om. vetus Codex S. (2) *est* addit Go. (l) *stabulum* Go. (m) *hos morbos* Go. (n) *quia — utebantur* om. vetus Cod. S. (o) *quam* suprascr. *quo* Go. (p) *excitationis* S. M. ante *primae* add. *et*. (q) *modus* ex S. add. (r) *Elephantiosi* Gesn. *Elephantioso* Go. (s) *in* om. *malei* Go. (t) *experimenti* S. M. (v) Pergit Corh. (x) *et — est* om. S. M. et Corb. (y) *inutilis* Go. (z) Ita pro *portio* Go. (a) Vulgo *trigonitis*. S. M. *troglitae*. unde nostrum eruit Morgagni. (b) *corium* C. (c) ∓ C. Go. (d) *abs. sel.*

Cap. XVI. 3. *aufertur modus*) Ex Samb. addidi *modus*, praeterea ante *primae* inserui copulam *et*. Cum exercitatione prima iuvenili amittitur etiam digestio. Forte fuit olim *motus*. Ceterum Hippiatrica p. 44. pullis ex grege depulsis hieme accidere aiunt arthritin, atque inde perire.

Elephantiasi) Male utraque Gesneriana habet *Elephantiosi — sine quo — portio praeparanda.*

Troglodytis) Ita scribi voluit etiam Morgagni IV. 5. Eandem myrrham laudat Diosc. I. 77. Infra III. (vulgo II.) 68. vulgo erat *trigloditis*. Ceterum eadem formula integrior exstat infra IV. 44. monente Morgagni, unde vulgatum *sagapini* correxi.

Pulli) Hanc clausulam infra non reperies repetitam, nec habent libri scripti.

libram 1, sagapeni[e] uncias 3, saxifragae uncias[f] 6, peucedani[g] uncias 6: haec omnia tusa[h] et bene cri- 6
brata cum[i] melle optimo decoques, et in[2] vase vitreo vel stanneo[l] recondita[m] servabis. nam per[n] vetustatem magis valet. Ex quo medicamento singula cochlearia cumulata singulis animalibus morbidis cum[o] sextario aquae calidae et tribus unciis olei optimi permixta[p] per triduum dabis. Vbi proficere coepe- 7
rit,[q] cum[r] vino optimo et oleo dabis, sicut dictum iam[s] est, cochlearia singula continuis diebus. Ex qua potione,[t] non minus quam ex[v] diapente, quolibet morbo correpta[x] animalia liberantur. Pulli[y] tamen beneficio aetatis evadunt facilius: saepe incurati moriuntur.

XVII. Ea quae ad[a] morbi mallei execrabilis curationem pertinebant, abundanter constat[b] exposita. Nunc[c] de pestilentia videndum rapacissima, quae praedictorum morborum signa, saepe nulla praefert,[d] et tamen catervatim quandoque obeunt subito quasi[e] dysenteria vel praedictis mortibus. Sed tanta vis ipsius morbi est,[f] ut nihil expediat omitti. nam gregum in pascuis funestus interitus animalium quoque in[g] stabulis mortes innumerae,[h] ex ipsius contagione proveniunt,[i] et ab imperitis vel negligentibus curam

am. Corb. (e) *Valga sagapini.* S. M. *serapini.* C. *sugap.* (f) *selib.* C. (g) *peucedani selibr.* C. *peucedoni* S. M. *teusedoni* F. (h) *tonsa* Gotb. (i) *ex* C. (2) *in am.* C. (l) Ita pro *stagnea* S. M. et C. *stangnata* Go. (m) *condita* C. (a) *vetustate amplius val.* C. (o) *in* C. (p) *mixtim* S. M. (q) *coeperint* S. (r) *ex* S. M. et C. (s) *iam* om. C. (t) *portiane* Go. (v) *ex* addidi ex C. (x) *correcta* Go. (y) *Pulli — liberantur* am. vetus Cod. Samb. et C.

XVII. (a) *curam* add. C. et deinceps *curatianem* omittit. (b) *habundanter constant* Ga. (c) Haec: *Nunc — martibus.* ex Gotb. addidi, ubi suprascriptum erat: *Alias vacat.* (d) Codex *praffert.* (e) In Codice *quoque* sed dubia scriptura. (f) *est* am. Ga. (g) *in* om. C. (h) *imminere* Go. (i) *provenire* suprascr. in Go. (2) Ita coniec. Gesn. pro *imputatur.*

2 aut divinae iracundiae imputantur[l] aut fato.[l] Deni-
que sicut supra[m] declaratum est, ab uno animali
incipit ipsa pernicies, et festinanter ad caeterorum
3 transit exitium. Propterea semper[n] sunt separanda,
in quibus suspicio tantae pestis coeperit apparere,
usque eo, ut etiam corpora mortuorum animalium,
quae ab[o] illo morbo interemta fuerint, exportanda
sint ad ea loca, per quae aliorum[p] animalium transi-
tus non sit, et profunde[q] obruenda sub[r] terra.
Nam et vivorum, quae corrupta fuerint[s] [et] mor-
tuorum foetidissimo odore sana primo[t] iumenta cor-
4 rumpuntur[v] et pereunt.[x] Cuius morbi causas plurimi
mulomedicinae auctores reddere tentaverunt, asseren-
tes ex nimia lassitudine cursus, vel[y] saltus violenter
extorti,[z] aut[a] ex calore aestatis, vel frigiditate hiemis,
aut si volentes emittere lotium non sinantur, vel si
hordeum sudantes acceperint, et[b] si post cursum
calidi biberint,[c] et[d] si plena vesica, vel post potum
cogantur ad cursum, aut foenum comederint hor-
deumque corruptum:[e] ex his vel huiusmodi necessi-

(l) *meritis* S. M. (m) *superius* C. (n) *equi separandi sunt* C. *Et propter hoc semper repellenda sunt ob aliis illa* S. M. (o) *a morbo eodem* C. (p) *aliis animalibus* C. (q) *altitudine* S. M. *altissimo* C. *profundo* Go. (r) *subter pono ne et viv.* C. (s) *fuerunt mortuorum* Go. unde copulam inclusi, et comma post *fuerint* delevi. (t) *prius* C. (v) *compleontur* C. (x) *pereant* C. (y) *vel soltus* om. C. S. M. (z) *exorti* S. (a) *aut hiemis* om. C. (b) *aut* C. (c) *vel hordeum corruptum acceperint* addit S. (d) *et — vesica* om. C. et V. C. teste S. M. igitur incluserat Gesner. (e) *scal-*

Cap. XVII. 3. *Sub terra. Nam*) Lectionem Corb. *subter pano ne et vivorum — sanas prius iumenta impleantur et pereant.* ea vulgari vitiatam esse Gesnero affirmanti vix concesserim, praeterquam fortasse prima verba *subter pana.* Nam sequentia *ne — impleantur et pereant* ordinem verborum et scripturam multo meliorem mihi quidem approbant.

Hordeumque corruptum) In S. M. est. *scalmatum*. Gesnerus in Indice interpretatur, quem equus scalmatus attigerit et foedaverit. De equo scalmato laudat L. Rusium et Cangium in *scalamatus*. Equidem in L. Rusio

tatibus[f] malleum[g] morbum solere generari. Vitanda 5
quidem ista[h] sunt omnia; nam ex his periculosae
aegritudines iumentis saepe proveniunt. Malleus
autem morbus ex aëris corruptione praecipue[i] de-
scendit. Nam Austro et[k] Africo vento flantibus,
interpositis annorum[l] spatiis, recursu,[m] ut asserunt,
catastematis,[n] sicut certo tempore homines pestilentia
corrumpuntur,[o] sic animalia ille aër[p] corrumpit et
perimit. Vnde probatissimae et plures necessariae 6
sunt potiones, quae adversus[q] tantam vim praestare
valeant salutis auxilium. Quarum partem superiori[r]
iam pagina comprehendimus; partem ex omnibus
auctoribus collectas[s] consequenter adiunximus. Re- 7
medium proficiens[t] ad omnes generales morbos. Se-
men cucurbitae Aegyptiacae,[v] [i. coloquintidem]

matum S. M. (f) sic cum C. Gesn. pro *causis*. Consentit Go. (g) Sic cum C. Gesn. antea: *malleus morbus consuevit genarari*. Ita etiam G. nisi quod *malius*, ut initio capitis *malei*. (h) *ista* om. Go. deinceps *nam* om. (i) *praecipua* om. C. (2) *vel* C. (l) *anni* Go. (m) *etiam* addit C. et Go. (n) *catistegmatis: si deorum deorum sicut in isto termino homines* Go. et supra verba *si — deorum* adscriptum babet: *alias vacat*. S. M. habet *aër corrumpitur*. (o) *corr.* om. C. (p) *aër* om. C. (q) *adversum* Go. (r) *superior iam p. comprehendit* C. (s) Ita pro *collectas consequenter* Go. omisso tamen *auctoribus*. C. et S. M. *collecta competenter*. — quae scriptura fuerit in Gothano libro, nunc recordari non possum; nec ea in libro meo fuit annotata; sed statim eam in novum exemplum typis exscribendum transferre volui, sed omisi. (t) *perfic.* S. quod vitium correxit Rhodius Lex. Scrib. p. 428. Celerum novum caput XVIII. hic orditur C. cuius lemma: *Remedium ad omnes morbos.* (v) *Aegyptiae* C. qui deinceps inclusa a

Italico cap. 141. morbum equi *scalmatura*, equum ipsum *scalmato* vocatum reperio; quem Crescentius IX. 22. *scalanatum*, Iordanus Rufus cap. 43. *scalmato* appellant; qui morbus interiora desiccat et stercus equinum valde putidum reddit. Diversus est *scalamatus* Crescentii IX. 32. ubi loco suo motum caput coxae, de quo Iordanus cap. 27. *schalmato cavallo*, sed index Capitulorum p. 9. *sculmato* habet; contra L. Rusio cap. 93. *cavallo scalmanato o del mal de l' anca* habet. Posterior haec scriptura verior videtur, quoniam Itali hodieque *scarmanata et scalmanata* appellant eo morbo affectum a *scarmana vel scalmana*. Cangii Glossarium his vocabulis caret. Cf. ad III. 18 et 22.

Aegyptiacae) Hippiatrica p. 142.

quantum acetabulum capit,[x] friges, et conteris, addita vini optimi[y] hemina una, quod[z] diligenti agitatione permixtum linteolo colabis, et per dextram iumenti narem[a] infundes, ut pervenire[b] possit ad viscera. Quae compositio ad dysenteriam plurimum[c]
8 prodest. Alia[d] quoque vilior[e] sed non minus apta curatio est. Radices[f] cucumeris silvatici virides contundes, et in aqua nocte una macerabis, deinde sublatas contundes et colabis, ex quo succo tria[g] cochlearia cum nitro trito permixta in[h] vino, si animal sine febre fuerit, tepefacto, quotidie faucibus ingeres,[2] ita ut septem diebus continuis curare non
9 desinas. Nitrum quoque bene[l] tritum et cucumeris[m] silvatici radices minutatim concisas, addita hemina vini tepidi, in hordeum bene purgatum animali languenti ad[n] pabulum infundas,[o] ut non solum potio,[p] verum etiam pabulum medicamento[q] temperatum
10 proficiat[r] ad salutem. Item aliud.[s] Radicem ebuli et radicem[t] urticae aequis ponderibus minutim[v] incisas et[x] infusas in liquamine optimo macerabis, colabisque per linteum.[y] ex quo mensuram[z] unius ovi

Gesnero verba omittit. *l. coloquintide* Go. (x) Ita pro *capiet*, *frongis* C. (y) *olbi triptici optimi* — *f. truptici* C. (z) *si* add. Go. (a) *nare suffundes* C. *effundes* Go. (b) *ei* add. C. (c) *plur.* om. C. et Go. (d) *Tertia* S. M. C. et Go. (e) *quemvis vilior sit, non minus* C. (f) *radicem c. anginini viridis contondes* Go. (g) *terno* Go. (h) *remixto in vino* C. *in vino* etiam Go. Vulgo *cum*. (i) *est* C. (2) *degeres* C. *digeres* Go. (l) *bene* om. C. (m) *cucumerem silvaticum* C. (n) *ad pab.* om. C. (o) *infundes* C. (p) *potio* cum C. Gesn. *potum* F. S. Go. (q) *medicamento* S. M. *de medicamento* C. *medicomentum* F. S. Go. (r) Ita pro *fociot* S. M. C. et Go. (s) *remedium* add. C. (t) *radices orticae* C. (v) *minutatim* C. et Go. deinde *concisas* C. (x) *et* om. C. (y) *linteolum* C. et Go. (z) Ita pro *mensura* — κολοκυντίδος αἰγυπτίας σπέρμα ὅσον ὀξυβάφου μέτρον φρύξας καὶ κόψας καὶ οἴνου λευκοῦ εὐώδους κοτύλαις δυσὶ μίξας. Ceterum verba *quae comp* — *prodest* spuria censebat M. Sladus, nihil enim minus dysenteriae convenire.

Cum vino — *fuerit*) Haec omittunt Hippiatrica l. c. quae contra pondus singulorum addunt.

tepefactam per nares animalis triduo degeres,[a] consequenter ita[b] facturus, ut iumentum, quod morbum 11
patitur, hordeum cum[c] apio et[d] cucumere silvatico minutatim inciso[e] semper accipiat, contusumque ipsum agrestem cucumerem et aquae[f] sufficienter admixtum bibere cogatur. Laudatur[g] etiam haec po- 12
tio. Herbae Sabinae[h] libram 1, trixaginis[i] uncias tres, centaureae uncias 2, aristolochiae[2] uncias 4, baccarum lauri uncias 4, murrae[l] uncias 4, omnia contundes et cernes, et in pulverem minutissimum rediges, et cum necesse[m] fuerit, cochlearium magnum[n] plenum cum sextario 1 vini tepefacto[o] faucibus taediantis[p] infundes. Haec quoque adversus 13
omnes morbos medicina succurret, quod[q] quatenus vires patiuntur,[r] interpositis diebus [cum[s] praescriptis minutionis observantiis], primo de cervice, post de palato et in quibuscunque locis se morbus[t] ostenderit,[v] ut si in facie,[x] de capite: si in primis partibus, de armis; si in posterioribus, de coxis sanguis est auferendus, et cum aceto miscendus, ex quo animal perfricetur. Cui haec[y] per triduum potio dabitur: 14

tepefacta C. (a) *digeres* F. S. Go. *immittes* S. M. (b) *etiam istn* C. *etiam haec* S. M. (c) *cum radice apii et cu. min.* S. M. (d) *et cuc. sil.* om. C. (e) *conciso* C. deinceps *contunsumque* Go. (f) *cum aqua* S. M. *et aqua* C. et Go. (g) *Laud. potio* C. (h) *savinae* F. S. Go. (i) *tr. v. tres* desunt Codici teste S. M. *taxag.* C. *trax.* Go. (2) sic cum C. Gesn. pro *aristologiae.* (l) *mirtae* Go. (m) *necessitas* C. (o) *grande* C. (o) *tepifacti* Go. suprascr. *tepifactum.* (p) *tediantis* S. M. Go. *tedeantis* F. S. (q) Ita cum C. Gesn. pro *succurrit si quatinus* consentiente Go. (r) *Nihil auctor enim ille naturae rex tegatio artifex absque remedio nocere permisit. Bolus quoque armenius pestilentiae maxime dissinteriae occurrit egregie, sed vires eius ex vino, si autem febrit, aqua temperata detur. a cornu bibendum saepius* addit Go. suprascr. *alias vacat.* (s) inclusa om. C. et Codex S. M. (t) Ita cum C. et Go. Gesn. et margo F. et S. pro *humor.* (v) Ita pro *ostendit* S. M. et C. *ostenditur* Go. (x) *in capite, de facie* Go. (y) *hoc* —

Herbae Sabinae) Plinius 16. sect. 33. arboribus annumerat, *quamvis herba dicatur.*

Panacis[z] radicum uncias 3, eryngii[a] radicis[b] ponderis tanti (Eryngion[c] autem herba melior[c] est, quae in littore vicina[d] marinis fluctibus nascitur, carduo silvestri pene similis, flore galbineo,[e] cuius eruendae sunt radices, nam longius penetrare dicuntur) feniculi quoque seminis[f] uncias 3, aloës uncia[g] una semis contusa et cribrata in tres particulas dividentur, et cum fracti et moliti tritici farinae[h] sextario calenti[i] aqua misceatur, et ad cornu per fauces triduo animali[2] infundatur.[l] Pelagonius adversus omnes morbos efficacissimum pulverem credit esse,[m] si pullum ciconiae nondum adhuc stantem, sed iam plumas habentem, vivum in cacabum[n] mittas, et[o] gipses, perustumque vapore furni[p] in pulverem redigas, et tritum vitreo[q] vase custodias:[r] exinde grande cumulatumque cochlearium cum vini sextario animalis fauci-

post dabitur Go. (z) Ita pro *panaces* Go. *pannaces* F. S. (a) *yringii* F. S. Go. *erengi* al. *eryngii* C. (b) Ita pro *radices* cum C. Gesn. *radicem* Go. voluil *radicum*. (c) inclusa om. S. M. verba *melior est quae* om. C. (d) Ita pro *vicino* cum C. et Go. Gesn. (e) *calvino* al. *galbino* C. (f) *semen* Cr. (g) *una* om. S. M. Go. *uncia una semis* om. C. (h) *albissimae* addit S. (i) Ita pro *candenti* C. *cand.* — *misc.* om. S. M. deinceps *miscetur* C. (2) *da animali* S. M. (l) Ita pro *infundantur* Go. *datur* C. (m) *esse si* om. C. *tradidit si* Go. recte! (n) *fictilem* ex C. addidi. *fictile vas* S. M. *in cacabo fictili vinum mittas* Go. (o) *egypsis* C. *et cum argilla obturatum in furnum mitte et in pulverem redige, et tritum in vase vitreo custodi. Grande* S. M. (p) *foci* C. (q) *vitrio* F. (r) *exinde* add. C. (s) *infusurus* C. *infu-*

Panacis) Eadem formula paulum diversa legitur infra III. 2. 23. quem locum comparabis.

Eryngion) Carthamum silvestrem interpretatur Sambucus ap. Saracenum in Diosc. p. 134. annotante M. Slado.

Pelagonius tradit) In Hippiatricis p. 24. legitur Ξηρίου Πελαγωνίου πρὸς λοιμὸν his verbis traditum: Πελαργοῦ νεοσσὸν μηδέπω πτῆναι δυνάμενον, ἔχοντα δὲ πτίλα, ζῶντα ἔμβαλε ἐς χύτραν ὀστρακίνην καὶ ταύτην γύψῳ περιχρίσας βάλλε ἐς φοῦρνον, καὶ μετὰ τὸ ὀπτηθῆναι καλῶς ἐν ὅλμῳ κόψας ξηρίον ποίει καὶ ἀπόθου εἰς βηκίον ὑέλινον, καὶ ὅτε χρεία γένηται, κολλιάριον πεπληρωμένον μετὰ οἴνου τῇ φάρυγγι ἐπίχει ἕως ἂν ὑγιάνῃ. Vini mensuram ex Vegetio restitues Graeco auctori.

bus infundas,[s] donec recipiat sanitatem. Chiron[t] 16
[vero Centaurus] praeter alias compositiones, quae
iam relatae sunt, asserit[v] catulum lactentem[x] vivum
in aqua[y] ferventi missum ac depilatum, ita decoqui,
ut ossa separentur[z] a carne: quibus diligenter ablatis, eius[a] caro cum aqua in qua decocta fuerit[b] liquamine optimo, vino[c] veteri et oleo,[d] et pipere cum
melle condita, usque[e] ad sextarium debere servari,
ac singulis animalibus binas cotylas[f] tepefactas, donec
ad sanitatem perveniant, diebus singulis dari debere[g]
per fauces. Caput quoque haedinum, omnesque 17
pedes depilatos ad[h] caldarium eadem ratione, qua
catulum, excoqui,[i] ablatisque ossibus condiri, et
binis[2] cotylis per[l] diem in potione[m] per cornu saepius datis, animal morbidum liberari. De gallo quoque gallinaceo[n] albo eadem quae de catulo observanda,[o] demonstrat. Radicem quoque herbae tithy- 18
mali decoctam cum vino dulci dare morbidis animalibus[p] suadet. Ei quoque animali, quod profluvio[q] 19
Attico coeperit laborare, ita ut viridis ei[r] vel pallidus

sus Go. (t) *vero Cent.* om. Codex teste S. M. *Chiron V. C. Praeter* C. *Cirum* Go. (v) *asserit* C. et suprascriptum in Go. (x) Ita pro *lactantem* corr. Morgagni III. 42. (y) *aquam ferventem* S. M. (z) *seperentur* Go. (a) *viscera* C. (b) *fuerint* C. (c) *vino* om. Go. (d) *vino* suprascr. Go. (e) *usque* om. C. *ad sex sextarios* S. M. (f) *cotulas* S. M. et C. (g) *debere* om. C. *debeat* Go. (h) *in aqua calida ea rat.* S. M. *ad calidam eandemque rationem* C. *ad calidam ea rat.* Go. (i) *excoquat* Go. *diximus* addit C. (2) *vinis* C. (l) *ad* S. M. C. et Go. (m) *potionem* C. Go. (n) *gallinacio* C. Go. (o) *obs. dem.* om. S. M. (p) *anim.* om. Go. (q) *profluo ad te quo* C. *atro* S. M. (r) *ei* om. Go. (s) *per nares* om. C. (t) *veteri vel*

Profluvio Attico) Attici cognomen Gesnerus referebat ad similitudinem signorum, in peste Attica commemoratorum a Thucydide II. 49. ubi tamen nullius profluvii similis mentio fit nominatim. Sed nimis haec ratio longe petita est; et Codicum scriptura facit, ut de profluvii huius cognomine dubitem. Accedit alterius loci II. 10. (vulgo I. 38.) s. 4. similis vel adeo maior diversitas in Codicum lectione. Ibi primum a pulmone per

per[s] nares humor erumpat, ex lotio humano vel[t] arietino duas cotylas cum vino[v] et cyatho olei rosacii putat esse miscendas, et[x] per nares, quae humorem funestum egerunt, digerendas.[y] quam[z] curationem et pulmoni sanitatem et naribus siccitatem praestare confirmat.

XVIII. Pro physico[a] autem et anniversario remedio tradidit ulpicum bene tritum[b] vel allium[c] maius, quod quidam Gallicum vocant, capitella[d] singula, cum singulis semiunciis sagapeni,[e] et singulis cyathis olei optimi diligenter[f] trita, singulis aquae heminis oportere misceri, et heminas singulas per caput animalium dari octavo[g] Kalendas Iulias, (hoc est[h] initio canicularium dierum) septimo,[i] et sexto: quo facto trinis[2] potionibus stagnata,[l] ut dicuntur[m] animalia

C. *si veteri* omissis *vel ariet.* S. M. *humano veteri ei duas* Go. (v) *uno cyatha olei rosei* C. *vini cy. et oleo roseo misce* S. M. *vina et ciata una alei* Go. (x) *naribus siccitatem prestare* addit Goth. suprascripto *vacat.* (y) *infundendas* S. M. (z) *quae curatio et pulmonibus salubritatem — confirmatur* C. *qua curatione — praestari* S. M. *Quamque cur.* Gath.

XVIII. (a) *fesico* C. (b) Ita pro *beticum* C. S. M. *Ga.* (c) *aliud* C. *alium* Go. (d) *capitula* C. (e) *serapini* S. M. *sapeni* C. Vulgo *sapagini.* (f) *diligentissime* C. (g) *VIII Kl. Iul.* et deinceps *VI.* Corb. *Iulii* Go. (h) vulgo additum *in* om. C. *dierum* om. Go. (i) *sep. et am.* C. *septimum et sextum* S. M. *septima et sexta* Go. (2) *ternis* C. *ter ac. potia. saginata (ut dicitur)* S. M. *factum* Go. (l) *stagmata* Go. (m) *dicerentur* C. (u) *armentitia* C.

nares fluere dicitur humor crassus sanguinolentus (spumosus II. 36.) et male olens colore pallido. deinde subditur: *a morbo autem malleo venit humor multus et crassus et pallidus. Ex qua re fit — profluvius atticus.* Sed vide notam ad I. c. 3. ubi malleus humidus dicitur.

Cap. XVIII. *Gallicum*) Hippiatr. p. 279. in potione habent σκορόδου γαλλικοῦ. Plinius 19. s. 32 caepam Gallicam capitatam nominat cum aliis generibus. Hippiatr. p. 31. σκόροδα γαλλικά iterum habet. Credo, unionem intelligi. *oignon* gallice dictam, seu capitatam caepam.

Stagnata) S. M. hic in *saginata* alibi in *praeservare* mutavit *stagnare*. Gesnerus in Thesauro apposuit locum Iustini 37. 2. 6. *Mithridates se adversus insidias exquisitioribus remediis stagnavit.* ubi miror, Gronovium et Graevium *stannavit* maluisse legi, cum in libris scriptis *stagnum* et *stannum* fere semper permutata legantur. Quid? quod stannum, κασσιτε-

armentiva,[n] vel domita integro anno a[o] morbo intacta servari.

XIX. Adversus[a] morbum malleum,[b] cuius diversae[c] sunt species,[d] quae in potionibus, tam per os quam nares degerendis,[e] vel clystere, quaeque[f] in cauteriis vel flebotomo facienda sunt,[g] declaratum est; sed restat[h] alia non minus necessaria efficaciorque curatio, quae suffimentorum[i] genere et odore praestatur. Nam cum ipsa tabes ex corrupti aëris foe- 2
tore nascatur, et[2] usque in pulmonem et viscera penetrando descendat, non minus austeritate odoris,

vulgo *armentiaa*. (o) *a morbo* om. S. M.

XIX. (a) *adversum* C. (b) *maleum* C. *malei* Goth. (c) *multae* S. M. (d) *quae in unctionibus* ins. C. (e) *dirigendis* F. S. Go. om. S. M. nobiscum C. (f) *quae* C. S. M. Go. (g) *sint* C. om. Goth. (h) *restant* S. M. (1) *fumigiorum nidore praestatur* S. M. (2) *et pulmones usque pen.* C. *et*

ρος, quo ad ferruminationem et ad incrustationem (*γάνωσιν*) aeneorum vasorum, forte etiam figlinorum utebantur, atque ita vasa firmiora ad usum et tutiora ad sanitatem reddebant, rectius, si quidem graecam originem spectes, *stagnum* vocatur, de quo paulo post. *Coquere in stagnato ad ignem* ex Aurelio Victor. Valer. I. 34. laudavit Gesnerus. Solidatio omnis plumbi et aeris fiebat stanno; hinc *stannare* et *stagnare* est solidare, metaphorice roborare, confirmare, praeservare. De usu in solidatione dixi in Analectis ad historiam rei metallicae veterum p. 18. quibus addo locum Plutarchi de fraterno amore p. 491. ὡς γάρ ὁ κασσίτερος ῥαγέντα τὸν χαλκὸν συναρμόττει καὶ συγκεράννυσι τῷ ψαύειν ἑκατέρου πέρατος, οἰκείως ὁμοιοπαθὴς γενόμενος. Stanni nomen ipsum recentius est; veteres romani scriptores *plumbum* *candidum* *κασσίτερον* appellabant. Postea a Graecis receperunt *stagnum* ex στεγνός, στεγνόω deformatum, quod obturare et constringere foramina et poros significat. Hinc συστεγνόω, quo verbo saepe utitur Hero mechanicus, Spirit. I. p. 163. in descriptione prochytae, cui insertus est sipho: τὸ δ' ἕτερον αὐτοῦ στόμιον τὸ Θ συντετρήσθω τῷ τεύχει τοῦ προχύτου ὑπὸ τὸ ὠτίον (ansam) ᾧ συνεστεγνώσθω τὸ ὠτίον κοῖλον ὑπάρχον. ubi rectius interpres *coagmentetur* vertit, quam alibi *arctetur*. Diserte idem p. 157. καὶ συνεστεγνώσθω τοῖς τρυπήμασι κασσιτέρῳ. \Est ferruminando coniungere cum aliqua parte. Omissum vulgo verbum in Lexicis, ut ipsa haec verbi στεγνόω notio! Ceterum *stagnare locum* dixit pro *maltare* auctor Compendii Architecturae Vitruvii c. 30. p. 213. edit. Poleni. Vide ad Palladium I. 41. 4.

3 quam potionum amaritudine consuevit expelli. Pro numero itaque animalium eliges locum humilem, ex[l] omni parte clausum, in quem[m] induces animalia[n] iam aegrotantia, quae curare desideras, vel adhuc sana, [et[o] separatim] quae non vis morbi contagione perfundi. Origanum, allium,[p] mentam, asphaltum, peucedanum,[q] castoreum,[r] et opopanacem[s] aequis ponderibus permisceas,[t] et exinde quantum tribus digitis levare[v] poteris[x] in carbones vivos mittas, animaliumque os et caput super fumum tenebis, ut austeritas odoris per os et nares intrinsecus ingressa omnia compleat; et ad pulmonem usque penetrando[y] perveniat, et praestet animalibus[z] medicinam.

XX. Est et alia compositio suffimentorum[a] ad morbos prohibendos, sumtuosior[b] quidem, sed putatur utilior. Sulphuris vivi libram 1,[c] bituminis iudaici lib. 1, opopanacis uncias 6, achanti uncias sex, galbani et castorei, aeris[d] crudi ana[e] uncias 6, salis[f] armoniaci uncias 2, salis cappadocis[g] uncias 3, cornu cervini, lapidis gagatis masculi, lapidis gagatis foe-

in pulmonem usque S. M. (l) *et ex universis partibus* C. (m) Ita pro *quo* S. M. (n) *vel* ins. C. (o) *et — perfundit* om. S. M. (p) *asium* F. S. *allium* S. M. *aleum* C. *alium*, *mentam* Goth. suprascr. *alias vacat.* (q) *peucid.* C. (r) *cast.* om. S. M. (s) *apop.* C. (t) *permiscens exinde* C. (v) sic C. *elevare* F. S. Go. (x) *potueris* C. qui omittit c. 20 et 21. (y) *penetrando* om. S. M. (z) *animali* S. M.

XX. (a) *fomentorum* Goth. (b) *austerior* S. M. (c) *lib.* 1. S. M. Vulgo *libras* 2. (d) Vulgo *yreos.* Go. *atris.* (e) *an* F. (f) *salis uncias* 2. om. Go. (g) *capadoces* F. *cappadociae* Go. (h) *galaticis lapidis* add. Go. Vulgo

Origanum, allium) Ita ex libris scribi voluit etiam Morgagni comparato loco plane gemino infra III. 2. 30. ubi tamen species quaedam omittuntur.

Carbones) Goth. *carbonibus vivis*, paulo antea *opopanacum*, deinceps *compleat usque ad pulmones perveniat et praestet.*

Cap. XX. *Achanti*) In eadem formula infra VI. (vulgo IV.) 12. nihil huic respondet. Gesner malebat *achatis*, ego vero malim *chalcanthi*.

minae, ana[e] uncias 3, lapidis[h] haematitis, lapidis 2
sideritis, lapidis argyritis[i] ana[e] unciam 1, equuleos, id est caballiones marinos numero septem, caudas marinas, ungues marinos ana numero septem, uvae marinae uncias tres, medullae cervinae,[2] cedrei, picis liquidae ana pondera tria, ossa[l] sepiae numero VII, auri semiunciam, ballucae siliquam: haec[m] universa 3
commixta atque succensa, odore suo morbis tam hominum quam animalium resistunt, et daemones fugant, grandines prohibere, et aërem defecare dicuntur. Sed si memoratos lapides aut[n] invenire nequiveris, aut enormitate pretii ab emtione cessaveris, reliqua efficaciter[o] prosunt.

XXI. Medicina omnis[a] animalium, vel, si verum quaerimus,[b] etiam hominum, nisi[c] rationem curationis ante cognoverit atque praedixerit, languentis[d] periculo errabit[e] frequenter. Exposita enim curandi ratio, et[f] cum genere congruens passionis, indubi-

ematitis. post quod vocabulum Go. addit: *ana unc. II.* (i) Ita pro *argyritis* scripsi. *archiatis* Go. (2) *cervinae tedae pini*, *picis* Go. (l) *ossis* Go. (m) *et* add. Go. (n) *aut* om. Go. (o) *sufficienter* Go.

XXI. (a) *communis* S. M. (b) *quaeramus* S. M. (c) *si* S. M. om. Go. (d) Ita pro *languentibus* S. M. *periculum* vulgatum ex Go. correxi, et post *praedixerit* comma posui. Gesner malebat: *languentibus periculum creabit fr.* (e) *errabit* om. S. M. (f) omisso *et* Goth. *cum genera cognoverit.*

Cedrei) Infra *cedriae.* Plinius XVI. 11. *primus taedae in furnis ferventis sudor aquae modo fluit in canali: hoc in Syria cedrium vocatur.* Vitruvius etiam II. 9. *ex cedro oleum, quod cedreum vocatur* habet, monente Morgagni.

Ballucae) Infra hanc cum auro omisit. Hispani auriferae venae ex puteis extractae minuta saxa *baluces* vocabant, teste Plinio XXXIII. 4. et Martiali XII. epigr. 57. Vide Analecta mea ad Histor. rei metallicae Veterum, Traiecti ad Viadrum 1788. edita, p. 10. De siliqua audi Priscianum seu Rhemnium Fannium de Ponderibus v. 10. *semina sex alii siliquis latitantia curvis attribuunt scriplo.* Isidorus XVI. 24. *Siliqua XXIV ta pars solidi est, ab arboris semine vocabulum tenens.* Hinc *siliquaticum* vectigal derivat Gesneri Th. L. L. qui Vegetii locum omisit. Vide omnino Cangii Glossarium Latinum in *Siliqua.*

tanter[g] praestat auxilium. Ideoque pluribus membris ac morbis generale remedium diligenter[h] oportet exponi, quod praecipue in sanguinis detractione consistit, si rationabiliter pro tempore et viribus animalium et pro aetate[i] perfecti mulomedici adhibeatur
2 industria. Qui[k] si ignarus fuerit huius rationis, non solum per detractionem sanguinis non[l] curabit, verum etiam periculum iumentis frequentissime generabit. Nam cum vita virtusque animantium consistat[m] in sanguine, rursus tempestive detractus sanguis corpori[n] praestare adsolet sanitatem. Cuius rei talis red-
3 ditur ratio. Sanguis enim ciborum humorumque[o] indigestione corruptus per membra discurrit, et languorem doloremque aut universo corpori, aut certis quibusdam partibus consuevit inferre. Nam per constrictionem nervorum,[p] venarumque tensionem, inflatio, indigestioque[q] generatur: quae tensura (ut ita dixerim) corporis aliter laxari, nisi per detractionem sanguinis non potest. Vnicum enim compendium atque remedium est,[r] corruptionem illam quae nocet, et quasi infesta[s] tabe aegritudinem vel periculum gignit, cum[t] sanguinis ipsius vitiosa[v] parte detrahere.[x]

XXII. Hinc[a] plerique veris tempore quotannis[b] de cervice iumentis sanguinem[c] demere, et sic in herbam mittere necessarium putant, ne veteri corruptoque[d] sanguis novus admixtus natura[e] calescens

(g) *indubitatum* S. M. (h) *diligentius* S. M. (i) Ita pro *aequitate* ex S. M. et Go. Gesner. (k) *Quod* Go. (l) *non cur.* om. Go. ut sequens *frequentissime*. (m) *consistit* Go. (n) *a corpore pr. solet* Go. (o) *humorumque* om. S. M. (p) *suavumque venarum tens.* Goth. (q) *indignationesque generantur* Go. (r) *ad* inserit S. (s) *via quae morbum* S. M. (t) Pergit Corb. (v) *vitiosam partem* C. (x) *desinere* Go.

XXII. (a) *Placuit plerisque* S. M. (b) *quot* om. Go. (c) *sang.* om. C. deinceps *trahere* Go. (d) *corrupto* S. M. (e) *nat. cal.* om. C. *natura* om.

debilitatem valetudinis vel[f] periculum faciat. Veteres
autem prudentioresque[g] auctores absque necessitate
depleri animalia vetuerunt,[h] ne[i] consuetudo minuen-
di[1] si tempore aliquo facta non fuerit, statim intra
corpus morbum[l] ac valetudinem generet. Rectius 2
ergo[m] est minoris aetatis animalibus[n] et bene valen-
tibus ex nulla parte corporis sanguinem detrahi abs-
que palato: de quo assidue tam[o] minoribus quam
maturis detrahendus est humor, ut caput oculi cere-
brumque releventur.[p] Maturis vero animalibus non
incommodum est pulsare venam,[q] cum mittuntur in
pascua. Illa tamen in omnibus qui[r] deplendi sunt, 3
consuetudo servanda est,[s] ut pridie quam vena pul-
setur, sustententur levioribus et parcioribus[t] cibis,
ut per diastema[v] composito corpore sint, non tur-
bato per indigestionem. In solo[x] autem aequali sta-
tues iumentum, cervicemque illius loro cinges,[y] quod
strictius[z] super scapulas teneatur[a] ab aliquo, ut vena
possit clarius eminere. Tunc spongia[b] cum aqua ve- 4

etiam S. M. (f) *vel* S. M. *valetudinis illis* Goes. Vulgo *valetudinisque*. (g) *que* om. Go. (h) *vetaverunt* C. (i) *si* add. C. (1) *deplendi* C. S. M. (l) *morbos ita ac* C. (m) *igitur* S. M. (n) *animalia — valentia* Goth. (o) *tum maioribus quam minoribus* S. M. (p) *relevetur* Go. (q) *venas* S. M. *matricalem* inserit C. (r) *quae deplenda* S. M. (s) Ita pro *conservanda est consuetudo* C. *struenda* S. M. (t) *paucioribus* S. M. C. (v) *ieiunium quieto* S. M. (x) *loco* S. M. (y) *stringes quod eminere* S. M. Vulgo erat *quo*. (z) *districtius* C. (a) Ita S. M. C. Go. Vulgo *tangatur*, *ut vena possit ab. al. cl. intueri*. Go. tamen *scapulis — emanare*. (b) *axungia* S. M.

Cap. XXII. 2. *Absque palato*) i. e. nisi, ut recte monuit Conr. Gesner.

Solo) Infra III. (vulgo II.) 40. est in eadem re *aequali loco constitues*. ubi Corb. *loco soli*.

Cinges, quod) Infra III. (vulgo II.) 40. *tunc locum supra cervicem alius teneat et adstringat ad normam ut vena facilius appareat*. ubi vulgo est *locum*. Forte etiam *laqueum* ibi legendum est.

Teneatur) Hippiatr. p. 41. αὐχενίζειν χρὴ, τὸν δὲ τόπον περιβάλλειν αὐχενιστῆρι καὶ προσκατατείνειν. ἕως ἂν προσκαταστῶσιν αἱ φλέβες.

Spongia) Samb. *axungia*, quod ex *sphungia* ortum putabat Gesner.

nam ipsam lavabis[c] et saepe deterges,[d] ut altius emi-
neat.[e] Pollicem quoque sinistrae[f] manus interius de-
primes, ut non eludat,[g] et tumidior atque inflatior
vena reddatur.[h] Consequenter[i] iuxta praeceptum artis
vel animalis ipsius positionem, sagittam[k] duri chaly-
5 bis exiges cotibus bene acutatam. Observabis[m] quo-
que ne altius imprimas manum[n] et gulam atque gur-
gulionem rumpas, et[o] arteriam praecidas. hoc enim
factum[p] vitae consuevit inferre periculum.[q] Percussa
quoque[r] vena foenum vel farraginem[s] ad edendum[t]
appones animali, quatenus[v] agitatione maxillarum
6 melius[x] erumpat[y] sanguinis impetus. Cum autem
niger vel corruptus humor egressus est, et[z] coeperit
manare rubicundior vel[a] purior, statim iumentum
tolles a cibo, et imposita fibula[b] venae plagam ad-
stringes. Plagae[c] vero pittacium[d] impones, ut dili-

(c) *lavabis et* om. C. (d) *terges* C. (e) *Ad* ins. C. (f) *dextrae* Goth. (g) *sic* ex C. Gesn. *cedat, et* S. M. *ludat, sed ut ne claudat* Go. (h) *revidatur* Go. (i) *Cons. — acutatam* om. S. M. (k) *sagittas ex binis cutibus adcuratam obs.* C. Vulgo erat *duri calibis*, quod corrigi iussit Gesn. (l) *exues* Go. (m) *stude* S. M. (n) *manus* S. M. C. *manu* Go. (o) *et* om. C. *atque* S. M. (p) *factum* addidi ex S. Go. *facto* Corb. (q) *nocumentum* Goth. (r) *quoque* addidi ex S. (s) *viridem* addant S. C. (t) *ad ed.* om. Go. deinceps *adpones* C. vulgo *apponas*. (v) *quatinus* F. S. (x) *per venam melius* Go. (y) *adcotidiet id est er.* C. quod *acontizet* recte interpretatur Gesn. (z) Ita pro *egeretur*, *vel* S. M. *cessatus est*, *et* C. *egestus est vel purior c. m. statim* Go. (a) *rubicundior vel* addidi ex S. M. C. *rub. emanare vel pur., stantem ium.* Corb. (b) Ita pro *fistula* ex Cor. Gesn. *plagam* om. Go. *vulnus* Corb. (c) Volgo *In plagam*. Corb. *Plaga pitt. pones*. (d) Ita

Pollicem) Infra III. (vulgo II.) 40. supra laqueum de sinistrae manus pollice venam deprimes ne ludat. Vnde h. l. probanda est lectio Corb. *ad pollicem*, id est, *pollice*.

Duri chalybis) Ita vulgatum *duri calibis* emendari etiam Gesner voluit (et ante eum Conr. Gesner in Equo p. 495.) *exiges* interpretatus *adiges in venam*.

Observabis) Hippiatr. p. 41. μὴ μέντοι καθιέναι τὸ φλεβοτόμιον κατὰ βάθος — ἐὰν διαμπερὲς τὴν ἀρτηρίαν διέλῃς.

Fibula) Male vulgo *fistula*. Idem error infra III. (vulgo II.) 22. 6. De usu fibulae laudat Gesner Rhodium de Acia Celsi.

gentius claudat, licet quidam utantur et creta.[e] Dein- 7
de in tenebroso[f] loco et calido statues iumentum et
farraginem, si tempus est, vel foenum mollissimum[g]
dabis septem diebus ac noctibus. aquam etiam offe-
res, ut si voluerit bibat. Sed triticea[h] farrago hor-
deaceae praefertur; quae[i] si defuerit,[k] hordeaceam
dabis. Memento etiam quod ea melior est atque uti- 8
lior,[l] quae vicinior marinis[m] fluctibus fuerit, pro-
pterea quod ventrem facilius solvit, humoresque[n]
deducit. Pulsata etiam[o] quocunque loco vena, om- 9
nem[p] sanguinem diligenter excipies,[q] et aceto oleo-
que permistum vel aliis medicaminibus[r] quae ratio
deposcit, animalis ipsius corpus perunges, praecipue-
que illum locum, ex quo detractus est sanguis, et
qui esse putatur in causa. Constat enim naturali qua- 10
dam ratione atque[s] beneficio, ut quidam aiunt, ipsum
sanguinem, cum superfusus est[t] languentibus mem-
bris, praestare medicinam, vitiumque siccare. Quam
curationis sollertiam[v] non oportet omitti. Praeterea[x] 11
interpositis diebus post flebotomum animalia produ-
cuntur[y] ad solem, et sanguis detrahitur[z] eis de pa-

cum C. Gesn. *pilac.* antea. Deinceps *ponet* C. *ponas* Go. Vulgo *impounn.* (e) *cretam* C. (f) *tenebricoso* C. omisso *in.* (g) *nobil.* Go. (h) *triticia* F. (i) *quod* Go. (2) *triticia et illam meliorem* addit Go. (l) Ita C. pro *ea melior sit, quae.* (m) *maritimis* S. M. deinceps vulgo *fuerit. Propter quod.* Corb. *Propterea quod.* G. *propter quae.* S. M. *quia.* (n) Ita pro *humorem* S. M. deinceps *educit* S. M. *deducat* C. (o) *ex* S. M. C. (p) *totum* S. M. (q) *accipiens* S. M. *accipies* Go. (r) *medicamentis* C. (s) *non* S. M. *atque — aiunt* om. C. et Go. (t) *fuerit languescentibus* C. (v) *solennitatem* S. M. C. Go. (x) *Interea* S. M. (y) *perd.* S. M. *producentur* C. (z) *detrahetur etiant* C. *etiam* addil et Go. (a) *Disprimentur etiam* Go. margo: *alias*

Propterea quod) Hippiatr. p. 234. ἐὰν ᾖ παρὰ θαλάσσῃ ἐσπαρμένη. iterum p. 236.

Pulsata etiam) Hippiatr. p. 235. καὶ τὸ αἷμα ἐκβαλὼν μῖξον νίτρῳ καὶ ὄξει καὶ ἐλαίῳ καὶ ᾠοῖς καὶ οὕτως περίχρισον τὸ ζῶον, καὶ στήσας ἐν ἡλίῳ, ὡς τὸ χρίσμα ἅπαν ξηρανθῆναι χρῷ τῇ γράστῃ.

lato. Despumantur[a] autem tertio gradu a[b] dentibus caninis.[c] Equos oportet suspendi altius propter sanguinis fluxum, ita ut eo[d] die mollissimis[e] cibariis utantur et furfure. Sequentibus autem diebus non ex integro hordeum consequantur, sed a libris[f] incipiant, et ad consuetudinem per[g] singulorum dierum augmenta perveniant. Consequenter tepido die du-
12 cantur ad mare vel fluvium diligenterque loti[h] tergantur. Vino quoque et oleo in sole perungendi[i] sunt diligenter et confricandi, ut corpora eorum calefacta aut repellant aut perferant perfrictionis[k] iniuriam. Quibus perfectis equi[l] nobiles tum demum ad laborem cursus itinerisque revocentur.

XXIII. Sciendum est[a] praeterea, castrata animalia nunquam[b] oportere depleri. causa haec[c] est, quia iam partem virium cum testibus amiserunt,[d] et si

dispumantur: deinceps vulgatum *etiam* ex C. correxit Gesn. (b) *absentibus cannis* C. Voluit *abs dentibus.* (c) Vulgo a G. erat *caniuis, quos.* Gesn. dederat *caninis. Quns.* (d) *ea* Go. (e) *mollibus* C. (f) Ita pro *a vilibus* Corb. *abilibus* Go. *duas libras accip.* S. M. *incipient* Go. (g) *singulis diebus augendo* S. M. (h) *loca* S. M. (i) *per unguendi dil. et confr.* C. (k) Ita ex C. et S. M. *perfricationis* F. Go. (l) *Qui* S. M. (m) Ita pro *labores cursusque itineris* C. *a laboris cursu itinerisque* Go.

XXIII. (a) *est* om. S. M. C. (b) *non* C. (c) *herbae, quoe* F. Go. *herboe est qua* S. M. *haec causa, quia* C. cum Gesnero Samb. (d) Ita pro *ami-*

Despumantur autem) Hippiatr. p. 37. διακόπτειν δεῖ τὴν ἐν τῇ ὑπερῴᾳ τρίτην ἢ τετάρτην φλεβώδη ἐξοχήν. αἱ δὲ παρὰ τὸν κυνόδοντα κεντήσεις δύσσταλτοί εἰσιν ἐν τῇ στάσει τοῦ αἵματος. Infra c. 32. gradu tertio de palato. Duodecim gradus numerat VI. (vulgo IV.) 2.

Equos oportet) Sensus loci difficilior est. Capite enim sublato sanguis in gulam descendit. Vitiosum esse locum suspicor.

A libris) Hanc Corb. lectionem probavit etiam Gesner. Forte numerus additus vitium peperit, et legendum *a II. libris.* Hippiatr. p. 234. τῇ παρούσῃ γράστει χρησόμεθα μετὰ κριθῶν, καθ' ἑκάστην ἡμέραν προστιθέντες ἡμιχοίνικον· ὅταν δ' ἔλθωμεν εἰς τὸ τεταγμένον, μένουμεν διδόντες τὴν εἰθισμένην ταγήν.

Loti) Eadem docent Hippiatrica p. 234. et 235. paulo accuratius.

Cap. XXIII et XXIV. Argumentum iterum tractat infra VI. (vulgo IV.) 7. sect. 2. De eunuchis consentiunt Hippiatrica p. 40.

depleta fuerint, vehementius enervantur. Hinc est[e] quod asinis non[f] detrahendus est sanguis, quia naturaliter minus habent sanguinis, gracilioresque sortiti sunt venas.

XXIV. Admissarios etiam equos flebotomare non est opus: partem enim virium et sanguinis in coitu natura[a] digerit.[b] Si tamen[c] ab admissura cessaverint, nisi annis omnibus herbarum tempore depleantur, incidunt in[d] caecitatem: quia id quod coitu[e] digerere consueverant, redundat[f] in oculos.[g]

XXV. Nunc, ne quid relinquatur ambiguum, in quibus passionibus, et ex quibus locis, sanguis emitti debeat, indicabimus. Morbis et quibuscunque totum corpus in causa est, sicut febrientibus, [unde,[a] infra dicendum] de matrice detrahendus[b] est sanguis. Ce- 2
phalargicis autem, appiosis,[c] insanis, cardiacis, caducis, phreneticis,[d] distentis,[e] sideraticis, rabiosis[f] quoquo modo praecipitur de venis auricularum[g] sanguinem demere. Verumtamen[h] melius est ut de tem-

serint cum S. M. C. Go. Gesn. (e) *enim* add. F. S. omitt. eum C. Goth. Gesn. (f) *de matrice nunquam* C.

XXIV. (a) *natura* om. S. M. C. (b) *digerunt* C. *amittunt* S. M. (c) *autem* C. (d) *in* om. C. G. (e) *per coitum* C. Go. deinceps *egerere consuerant* C. (f) Ita pro *declinat* S. M. C. *declinant in oculos* Go. (g) *eorum* addit S. M.

XXV. (a) *unde i. d.* om. S. M. C. igitur inclusi. (b) *tollendus* S. M. (c) *arpiosis* F. S. cum nota mendi. *et opiosis* S. M. Cum Gesnero C. et Go. (d) Ita pro *freneticis* C. (e) Vulgo *bistruticiis*, *sicardiciis* legitur. *Dysentericis*, *sideratis* S. M. *distentis*, *sideraticis* C. *bistenticiis*, *sitardiciis* Goth. (f) *babaticis praeci. de* C. (g) Ita pro *auriculis* S. M. C. (h) *Verum me-*

Cap. XXV. *Appiosis*) Ex lectione *opiosis* somniculosos intelligi suspicabatur Platnerus apud Gesnerum. Glossa Cod. Goth. *apiosi id est vertiginosi alias vertigiosi vel scotomatici.* Ibidem sub litera C exstat glossa, quae *Caducos* ineptissime ex h. l. interpretatur *partem posteriorem Cucis.* Sequitur: *Cretiacum est animal habens dislocato3 inferioris virtute inferioris pedis alias dicunt Circus.* Ibidem post duas glossas exstat: *Cresiatum est animal cui est dislota* (vulgo *dislocata*) *clavatura pedis.* Alibi: *Sideratici id est paralici* (*paralytici* voluit).

poribus, quae in dextra et sinistra sunt parte, detrahatur; id est, sub cavatura temporum, tribus digitis ab oculo interpositis, inferius vena perquiri-
3 tur,[i] et ex utraque emittitur[l] sanguis. Eis vero, quibus suffusio contingit[m] oculorum, vel cetera vitia, quae oculis nocent,[n] inferiores venae[o] sub oculis positae, quae descendunt sub[p] angulis oculorum inferioribus, quatuor digitis inferius quam oculi sunt, inciduntur.[q] Quibus quidem[r] fastidium inhaeret,[s] vel arteriarum vel faucium tumor, vel praegravatio capitis,
4 de palato auferendus est sanguis. Quibus[t] autem pulmo est in causa vel iecur, vel[v] caetera, quae his vicina sunt membris, de pectore minuendus est, ex venis quae positae sunt in dextra ac sinistra, ubi brachiolis coniunguntur, et flexura fit, cum armus[x] pli-
5 catur. Quibus vero[y] armus est in causa,[z] et creticis de brachiolis sanguis minuatur;[a] quae venae positae sunt interius, ubi centuriae,[b] id est, musculi brachiolares[c] sunt, sex[d] digitis superius quam[e] genu, tribus vel duobus digitis inferius quam centuriae. Hae venae sagitta percutiantur, sed caute modesteque[f] tangantur, propter debilitatem animalis. quia[g]
6 hae commixtae sunt nervis. Quibus autem[h] articuli in

lius est ut temp. quae dextra — sunt detrah. C. unde *ut* addidi. (i) *perquiretur* C. (2) *emittetur* C: (m) *contigit* C. (n) In S. M. lacuna usque ad II. 23. sed videtur hic Curb. librum dicere voluisse Gesner. (o) *venas positas* S. M. (p) *ab* S. M. (q) *phlebotomo incidito* S. M. (r) *vero* S. M. (s) *inerit* Go. (t) *Quibus — minuendus est* om. S. M. (v) *et* Go. (x) *armis* S. (y) *vero armi in causa sunt* S. M. *vero* etiam Go. Vulgo *quidem*. (z) Verba *et creticis* addidi ex S. M. ubi est: *e creticis*. (a) *aufertur* S. M. (b) *centriae* S. M. hic et p. p. *centiriae* Go. (c) *brach.* om. S. M. (d) *Sed* S. (e) *a genibus* S. M. (f) *ne mediae* S. M. (g) *quae venae* S. M.

Centuriae) Lectionem *centriae* recte praeferebat Gesnerus cum Platnero, qui referebat huc κεντρίδα locum, ubi equi punguntur. De pede enim anteriore sermonem esse, docent armi. Sed κεντρίς Hippiatr. p. 134. post umbilicum versus caudam sita est.

causa erunt, vel si articulus insertus[i] vel intortus fuerit, vel[2] aquatilia habuerit, vel quidvis[l] simile in articulis contigerit, desub cirro[m] sanguis detrahi[n] debet: quae venae positae sunt inferius quam articuli tribus digitis super[o] coronam. quae venae cum summa cautela[p] tangendae sunt, quia articulorum coniunctae sunt nervis. Cretico autem,[q] vel si basim moverit,[r] de coronis rectius[s] tollitur sanguis.

XXVI. Quibus autem iumentis vel suffusionis vitio vel per voluntatem excruciata[a] ungula fuerit, quae[b] vulgo ungulam cogere dicuntur, vel quibus remorata[c] basis longo[d] tempore claudiginem fecerit, eius-

(h) *etiam* Go. (i) *exemtus vel tortus* S. M. (2) *aut* ins. F. *aut* pro *vel* Go. (l) *quidquid* Go. (m) *de subito* S. M. (n) Ita pro *subtrahi* M. S. et Goth. (o) Ita pro *sub* S. M. ubi est: *sub circa tribus digitis super coronam.* (p) *sollicitudine* S. M. (d) Ita pro *Creciaco vel si* S. M. *Cretiaco* Goth. (r) *praecisio monuerit* S. M. (s) Ita pro *rectis* S. M.

XXVI. (a) *extrusicia* S. M. *extrisia* suprascr. *extrusia* addit Go. (b) *quae — dicuntur* ex S. addidi. In Go. tantum est: *quae vulgo dicuntur.* (c) *rememorata* Goth. (d) Ita pro *longi temporis* S. idem *claudicedinem.*

Sect. 6. *Insertus*) Ex S. M. *exemtus* malim *exsertus*. Vnde ἔξερξις infra III. (vulgo II.) 47. 1.

Aquatilia) Vide infra ad III. (vulgo II.) 49. 1.

Cretico) Paulo antea sect. 5. S. M. habebat: *e creticis de brachiolis sanguis aufertur*. ubi Gesner ignorantiam fassus est. De κριθιάσει et κριθιᾶν, κριθιῶντι cogitare non sinit locus vitii, in artubus indicatus. Vide ad initium capitis notam.

Cap. XXVI. *Suffusionis*) Pedum suffusionem iterum memorat c. 38. s. 8. pedes suffusos I. 53. s. 1. Convenit Iordanus cap. 55. *delle spontature delle ungie — la infusion per negligentia non curata descende alli piedi — con la rosseta la estremità de l'ongia davanti sia in tanto cavata fina che la vena maestra del piede, la quale termena in quel luogo sia rotta e cavato el sangue*. Quae repetiit Cresc. IX. 52. *de infusione descendente ad ungulas — descendit ad pedes sub ungulis — rosvecta parva caventur funditus*. L. Rusius c. 129. *spumature de l'ungie* et instrumentum *rosneta* nominat.

Voluntatem) Vocabulum vix sanum est. Deinceps *extrusicia* Samb. M. Glossarium Gothani Vegetii: *Extrusicia ungula id est corrupta.* Vulgatum *excruciata* vitiosum esse suspicor.

Remorata) Emendo: *emota basis.* Ita cap. 25. 6. *si basin moverit.*

2 modi curatione sanantur. Compones pedem ad gubiam et omnem ungulam ad vivum allides, tumentemque hinc[e] suffraginem illius alligatam lino vehementer stringes, totumque simul ungulae solum[f] in circuitu scalpello circumscribes,[g] ut a corona ungulae[h] sublevetur ex parte, tunc circumcisorium ipseres[i] inter unguem[2] et solum, et cum bene elimpidaveris, suffraginem[l] solvis, et invenies de calcaneo venas fluere, et cum sufficienter effluxerit[m] cruor, sale perfricabis,

(e) Vulgo *Componis omnem ungulam quasi ad vivum adlidesque virantum.* Samb. M. *componito pedem ad gubiom et omnem ungulam ad vivum allides fumentumque suffraginem illac alligatam lino v. adstringes totumque solum ungulas in circ. scalpello circumscribis.* Go. *circumponis* (*suprascr. circumpositis*) *ad gulbiom et om. un. od vivum odlidesque virantum. honc suffr.* (e) *huius* S. (f) *solum — circumque* om. S. (g) vulgo *scalpelletur et circumgyrabis.* (h) Ita pro *ungula* S. (i) Ita pro *inferes* S. Go. (2) *ungulam* S. Go. (l) *suffragine* S. deinceps *soli* S. M. sequens et om. Go. (m) *emanaverit* S. M. Go. (n) Ita pro *postea* S. M. Goth. (o) *et cum seq. munies*

Tumentemque) Vulgatum *virantum* ex lectione S. M. Gesner emendavit ita, ut vitiosum *fumentumque* mutaret in *tumentemque*. Praeterea *compones* scripsi, quia futura plura sequuntur. Deinde lectionem S. M. probavi *componito pedem ad gubiam et om. v. ad vivum allides.* quanquam etiam sect. 4. est: *compones ungulam eius ad vinum.* ubi similiter legendum puto, ut b. l. S. M. exhibet. Pro *allidere* paulo post est *elidere*; quod praefero. Gesner ex b. l. *gulbiom* instrumentum fossorium interpretatus est. Hinc Gesner suspicabatur, *gulbiam* h. l. esse ferramentum componendae ungulae, monens, *ad gulbiam* dici posse pro *gubia*, ut *ad cornu.* Ipsam viri docti interpretationem probo, sed de *gubia* (quam una cum *gulvia* omisit Gesneri Thes L. L.) unicus mihi occurrit Isidori locus XIX. c. 19. *Scofina dicta quod hacrendo scofem facit. Canterium, Gallio, Guvia.* ubi Interpres Hispanus monet, hodieque *Gubia* dici ab Hispanis runcinâm. A runcinae igitur usu potuit etiam ferramentum dici, quo solum ungulae ad vivum eliditur. In Isidoro Codex *Gufio* habet scriptum. In Codice Gothano post Vegetii textum leguntur Glossae per literarum ordinem descriptae, ubi reperi: *Gulbia ferrum incisorium plicatum duarum acierum di glaucum.* Deinde *Glaucum id est gulbia.* Scilicet infra V. 47. (vulgo III. 48.) 2. pro *glante ferreo* Goth. habet *glauco ferreo.* Verum ibi adiuncta verba *spartea calciabis* diversum docent glaucum a gulbia esse. Sed eaedem glossae: *Sparcia de plata incilia sparta Instrumentum incidendi ungulas.*

Circumcisorium) Infra II. 18. 31. (vulgo I. 56. 31.) est incisorium.

postmodum[n] aceto et oleo inunges, et[o] linteolis mu-
nies diligenter. Spartea[p] calciare curabis, ut post 3
egestionem humorum[q] ungula reparetur. Huiusmodi
autem curam nunquam nisi singulis pedibus adhibere
debebis,[r] ut in tanto dolore animal duret ac[s] stet.
Si autem in alio pede similis est causa, cum in illo
qui prius curatus est, firmiter animal stare coeperit,
tunc eum[t] elides, et ut[v] dictum est, simili observa-
tione curabis. Si vero in his causis animal cremare[x] 4
volueris, semissabis illud[y] hoc modo. Compones un-
gulam eius ad vivum, et contra venam addita[z] sagitta
pertundis, ut possit sanguis acontizare[a] per solum
quod[b] sagitta pertuderit. Simili autem modo sale fri-
cabis,[c] oleoque et aceto, linteolisque[d] munibis, dum-
taxat singulos pedes, ita[e] ut portare se possit. Hoc[f]
modo plane qui semissantur non laeduntur.[g]

om. Go. (p) Vulgo *Sparciam*. S. M. *spatio*. Go. *sparcia*. (q) *humoris* S. M. (r) *debes* Go. (s) *et* Go. (t) *bene* Go. (v) *sicut* S. M. Go. (x) *stigmare* S. M. *stermare* Go. (y) om. Goth. (z) omisso hoc *sagittam* Go. (a) *exire* S. M. (b) *quae* Go. *pertonderit* Go. (c) *confricabis oleoque aceto* Go. (d) *lintheoque* Go. deinceps *curabis* S. M. Go. (e) om. Go. (f) Ita pro *hi* S. M. (g) Ita pro *eliduntur* S. M. Go.

Spartea) Ita correxit vulgatum *sparceam* Morgagni; Samb. margo *spatio* — *humoris*.

Cremare) Semissare dixit etiam infra II. 10. 9. (vulgo I. 38. 9.) Cauterii semissem habet III. 11. 4. (vulgo II. 11. 4.) et V. 40. (vulgo III. 41.) 3. Vide mox ad cap. 28. Sed h. l. praeferenda videtur lectio *stigmare*, nam de sanguinis missione sola sermo est in utroque loco, ubi *semissare* usurpatur. Quanquam ad cauterium etiam semissem et graece ἡμίσεις transferri novi et docebo ad cap. 28. Itali etiam *sommesso* vel *sumesso* ita dicunt, ut docui ad V. 17. 3. (vulgo III. c. 18. s. 3.) Glossa Cod. Gothani in fine scripta inter alias: *Semistabis alias semisabis, hoc est de sub solo pedis fleubothomisare ut floare.* Alia glossa ibidem refertur ad lectionem *stermare*, quam h. l. pro *cremare* habet Goth. In S. M. *stigmare*. Ita igitur babet: *Stemare, id est sanguinem corruptum a pede corrupti unguis evacuare hoc stermare.*

Hoc modo plane) Ita scripsi ex S. M. Vulgo *hi plane* — *non eliduntur*. quam scripturam defendens Gesner interpretabatur: qui semissantur equi, non opus est, ut curandi causa deiiciantur. Verum nec in praecedente

XXVII. Opisthotonicis,[a] vel qui morbo subrenali laeduntur,[b] vulsis etiam, colicis,[c] et quibus venter frequenter dolet, de cauda sanguis emittitur, licet melius putetur propter huiusmodi[d] causas[e] ortas de
2 visceribus debere sanguinem tolli. Quod si de cauda tollere[f] volueris, sic facies: Erige et resupina caudam ad lumbos, quatuor digitis ab ano, ubi pilos non habet, caede caudam cum[g] tabula aliqua non ponderosa, quousque se vena demonstret, et[h] in caudae media[i] divisura quatuor digitis ab ano sagitta percuties venam, ut[2] acontizet sanguis; post decur-
3 sionem fasciola[l] colligabis. Cum autem de visceribus emittere volueris,[m] sub inguibus[n] de dextra sinistraque[o] in singulis femoribus eminentes venas medias sagitta percuties, sed[p] caute, propter vicinam mixturam nervorum; post decursionem sanguinis cretam[q] impones. Si laccae in gambis fuerint, aut aliquis dolor coxae vel gambae, sanguis detrahatur[r] gambis: sunt enim venae a visceribus descendentes per gambas interius, quas medias propter vicinam mixturam nervorum caute[s] transverse[t] flebotomo percuties, et post decursionem fasciola[v] ligabis.

XXVII. (a) Ita pro *Epistomicis* scripsi. *Epistonicis* S. *Opitostonicis* Go. (b) *tenentur* S. M. (c) *et colicis quibus* S. (d) *eiusdem* S. M. (e) *causas* om. S. M. (f) *extrahere* S. M. *etrahere* Goth. *facias* Goth. (g) *de* S. M. (h) *in cauda* S. M. (i) *dimidietatem* Go. (2) *si non egrediatur sanguis* S. M. (l) *fasciolam* Go. (m) *velis* S. M. (n) (*inguinibus*) ins. S. *unguibus* habet Go. (o) *et sinistra* S. M. vulgo *sinistrave*. (p) *Sed — nervorum* huc retraxi mouente Morgagui IV. 10. Vulgo post *impones* inserta leguntur. Vulgatum *misturam* ex Go. correxi. (q) *cetera imponas* Go. (r) *sub* addit S. M. (s) *caudae* S. M. (t) *transverso* vulgatum ex S. M. correxi. *transversus* Go. (v) *fasciolam* Go. deinceps *colligabis* S. M.

cura equi allidi et deiici dicuntur in terram, sed elidere et allidere ad vivum iubet auctor ungulam. Nec apud nos equi deiieiuntur, quibus solum ungulae eliditur.

Cap. XXVII. *Causas ortas*) Tollendum aut uncis includendum erat vocabulum *ortas*, quod sensum turbat.

Sed caute — nervorum) Haec vulgo posita post verba *cretam impones* in

XXVIII. In animalium curis ac[a] medicinis duplex
remedium auctores esse voluerunt,[b] minutionem san-
guinis, per quam constricta laxantur, et[c] ustionem
cauterii, per quam[d] laxata firmantur. Sed cum fle-
botomi ratio evidenter videatur exposita, cauterii
quoque, licet novissima cura sit, aperienda[e] videtur
utilitas. Nam adustio[f] laxata constringit, inflata atte- 2
nuat, humectata[g] desiccat, coagulata solvit, carcino-
mata[h] praecidit, veteres dolores emendat, alienatas[i]
corporis partes ex qualibet causa ad statum suum
revocat, super naturam excrescentia subtrahit,[2] et
adusta crescere non patitur.[l] Nam cum candente[m] 3
ferro ruperis cutem, vitium omne concoquitur atque
maturatur, et beneficio ignis dissolutum per fora-
mina, quae facta sunt, effluit cum humore. atque ita
sanatur passio et tollitur dolor. Post quae[n] cicatrici-
bus clausis constrictior et robustior redditur locus,
ac[o] prope insolubilis cutis. Sciendum vero[p] cuprina
cauteria plus effectus ad curandum habere quam fer-
rea. Praeterea si in capite morbus est, inuritur cer- 4
vix: si subrenalis est, lumbis ignis adhibetur. Inter-
dum autem puncta infiguntur,[q] interdum ad similitu-
dinem lineae[r] candens deducitur ferrum,[s] aliquando

XXVIII. (a) *curis ac* om. Goth. deinceps *rem esse vol. auctores* Goth. (b) *scilicet* addit S. M. *nihil* Go. *minutione* Go. (c) *etiam* addit S. M. *nihil* add. Go. deinde *ustione* Go. (d) Ita pro *quod* S. M. *laxa* S. M. (e) *vis tamen eius* S. M. (f) *ustio* S. M. (g) *humecta siccat* S. M. (h) Ita pro *farcin.* F. S. Go. ex M. S. dedit Gesn. (i) *alienas* Go. (2) Ita pro *subtracta*, et S. M. (l) *sinit. nam beneficio cauterii rumpentis cutem caro coquitur et maturatur, et beneficio ignis dissoluta per foramina, quae facta fuerunt* S. M. *sinit* etiam Go. (m) *candenti ferro vero rup.* Go. (n) *quam* S. *quod* S. M. (o) *hoc propria* ins. Go. (p) *quoque* S. M. Goth. (q) *adhibentur vel* S. M. *impinguntur* suprascr. in Go. (r) *liniae candente ducitur*

suum locum retracta posui suadente etiam Morgagni.

Cap. XXVIII. *Lineae*) Infra V. 40. 3. (vulgo III. 41. 3.) de cau-

velut palmulae[t] fiunt. In hoc enim mulomedici cum[v] arte laudatur ingenium, si ita animal cauterio curaverit ne deformet.
5 Pro[x] locis autem, in quibus est passio, et pro pellis aestimatione[y] cauteria vehementius imprimuntur[z] aut levius. Memoria autem retinendum est, quassaturas,[a] emota vel extortâ aut eiecta de locis suis uri[b] penitus non debere. nam perpetua debilitas consequitur.
6 sed melius est[c] cum locis suis reposita[d] fuerint, et ligaturis diligentius[e] communita, atque ita naturae industriaeque beneficio corroborata,[f] chalasticis[g] unctionibus et malagmis[h] postremum causticis[i] eadem percurare[2] ad spem perpetuae sanitatis.
7 Quod specialiter admonendum est, ne mulomedici festinantes, dum[l] foco curare cu-

verum Go. (s) *veru* S. M. (t) *palmate fit* S. M. (v) *mulomedicinae cum arte laudatur ingenium* Goth. unde vulgatum: *laudatur mul. ing.* auxi et correxi. (x) *In* S. M. (y) *extenuatione* S. M. Go. (z) *infiguntur* S. M. (a) *fracturas* F. M. et S. cum margine Go. *qui exorta* habet. (b) *moveri* S. M. (c) *ut* addit S. Go. (d) *imposita fuerit* Go. (e) *diligentibus composita* S. M. *commonita* Go. (f) *conroborata* Go. *roborata* S. M. deinceps *ut* inserit Go. (g) *calasticis* S. M. *colacasticis* Go. Vulgo. *colasticis*. (h) *malacmis* S. deinceps *ad* ins. S. M. et Go. (i) *calasticis* S. M. *casticis cola eadem* Go. Voluit *colacasticis*. (2) *procurari* S. M. *procurare* Go. (l) *cum*

tere palmas accipiunt ab armo usque ad cervicem, et in tempore uritur ad mensuram semissis; in alia parte temporum fit quasi stella parva cauterio, in parte rehum usque ad medium spinam virgulae dantur. Hinc *semissare* pedes equorum I. 26. 4. II. 40. 9. (vulgo I. 38. 9.) Vide supra ad I. 26. 4. Hippiatr. p. 228. habent: ῥάβδους μακρὰς καίειν, γόμφους ῥαβδοειδεῖς ἐναλλὰξ καίειν, τοὺς ἡμίσεις τριστοιχίαν ποιούμενον καίειν, μανδακηδὸν ἐξεπιπολῆς καίειν. Ibid. p. 159. reperies καυτήρια ὀρθὰ, πλατία, et καύειν μανδακηδόν. Ceterum de cauteriis eorumque forma et usu apud veteres medicos exstat liber Th. Fieni Lovanii 1598. ubi tamen latina Vegetii vocabula, nec adeo ipsa graeca satis explicata non reperi. In Hippocrate de Morbis p. 465. ed. Foesii est: καῦσον τὴν κεφαλὴν ἐσχάρας ὀκτὼ — τοῖς δὲ σιδηρίοισι σφηνίσκους ποιησάμενος διακαίειν πλαγίας τὰς φλέβας. ubi σφηνίσκοι videntur esse *palmae* Vegetii. ἐσχάρας καίειν puto esse craticulatim urere apud Vegetium V. 2. 5. (vulgo III. 3. b. sect. 5.

piunt, animalia debilitent[m] aut[n] deforment, cum flebotomis, potionibus, unguentis, syringis[o] medicaminibusque diversis ante[p] sit temptanda curatio; et si nihil profecerint, ad extremum[q] ignis adhibetur.

ferro Go. (m) *potius vexant* addit Go. suprascripto: *alias vasat.* (n) *atque deforment* Go. (o) om. S.M. (p) *at sit temptata* Go. (q) *ultimum* Go.

VEGETII RENATI

ARTIS VETERINARIAE

SIVE

MVLOMEDICINAE

LIBER SECVNDVS.

(Vvlgo I. Cap. XXIX.)

Cap. I.

Quaecunque passiones plus iumentis periculi [a] inferre consueverunt, et difficilioribus obscurioribusque [b] indigent curis, has primo [c] amplectimur libro, ut et facilius reperiantur, [d] quae in exordiis ipsis [e] occurrent, et legentibus fastidium non possint adfer-
2 re. [f] Febrientibus itaque animalibus quam [g] primum convenit subvenire. nam [h] non amplius quam triduo

Varietas Lectionis et Notae.

Cap. I. (a) *periculum* Go. deinceps *adferre* S. M. (b) *et durioribus* S. M. (c) *uno complectimur* S. M. (d) *inteligantur* Go. (e) Vulgatum *ipsius* ex coniectura Gesneri correxi. (f) *possent offerre* Go. Deinceps vulgo addita leguntur: *De curis quae prima sunt.* quae verba recte incluserat Gesner, cum Sambucus monuerit, ea in MS. omitti, ibique duo capita distincta adesse, quorum alterum inscriptum sit: *de curis febrium*: alterum *de lassitudine, quae videtur febribus similis:* et incipit: *Febrientibus anim.* Omittit etiam verba haec Go. qui *Quae febrientibus* habet. (g) *quam* ex S. addidi. (h) *quae* S. M. voluit *quia*. (i) *inde* Goth. (2) *quos* Goth.

Cap. I. *Triduo*) Hippiatr. p. 5. eadem tradunt, sed minus integra, initio totius operis pariter ab hac ipsa febrium cura sumto.

caloris vim[i] sustinere posse creduntur. intra quod[k]
si curata non fuerint, moriuntur. Oportet igitur
prius passionis[l] huius signa causasque praedicere,
et[m] mox medicinas exponere. Febriens iumentum 3
deiectum caput e[n] terra allevare vix poterit, erit
oculis apertis, labiis demissis, tristitia turpis[o] et
gravitas totius corporis insequitur, testiculi tumidio-
res laxius[p] pendent, membra caloribus fervent, venae
vehementi pulsu saliunt, anhelitusque creber et cali-
dus, tussis assidua, incessus nutans, fastidium cibi,
bibendi cupiditas, vigiliae iuges. Causa autem huius 4
passionis ex magno labore et fatigatione est, si negli-
gentia consequatur.[q] Interdum aestu nimio, aut
perfrictione[r] vehementi, vel ex cruditate ciborum,
aut sudoris subita infrigidatione, vel ex fervore hor-
dei novelli evenire[s] consuevit. Curatio autem ista 5
solennis[t] est. Continuo[v] sanguinem eis de facie vel
de temporibus aut palato oportet emitti, ab omni
esca prima die penitus abstineri,[x] tunc foeni optimi
aut[y] herbae viridis subinde[z] pusillum offerri oporte-
bit, et quiescere etiam ab omnibus rebus, et etiam
sequestratum temperato tempore, et inambulationi-

(l) *huiusmodi s. c. praedici* Goth. (m) *postea medicinam ponere* S. M. (n) *a terra levare non* Go. (o) *turpi* S. (p) *laxin*[s]*o* Go. sic. (q) *consequitur* Go. (r) Ita pro *perstrict.* scripsi. *perfricatione* S. M. (s) *accidere* S. M. (t) *solempnis* Go. ubique. (v) *autem* addit Go. (x) *abstinent* S. M. *abstineat* Go. deinceps *tunc* add. Go. (y) *vel* S. M. (z) *subinde p.*

Oculis apertis) Hippiatrica p. 5. ὀφθαλμοὺς ὠδηκότας καὶ δακρυώδεις — τὰ χελύνια κεχαλασμένα.

Hordei novelli) Hipp. νεαρὰς καὶ ἀρτιθερίστους κριθὰς, αἳ δύστριπτοί εἰσι καὶ δυσδιοίκητοι. Infra V. 43. 1. (vulgo III. 44. 1.) hordeum novum vehementius calet.

Tunc foeni — temperato tempore) Haec omnia omittit S. M. nec ea sunt in Hippiatricis, quae sic: ἀλλὰ μόνον τὸ ποτὸν κατὰ μικρὸν δίδου καὶ περιπατεῖν ὀλίγα καὶ πρᾴως ποίει ἐσκεπασμένον. unde h. l. malim legi: *abstineat, tantum pusillum potum offerri oportebit, et segestratum* (ἐσκε-

bus levibus animal commoveri:[a] calidis quoque locis[b]
6 coopertum stabulari. Cum coeperit melius esse, herbam minutatim concisam[c] porrigito. quae si defuerit, hordeum maceratum, ablatisque suis folliculis tusum[d] in modum ptisanae, paulatim offeratur et frequenter exiguum.

II. (I. 30). Plerumque autem equi ultra vires ad cursum coacti aut ponderibus praegravati aut[a] sudore defecti similia febrientibus[b] signa demonstrant. Quod[c] sic intelliges: Oculi sublachrymantes erunt et tanquam subfusi sanguine, praeterea spiritum crebrius agitat, foenumque fastidit et de posterioribus pedibus melius se sustentabit. nam priores[d] quasi subtritos tardius ponit.

III. (I. 31). Quod si febris interna fuerit, non[a] facile animal dormiet, et quotidie deterior[b] fiet, interdum furunculos[c] in dorso vel in lateribus habebit: et tunc[d] scias eum[e] a morbo, de[f] quo supra disputatum est, malleo detineri.[g] Cui lotium aliquot diebus[h] tam hominum quam[i] arietum per nares infundes. Et sic potiones, quae de isto morbo supra scriptae sunt dabis.

dare Go. *subinde oportebit ambulationibus animal commoveri* omissis reliquis S. M. (a) *comm.* om. Go. (b) *parum* add. Go. (c) *incisam* S. M. (d) *tunsum* Go.

II. (a) Ita pro *ac* S. M. (b) Ita pro *febricitantibus* S. M. (c) Ita pro *Quos* S. M. (d) Ita pro *primos* S. M.

III. (a) *non — dormiet* om. S. M. (b) Ita pro *deterius* Go. (c) *funiculos* S. (d) *et tunc* addidi ex S. M. (e) *eum* om. S. M. (f) Verba *de quo — est* ex S. M. addidi. Vulgo *qui superius disputatus est malleus.* Sed S. M. *malleo.* (g) *teneri* Go. (h) Ita pro *dierum* S. (i) *q. ar.* om. Go.

πασμένοι, nam *segestre* graecum est στέγαστρον) *inambulationibus levibus animal commoveri.*

Folliculis tusum) Hippiatr. κριθαὶ καλῶς περιεπτισμέναι, σύμμετροι.

IV. (I. 32). Si autem autumni[a] tempore coeperit febrire iumentum, statim de cervice sanguinem detrahes, vel gradu tertio de palato; post herbas trixaginis sextarium, traganti, rosarum[b] ana unciam 1 in pila lignea pistabis, cernesque[c] subtiliter, ex aqua[d] cum mulsa et oleo potionabis, atque ita restitues sanitatem.

V. (I. 33). Si autem aestate febrire coeperit, totum sudabit, sataget[a] salientibus venis, naturam[b] mincturo similis demittet ad terram, transverse ambulabit. De coxa media quatuor digitis ab ano venam inquiris[c] et ex ea sanguinem detrahes. Si autem non inveneris, de cervice tollendus est. Cui hanc potionem pro[d] tempore dabis: Herbae[e] portulacae plenam manum tundis, succumque eius cum draganto[f] et thure et[g] succo rosae campanae mulsa addita offeres, potionem non satis grandem, ne plus quam oportet infrigides: quia[h] cum quasi splene careat simul et defectione sanguinis calore privatur.

VI. (I. 34). Hieme vero si febrierit, supra dictas[a]

IV. (a) *autumno — febriere* Goth. (b) *ros.* om. S. M. deinceps *an* F. (c) *tenesque* S. M. *continisque* Go. An *conterisque?* (d) *ex qua* S. M. et Go. probante Gesnero. deinceps *commulsa* Go.

V. (a) *satagat* Go. (b) Ita pro *mincturam et naturam simul dimittere* S.M. in Go. est *in mincturam*. Vulgo etiam ante *ad terram* interpungebatur. (c) *maris* Go. (d) *parabis* S. M. (e) Ita pro *Herbam portulatae* Go. nisi quod *portulatae* tenet. (f) Vulgo *dragante*. (g) *vel rosae cum pane* S. M. *cum thure vel succo rosae cum panae* Go. (h) Hinc ad finem cap. om. S. M. *quia tum* Go.

VI. (a) *scriptas* S. M. Go. (b) *cum digito* Go. (c) *sanitatem* S. M.

Cap. IV. *Cum mulsa*) Tollendum est aut includendum inutile vocabulum *cum*.

Cap. V. *De coxa*) Intellige de feminibus ex libri 6. cap. 4.

Portulacae plenam manum) Expressit graecum δράκα.

Campanae) Plinius 21. s. 10. praecocem Campanam rosam ait esse. Postrema capitis verba inclusi, quae S. M. etiam omittit, ab argumento aliena. Pro *splene* M. Sladus malebat *felle*; notum enim, equos fellis vesicula carere.

species aridas contundito,[b] diligenterque misceto, et
per sinistram narem dato, sanitas[c] consequitur. Fe-
brientibus autem haec potio utilis traditur: Mannae,
thuris uncias 2 semis, iridis illyricae[d] uncias 6, pipe-
ris unciam 1, baccarum lauri, seminis apii ana unciam
2 1, cum[e] passo potionabis. Item post detractionem
sanguinis de matrice aut de palato sic[f] potionabis
febrientem: Hyssopi libram unam, abrotani uncias 6,
lactis caprini sextarium, amyli[g] cyathum, olei optimi[h]
uncias 3, herbae urceolaris[i] succi cyathum unum,
misce cum caeteris, et per cornu[2] faucibus infunde,
3 erit salutare remedium. Item alia potio. Lactis
libram unam,[l] olei cyathos 2, croci scrupulum 1,[m]
myrrhae ℈ 2, apii seminis cochlearium[n] plenum, mi-
scebis pariter, et dabis ad cornu. Hieme farinam
triticeam cum aqua tepida, aestate autem farinam
hordeaceam cum aqua frigida[o] dabis in potu. Si
febrienti tensura[p] non desit iliorum, loca cauterio
4 inurenda sunt, et usta curanda. Item alia potio.

(d) Vulgo *yris illyricae.* (e) *compasso* Go. (f) *pot. sic. febr.* Go. *febriens iumentum* S. M. (g) *am. cy.* om. S. M. Vulgo *amili.* (h) *quieti* S. M. (i) *urciol.* F. S. Goth. (2) *cornum* Goth. (l) Ita pro *sextarium* S. M. (m) *scrupulum* 1. om. Go. *drachmam unam* S. M. deinceps vulgo *mirrae — appii.* (n) *cochleare* S. M. *coclearium* Go. (o) *frigida* om. S. M. deinceps vulgatum *potum* ex Go. correxi. (p) Ita vulgatum *febrient mensuram non des, iliorum autem loca* correxi ex S. M. et Go. nisi quod hic *dedit*

Cap. VI. *Mannae thuris*) Hippiatr. p. 8. μάννης γόβ. λιβάνου οὐγγίας σσ. et reliqua, ubi mensura interdum dissert. Interim post *mannae* incisionem posui.

Vrceolaris) Hanc potionis formulam vix integram puto esse. In simili Hippiatr. p. 9. est. βοτάνης περδικιάδος ἣν Ρωμαῖοι οὐρκιόλαρ καλοῦσι. Noster iterum nominat infra V. II. 2. (vulgo III. 12. 2.) Plinius graece parthenium et perdicium nominari refert 22. s. 20.

Lactis libram unam) Ita recte Samb. margo. Ita enim Hippiatr. p. 8.

Cum aqua tepida) Hipp. μετὰ ὕδατος κοχλιαρίου ἑνός. inepte. Lege κεχλιασμένου.

Tensura) Ita recte S. M. Hippiatr. εἰ δὲ ἔχει τὰς λαγόνας τεταμένας καὶ μὴ παύηται ὁ πυρετός.

Lactis caprini heminam, amyli[s] cyathum, ova 4, olei cyathum,[q] succum[r] herbae urceolaris quotidie potum[s] dabis usque ad sanitatem. Item unctio[t] qua perfri- 5
candi sunt febrientes.[v] Rosae libram, olei veteris libram 1, aceti heminas 3, olei cyprini[x] libram semis[y] portulacae seminis et nucis amarae ana uncias 6, menthae vel rutae quantum sufficit.[z] teres et commisces, et tepefacto utere, ita ut diutissime confrices contra pilum, et in loco tepido unctum animal coopertumque statues. Item[a] potio alia si hieme febrie- 6
rit. Gentianae unciam unam, aristolochiae, hyssopi, absinthii, abrotani,[b] singulorum unciam unam, caricarum uncias 6, seminis[c] apii uncias tres, rutae fasciculum[d] 1, omnia in cacabo cum aqua decoques usque[e] ad tertiam, et cum nigrescere videris, coctum est. Exinde unam[f] heminam misceto sicut[g] supra scriptum est, et per cornu faucibus infundito.[h]

habet. *illorum* S. (q) *quantum* Go. (r) *succi — urciol.* Go. *urciol.* etiam F. S. (s) *potionabis* S. M. (t) *unguentum qun* S. M. (v) Go. inserit *Recipe* per notam scriptum. deinceps *rosarum libram uncias sex* Go. *libram semis* S. M. (x) Ita pro *lactis caprini* S. M. nisi quod *ciprini* habet. (y) *unam* S. M. deinceps *portulacae unc. nucis amarae* S. M. Vulgo *portulatae* erat. (z) Ita S. M. Vulgo erat *expedit s. teres.* ubi literam *s.* ex nota verbi *sufficit* ortam esse auspicabatur Gesner. Deinceps *vinctum* pro *unctum* Go. suprascr. habet. (a) *Item potio alia* om. Go. et post *febrierit* inserit *Recipe.* (b) *unciam unam* omisso *singulorum* Gorh. (c) *sem.* om. S. M. (d) Ita pro *fasciolum* Ş. pro numero *bonum* habet S. M. (e) *usque* ex S. addidi. (f) Ita pro *vini* S. M. (g) *cum suprascriptione* S. M. *si cum* Go. (h) *infundas* Go.

Caprini heminam) Hippiatr. p. 9. λίτρας τὸ ἥμισυ, ἀμύλου τὸ ἀρκοῦν etc.

Aceti heminas 3) Hipp. aceti libram et semissem habent.

Olei cyprini) Ita ex S. M. dedi pro *lactis caprini*, confirmante loco Hippiatr.

Portulacae) In Hipp. seminia nulla fit mentio, sed ἀνδράχνης καὶ καρύων παλαιῶν λίτρας τὸ ἥμισυ.

Abrotani) Omittunt Hipp. p. 9. et singularum herbarum et reliquarum rerum mensuram variant.

Fasciculum) δέσμην μίαν Hipp.

Vnam heminam) Ita recte S. M. pro *vini* firmantibus Hippiatricia.

VII. (I. 35). Si quod iumentum ab indigestione vel pletura febricitaverit, naribus spiritum ducet,[a] et ilia frequenter agitabit, anhelitusque[b] erit fervens et aridus, spinam facilius flectet,[c] nam qui ex perfrictione[d] febrit, rigidus est; quia calor membra dissolvit, frigus astringit. Ex pletura igitur febrienti copiosus sanguis emittitur de cervice, nares aceto per-
2 fricantur, ut sternutet saepius. Venter quoque febrientis si durior fuerit, per anum iniecta manu stercus extrahatur,[e] a cibo abstineat, paucissimum[f] potum per intervalla suscipiat, et unctum[g] supra scripto medicamine, diuque fricatum,[h] loco stabit calido horis tribus aut quatuor coopertum, postea ad ambulandum[i] producetur[2] nihilominus involutum.

VIII. (I. 36). Si quando ex vulnere aliquo[a] vel suppuratione oris aut faucium nascitur febris, de temporibus nec non etiam de palato detrahendus est sanguis. De maxillis quoque sive de cervice, et ad postremum quicunque locus febrienti doluerit, ex[b] eodem cum[c] mensura sanguinem oportet auferri. Quod si cibum penitus respuerit, farinam aquae mixtam ad cibi[d] instar faucibus eius infundes. Offas[e] quoque de passo facies iustae magnitudinis, et septenas[f] cum oleo digeres, ut possit habere substantiam. Ita[g] denique febrienti utilis est, ex quacunque parte detractio sanguinis fiat, si consideratis viribus animalis

VII. (a) *ducit* Go. (b) *anhelitus erit frequens et olidus* Go. (c) *flectit* Go. deinceps *nam et qui* Go. (d) *perforatione* S. M. Vulgo *perstrictione*. (e) *egeritur* S. M. (f) *pauc.* — *et* om. S. M. *parviss.* Go. (g) *unto* Go. (h) *fricato* Go. (i) *deamb.* S. (2) *ducitur* Go.

VIII. (a) *vulnere vel aliqua supp.* Go. (b) *idem fricandus est et sanguis* S. M. (c) *omni* Go. (d) *clivi instantiam* S. M. *ad instar cibi* — *infundis* Go. *ad olivae instar* coniiciebat Gesner. (e) *Offeras* Go. (f) *ptisanas* Go. (g) *ac demum febr.* Go. (h) Ita *pro rationabiliter* Go. *humor* addit etiam S. (i) *in enormiter* Go. (2) *occidit* S. M. *curat* Go.

mensura servetur. Nam ut emissus ratione humor[h] relevat, ita enormiter[i] ablatus evirat[a] vel turbat.

IX. (I. 37). Coactio in animalibus passionis est nomen, ex qua aegritudinum[a] diversa genera nascuntur, ideo sic appellata,[b] quod ab iniuria vel labore vel[c] ex coactione contigat. Quoties enim lassum animal fatigatione itineris vel nimietate cursus vel magnitudine ponderum non studiose refovetur, vel aestate sitire vel hieme algere[d] compellitur, vel certe penuriam[e] sustinet cibi,[f] aut hordeo novo aut[g] foeno pessimo laeditur, et per[h] dies aliquot circa curam eius nulla adhibetur industria;[i] sic totius corporis compago et interiorum viscerum depositio per iniuriam et fatigationem vitiatur.

X. (I. 38). Ex qua coactione haec passionum genera[a] nascuntur. Ex perfrictione[b] enim fiunt opisthotonici,[c] podagrici, phthisici. Ex aestu autem evenit
gravedo, febris, insania, capitis dolor. Ex sudore 2
oritur tumor in cruribus, suffusio in pedibus, febris, spasmus, et tussis. Ex humore quoque, qui de naribus profluit, passio apertissima declaratur. A cerebro enim[d] vel a capite venit multa pituita,[e] crebra et spissa. A perfrictione[f] erit humor tenuis, aquati-

IX. (a) *aegret.* Go. (b) *est* addit Go. (c) *et* S. M. *contingit* deinceps Go. et *quotiens* postea *laxum.* (d) *frigore* in Go. suprascr. voluit *frigere.* (e) *iniuriam* Go. (f) *convictus* S. M. (g) *vel* Go. deinceps vulgo distinguitur: *laeditur. et per.* (h) *per aliquot dies* Go. (i) *et* inserit F. S. Go. omittit S. M.

X. (a) *signa* S M. deinceps *nascantur* Go. (b) *praefocatione* S. M. Vulgo *perstrictione.* (c) Vulgo *epistomici.* S. M. *opistetonici.* Go. *epitostomachi.* (d) *vero* S. M. (e) *pravitas* S. M. et Go. margo. habet *spurcicitus.*

Cap. X. *Ex humore*) Compara locum geminum III. 36. (vulgo II. 36.) ubi ex cerebro *mucor* dicitur fluere *crassus et candidus*, ex perfrictione natum *rubentem tenuem et frigidum.* unde apparet, hic quaedam esse vitiosa.

cus et frigidus: ex qua re fiunt coriaginosi [g] et epatici [h] et phthisici. A tolibus [i] et glandulis et arteriis humor erit candidus [k] et viscosus, ex quo [l] evenit fastidium et faucium praefocatio et synanche.[m] A pulmone autem humor crassius, sanguinolentus et male olens [n] emanat, colore pallido.[o] Ex qua causa fiunt peripneumonici,[p] vomicosi,[q] orthopnoici [r] et phthisici.[s]
4 A morbo autem malleo [t] venit humor multus et crassus, et pallidus.[v] Ex [x] qua re fit orthopnoicus [y] profluvius Atticus,[z] et suspirium articulare. A iecore [a] humor erit lividus, [yricus [b]] et viridis, et tabidus,

(f) Volgo *perstrictione* S. M. *praefocatione humorum erit.* (g) *corriginosi* Go. (h) *tenatici et tussici et a talis* S. M. *eptetici et tussiculatores et glandulosi. Ex glandulis et arteriis* Go. (i) Vulgo *colibus.* (z) *calidus* Go. (l) *hoc* S. M. (m) *Synanches* F. *Sinances* Go. margo *Schirincas.* (n) Ita pro *odoratus* S. M. *malus odor* Go. (o) *palico* Go. (p) Ita pro *peripleu.* Go. (q) *ramycosi* S. M. (r) *ortonoici* S. M. *orthomici* Goth. Vulgo *ortomici.* (s) *ptisici* Go. (t) *maleo* Go. (v) *palidus* omisso *et* Go. (x) *a qua* Go. *Cataeroitus profluus et viridis non valde crassus, neque albidus* S. M. (y) *orthonoicus* Go. Vulgo *ortomicus.* (z) *arteficus* Goth. (a) *alias iecinore* Go. (b) *yricus* om. Go. (c) *grossus* Go. (d) *Synthe-*

A tolibus) Vulgo est *colibus.* Verae lectionis vestigia habet S. M. hic et infra V. 63. 4. (vulgo III. 64.) recte monente Gesnero in Thes. L. L. Festus: *toles, tumor in faucibus, quae per diminutionem tonsillae dicuntur.* Graeci παρίσθμια vocant. Vgutio apud Cangium in *turella* sic habet: *Toles, tolitis, sunt membrorum tumores circa uvam stantes. Has vulgo per diminutivum tunicas vel turellas vocant. Haec in faucibus solent tumescere.* Iohannes de Ianua habet *tusillas.* Isidorus II. 4. *toles gallica lingua dicitur quas vulgo per diminutionem tusillas vocant, quae in faucibus turgescere solent.* In Sammonico vers. 294. iam olim viri docti *colles* mutarunt in *toles.* Habet etiam Plinius Val. II. 42.

Synanche) Cf. ad III. (vulgo II.) c. 28.

A morbo autem malleo) Haec aliena sunt a coactionis causis, signis et effectibus, eademque iam antea posita sunt: *a pulmone autem humor crassus —colore pallido.* Taceo ineptum suspirium articulare. Quare haec omnia a librario inepto adsuta censen. Vitium arguit etiam S. M. ubi profluvium Atticum ex parte non comparet, et reliqua plane adversa apponuntur. De Attico profluvio vide ad I. 17. 19.

Suspirium) Supra ad I. 3. ex Hippiatricis monui, malleum humidum a Romanis suspirium vocatum fuisse; sed articulare additur inepte.

non valde crassus,[c] neque olidus. Ex qua re fiunt
syntectici,[d] hydropici, febricosi. Ideo autem signa 5
passionum[e] causasque divisimus, ne ignoratus[f] error
noceret,[g] et facilius evidens doctrina curaret. Absyr-
tus[h] huiusmodi de coactionibus prodidit medicinas:
si equus, inquit, coactus de via venerit, oculi eius[i]
intro abibunt vel versabuntur, spirat calidum fre-
quenter atque suspirat, et[k] auriculae huius ac reli-
quum corpus extensum erit. Cuius talis[l] est curatio,
ut parum hordei accipiat, foenumque non multum.
Potio autem huiusmodi praeparabitur,[m] hyssopi, 6
abrotani ana unciam 1, sampsuchi[n] uncias 6, foenu-
graeci libram unam, lini seminis pondo[o] duo: haec
omnia tusa et cribrata in cacabo novo cum sex aquae
sextariis infundis, addisque novem duplices[p] ficus,
quae cum ad partem dimidiam decocta fuerint, uni-
versa conteres atque liquabis,[q] praeterea vini veteris 7
optimi sextarios tres, mellis heminam, piperis triti
drachmam[r] adiicies supra scriptis, rursumque fer-
vere facies omnia, ex qua[s] calidam potionem plurimis
diebus dabis, quae mirifice iuvare consuevit. Si de 8
labore itineris suffusio pedum forte provenerit, cave
ne sanguinem calido[t] detrahas, sed requietum [pau-
satumque[v]] flebotomabis, huiusmodi[x] beneficio po-
tionis usurus:[y] Turis masculi drachmas[a] 2, foliorum[b]
caprifici libram, grana piperis 25, fermenti uncias 3,
croci drachmam:[c] Omnia bene trita in tres partes 9

tici S. M. *Sintetici* Go. Vulgo *sciatici*. deinceps *ytropici* Go. (e) *passionis obmissaque* Go. (f) Ita pro *ingratus* coniec. Morgagni et Gesner. (g) *nocere* S. (h) *Absyrius* S. M. (i) *eius* om. Goth. et post *abibunt* addit. (k) et deinceps *huius* om. S. M. (l) *ista* S. M. (m) *Receptio* addit Goth. (n) *sansuci* S. M. Vulgo *sampsuci*. (o) *libras duas* S. M. *pondera* Goth. deinceps *tonsa*. (p) *XVIII* S. M. (q) *item* addit S. M. (r) *unciam unam* S. M. (s) *quo* S. M. (t) *calidum* Go. (v) omittit S. M. et Go. hinc inclusi. (x) *huius* S. M. (y) *usus* Go. (a) *uncias duas* S. M. (b) *folia*

divides, et expausatum[d] iumentum triduo cum oleo potionabis et vino: si hiems fuerit, tepida os ablues, aestate[e] frigida: si tardius, aut[f] non recte ambulat, sulphurem[g] et resinam calentem ungulis imponis, non semel tantum, sed aliquoties donec rectus[h] incedat. Si vero ista non profuerint, semissabis[i] eum, ut de ungulis sagitta contactis compctenter profluat sanguis, et vulnera traumatico[k] curabis pharmaco.[l]

10 De lassis[m] haec signa erunt:[n] toto corpore gravabitur, et posteriora crura quasi inligata[o] habebit. posca itaque et pulegio nares eius et totam faciem fovebis, panem et[p] merum dabis[q] ut manducet, offeresque ei lactucas vel gramen diligenter lotum atque concisum, consequenter daturus huiusmodi potionem: Succum

11 ptisanae, passum, ova, oleum rosatum, quae omnia pariter[r] mista per triduum dabis, ita ut hordeum primo decorticatum siccatumque manducet. Praemonendum autem est, ne[t] iumento ex coactionis iniuria laboranti pulses venas calentes. continuo enim ner-

Go. (c) *quartam partem drachmae* S. M. Goth. (d) *expuscatum* S. M. (e) *Si aestas* S. M. (f) *rectum* S. M. *rectus ambulat* suprascr. *recte* Go. pro his verbis: *aut non recte.* (g) *furfurem* F. M. Go. et S. M. deinceps *impones.* (h) *recte* Ga. (i) *stemissabis ipsum* S. M. deinceps *sagittis* Go. (k) *tragmatica* S. M. *trainatica* Go. (l) *autem* addit Go. (m) Vulgo *laxis.* Ante haec duo verba S. M. inserit: *Febris ex lassitudine haec signa habet.* cum lemmate novi capitis: *De febre et lassitudine.* (n) *manstrabis* Goth. (o) *longa* S. M. *crura inligata quasi habebit. pusca* Go. (p) *etiam* S. M. (q) *dabis am.* Go. (r) *par. mista am.* S. M. *mista am.* Go. (s) *pro modo totum* S. M. *promadulatum* Goth. (t) *ne iumentum ex evacuationibus in iniuriam laborum impulses, venas enim calentes habens, continua nervorum*

Sulphurem et resinam calentem) Codicum scripturam *furfurem* fere probaveris comparatis locis similibus 3, 7, 2. 3, 23, 1 et 3, 56, 2.

Venas calentes) Eo Apsyrti verba in Hipp. p. 39. ἐὰν ᾖ ἐξ ὁδοιπορίας ὁ ἵππος καὶ ὑπόκοπος, μὴ δεῖν αἷμα ἀφαιρεῖν ἐξ αὐτοῦ. οὐ γὰρ τὰς φλέβας κοπιᾷ, ἀλλὰ τὰ νεῦρα. ἐὰν οὖν αὐτὰς νύξῃς, τὰ νεῦρα ἀποξηραίνεται. αἱ γὰρ φλέβες ἔμπυροι οὖσαι (venae calentes Vegetii) ἁπαλὰ τὰ νεῦρα παρέχουσι.

vorum[v] contractio et debilitas consequitur. Oportet 12
autem armos eorum et genua vino calido et oleo
tepido[x] suffundere, totumque[y] corpus multorum
manibus diutissime confricare, et loco statuere tepido,
mollia[z] de siccato stercore vel de paleis[a] strata prae-
bere. Posteriorem[b] partem flebotomo lassis[c] non
oportet contingi, ne penitus evirentur.[d] Quod si venae
in cruribus tument, et[e] plenae sunt humore,[f] de co-
ronis sanguis auferatur.

XI. (I. 39). Non minus multae et obscurae vale-
tudines[a] in internis[b] animalium quam hominum exi-
stere consueverunt. imo si verum quaerimus, prope
pares atque[c] consimiles sumus. Nam[d] animalibus,
quia[e] rationales sumus, sola mente praestamus: cor-
poris vero natura communis est, maxime in dolori-
bus. Dolorem[f] ventris in iumentis Veterinariorum[g] 2
imperitia putat facile[h] posse curari, quod[i] grave,
nescit: et[2] ex ventositate vel constipatione vitium,
torsiones vocant et interiorum incisiones, quibus aut
praecantationes[l] anicularum more, aut aliquod quasi[m]
physicum remedium adferre conantur. Cum quid 3

S. M. *calentes* etiam Go. Vulgo *calenti*. (v) *nervo* Go. deinde *contracto*. (x) *tepido* om. S. M. (y) *et totum* Goth. (z) *et supponere ei mollia, ut paleam* S. M. (a) *paliis* Go. (b) *autem* addit S. (c) Vulgo *laxis*. (d) *enerventur* S. M. (e) *hac pl. sint* Go. (f) *humores decoctiones — aufertur* Go.

XI. (a) *valitud.* Go. (b) *iumentis* Go. (c) *atque* om. Go. (d) *Nam — sumus* om. S. M. (e) *quae* corrigitur *qua* Goth. (f) *Dolor enim* Goth. (g) Vulgo *Veterinorum*. Go. *Vectariorum*. Mecum S. M. (h) *ex facili* Go. (i) *quod — vitium* om. S. M. (2) *et* om. S. (l) *verborum rationes* S. M.

Genua — suffundere) Apsyrtus: δεῖ οὖν ἀναφυσᾷν οἴνῳ καὶ ἐλαίῳ τοὺς ὤμους καὶ τὰ σκέλη.

Multorum manibus) Apsyrtus: χειροτριβεῖν μαλακαῖς ταῖς χερσί.

Stercore) Apsyrtus: ὅπου κόπρια ὑπόκειται ἢ ἄλλα ὑποβλήματα ἁπαλά. Igitur non opus est *stramine* Morgagni IV. 12.

enim intrinsecus iumentis dolere inceperit, statim se allidunt et volutant, et solius ventris creditur esse causa, cum plures et difficiles et diversae[n] sint passiones, ex quibus dolor et volutatio illa contingit. et nisi singulis pro causarum genere competens medicina subvenerit, sanitas redire non poterit. Efficaciter autem curare potest[o] nemo, nisi qui internarum aegritudinum signa rationesque cognoverit.

XII. (I. 40). Primum venter[a] ipse, qui aqualiculus nominatur, totius corporis obtinet dominatum, in cuius capacitate cibus potioque miscetur, ac per digestionem naturali calore decoctus, separatis humoribus, partem ad substantiam membrorum convertit in sanguinem,[b] partem in urinas resolvit, partemque
2 secernit[c] in stercora. Quod si loca illa perfrictio[d] longi temporis vitiaverit, intestinorum dolor, et[e] corruptio digestionis necessario sequitur.[f] Nam pars humoris coagulatur ex frigore, et fit conglutinosa in praecordiis, atque in intestinorum partibus,[g] quae ducuntur[h] ab aqualiculo usque ad colum,[i] quod appellatur Graece[2] typhlon enteron, latine[l] ieiunum dicitur, retinetur et haeret, per quod in colum[i] humor pessimus transit, et interclusione sua cibum non patitur ad interiores partes more solito descendere.[m]

(m) *conphysicum* S. M. (n) *et diversae* ex S. addidi. (o) *non poterit* S. M. *nemo potest* Go. deinceps *aegret.* Go.

XII. (a) *Plurimum ipse* Goth. (b) Vulgo additum *et* om. S. M. *urina* deinceps Go. (c) Ita pro *secum trahit* S. M. *stercore* Goth. (d) Vulgo *praestrictio.* Goth. *perstrictio.* (e) *et cor. dig.* om. S. M. (f) *consequitur* S. M. (g) *partes* Go. (h) *ducunt* S. M. (i) *collum* F. et Go. sed correctum. (2) Vulgo deest *typhlon.* Go. *tyflon interon.* S. M. *cyphon, interim.* De meo *Graece* addidi. (l) Vulgo post *retinetur et haeret* legebatur: *quod Latine ieiunum dicitur.* Go. *ieiunium.* (m) Ita pro *pervenire* Go. (n) *etiam*

Cap. XII. *Aqualiculus*) Isidorus apud Vincentium Specul. nat. 28. c. 90. aqualiculus proprie est porci, hinc ad ventrem hominis translatio.

Hinc [etiam[n] tortura et] extensio ventris dolorque cum magno periculo generatur: quae passio Graece emphragma, Latine praeoccupatio dicitur.

XIII. (I. 41). Exoritur et alia causa doloris asperior,[a] quae Graece chordapsos[b] appellatur, cum praeclusa intestina viscerum vento [fumove[c] se] urgente colligant,[d] usque adeo,[e] ut et[f] aquam et cibum et stercus animalia etiam interdum revomere cogantur. Praeterea ad similitudinem hominum propter[g] inflationis iniuriam coli quoque[h] dolore vexantur; propter quam necessitatem animalia diu se[i] vehementerque[2] volvendo rumpuntur, quod curari[l] iam non potest, et ideo moriuntur.

XIV. (I. 42). Ilei[a] quoque vitia ex perfrictione[b] huiusmodi humoris nascuntur: qui cum intestina maiora et praecluserit, et in eorum[c] sinibus stercora coeperit detinere: prohibet[d] illa ad cataclytum lon-

— *et* om. S. M. *autem* Goth. (o) *q. p. Gr.* om. S. M.

XIII. (a) *a superiori* S. M. (b) *cardaphos* S. M. (c) *fumove* om. S. M. *se* om. Go. hinc utrumque inclusi. (d) *colligunt* S. M. (e) Ita pro *eo* S. M. (f) *et ex* S. addidi. (g) *per instrictionis iniuriam colicumque dolorem* S. M. *frictionis* Go. (h) *quoque* om. Go. (i) Ita pro *diverse* S. M. (2) *vehementer — rumpunt* S. M. (l) *curare non* Go.

XIV. (a) *Aliqua* S. M. *Alia* Go. (b) *praeforatione istius* S. M. *perfricatione* Go. (c) *renibus eorum* S. M. *in renilibus eorum* Go. (d) *illam* Go. deinceps volgo *catachlytum*. S. M. *catochidem*. Go. *cataclietum*. Idem *lon-*

Emphragma) Iterum nominat infra II. 49. (vulgo I. c. 47.) Describunt Hippiatrica p. 146.

Cap. XIII. *Chordapsos*) tenuiorum intestinorum est, ileus pleniorum, auctore Celso 4. c. 13. Cf. Foesii Oeconomia h. v.

Cap. XIV. *Ilei*) Eius in equo meminit etiam Aristoteles Hist. A. VIII. 24. eiusque signa ponit haec: τὰ ὀπίσθια σκέλη ὑφέλκουσιν ὑπὸ τὰ ἐμπρόσθια καὶ ὑποφέρουσιν, ὥστε ὀλίγου συγκροτεῖν. ἐὰν δὲ ἀσιτήσας τὰς ἔμπροσθεν ἡμέρας, εἶτα μανῇ αἷμα ἀφαιροῦντες καὶ ἐκτέμνοντες βοηθοῦσι. ubi Thomae versio habet pro *μανῇ rarefiat*. Legit igitur scriptum *μανωθῇ*. Verba *καὶ ἐκτέμνοντες* omisit Gaza et versio Scoti apud Vincentium.

Cataclytum) Gesnerus *cataclistum* malebat, i. e. sphincterem, probante

ganonis decurrere. (Longanon autem intestinum vocatur, per quod stercus egeritur). tunc ventus[e] crassus vel praeclusione ipsa intra[f] viscera increscit ac saevit, et[g] dolores morsusque excitat vehementes,
2 ex quo iumenta se proiiciunt ac volutant, extensisque pedibus calcitrant. sed per impatientiam se saepe[h] iactando ventus increscit, et mixtus stercori usque ad[i] intestina descendit, nec[1] iam, ut supra, rumpitur. Quod[2] vitium Ileos vocatur ab eo, quod intestina locis suis exclusa, quasi obices faciunt. quae valetudo
3 periculosa est, nisi cum celeritate subveneris. Huiusmodi autem sunt adhibenda remedia: Aqua calida renes animalis diutissime fomentabis, foenumque cum calida, ut vapor magis penetret, frequenter apponis, post ciliciis[l] diligenter absterges, item[m] oleum vetus et picem liquidam, et oleum laurinum misces,[n] calefacies, et diutissime perfricabis, ita ut[o] testiculos eius perungas, et in auriculas calidum medicamen infun-
4 das. Tam diu autem fricabitur,[p] ut sudare incipiat

gaonis — *Longaon.* (e) Ita pro *venter* S. M. *crossus* Go. (f) *intrinseca* — *crescit* Go. (g) Ita pro *sibimet* S. M. Go. deinceps *proiiciunt* Go. (h) *iam* om. S. M. Go. vulgo additum. (i) *in* S. M. (2) *quod vitium Ileam vocatur, ab eo quod intestina suis locis exclusa quasi obices faciunt, quae valet* S. M. Vulgo *rumpitur, sed iumento quod in vitium qui Ileos vocatur (ex eo — exclusa, animal quasi elices facere faciunt) inciderit, ea valit.* etc. In Goth. est: *sed in vitium, quod yleon — ab eo — faciunt: quae valitudo.* In Samb. est *Ileo.* (l) *stramine* S. M. (m) *item* ex S. additum. (n) *et* ins. S. (o) *ut* S. M. et Go. Vulgo *et* — *perunges* — *infundes.* Sed. Goth. *perunges* (sic) — *infundas.* (p) *fricabis* S. M. (q) *satis* M. S. *saccis* Go.

Platnero, qui huc trahebat ex Phavorino κατάκλιτος τελευταία. Longanonem Glossae κωλέντερον interpretantur. Vtitur vocabulo Apicius IV. 2. Apud Caelium est *longanone cum sphynctere et podice*, sed alibi legitur *longaonis*. Varro L. L. IV. p. 29. *tertium fartum est longabo, quod longius quam duo hila.* Arnobius VII. p. 229. inter farciminum genera habet *longavos*. Sed ibi Salmasii editio *longavi* habet, cum alii libri *longano*, quidam *longavo* praeferant.

Vt supra, rumpitur) i. e. ut in chordapso c. 41.

et ventum emittere, ex quo spes ostenditur sanitatis. Quod loco calido statues, ac sagis[q] cooperies diligenter, hanc daturus quotidie potionem. Piperis grana quinquaginta, petroselinum quantum quatuor digiti comprehendunt, cumini[r] Alexandrini tantundem, cumini quoque Africani tantundem, semen apii, myrram,[s] nepetam, trissaginem, aequis ponderibus, quibus ad dimidiam omnium partem nitrum admiscere te convenit. Quae omnia bene trita ex vino calido et oleo aequis ponderibus et melle quantum satis
fuerit dabis. Haec [autem[t]] potio et calefacit, et 5
ventrem[v] resolvit. Quod remedium si tardius subvenerit, saccellos[x] cum furfure calentes super[y] totum dorsum et renes animalis imponis. Clysterizabis[z] etiam ex aqua calida et oleo, quod cum sale et melle et afronitro[a] miscebis ovoque, et ita ventre laxato et
stercora emittuntur et ventus. Quod si clyster de- 6
fuerit, sal bene tritum et mel coques,[b] pastilosque longos et duros facies, et in anum iumenti[c] [interius] immittes. Quae res omnem spurcitiem humoris intus obstantem[d] abstrahit, et ad sanitatem perducit; nec est aliud quod magis valeat subvenire.

XV. (I. 43). Sunt animalia quibus assidue ventris

(r) Vulgo *cimini* bis. (s) Vulgo *murram, nepitam, trixaginem*. Go. *seminis — mirram — traxaginem*. (t) *autem* om. S. M. *et* om. Go. (v) *ventum* Go. (x) *saccellationes ex fur. caludissimo plenos* S. M. *saccellatores calidissimae ex furf. per* Go. (y) Ita pro *per* S. M. *semper* S. (z) Ita pro *clysteriabis* S. M. Go. (a) Ita pro *melle Afro et nitro ovoque miscebis et ita* Go. *ovo* S. M. (b) *et miscebis* ins. S. paulo antea *clistere* Go. (c) *iumentis immittis* Go. (d) Ita pro *stantem* S. M.

Per totum dorsum) S. M. *super.* recte! et sic est infra II. 24. (vulgo I. cap. 52.) *s.* 4.

Afronitro) Recte Morgagni coniecit *Afronitro*, quod in simili clystere est II. 24. (vulgo I. c. 52.) s. 4. mel Africum nemo veterum memoravit.

intervenit[a] dolor, qui [b] strophus appellatur, et hac ratione concipitur. Interdum sudor animalium vel nimio cursu vel labore [c] profluens in internis residet intra [d] ventris intestinorumque compaginem, qui punctiones doloresque praestat interius. et [e] cum totum a labore cessaverit ac refrixerit corpus animalis,
2 cessat et dolor: sed cum [f] a labore calefieri coeperit,[g] rursus exoritur, et ideo strophus [h] vocatur. nam frequenter volutatur, et cum surrexerit, terram pedibus tundit,[i] et interdum [terram [2]] quasi manducare conatur, et iacens videtur quasi pusillum requiescere, et surgens citius ambulare se cogit. Sed [l] ex hac iniuria frequenter volutando ventum sibi nutrit [m] intrinsecus, et fit tympanites, ex quo et omentum [n] rumpitur, et praesens [o] vitae periculum consequitur.
3 Quod vitium si in perpetuum auferre volueris, paracentesim [p] facies sic: quatuor digitis sub umbilico ad [q] veretrum versus medio [r] climate ventris sagittam iniicies,[s] ut non solum cutem, verum etiam peritonaeum [t] ipsum aperias. Peritonaeum enim [v] dicitur membrana quae intestina omnia continet. Ad mensuram autem cum magna cautela peritonaeum [t] aperies, ne intestina laedas, et praesens discrimen inferas.
4 Post [y] exemta sagitta subiicies fistulam centimalem,

XV. (a) Ita pro *impendit* S. M. Go. (b) *stropholus* S. M. (c) *dolore* S. M. (d) *inter* S. M. (e) *et cum — et dolor* om. Go. (f) *totum* addit Go. (g) *incipit* soprascr. *olias ceperit* Go. deinceps *rursusque*. (h) *strophos* Go. (i) *tondit* Go. (2) *terrom* om. S. M. (l) *Si* Go. (m) *alios immittit* Go. margo. (o) Ita pro *iumentum* S. M. (o) *praesentis* Go. (p) *paracenth.* a Gesn. (q) *ad* ex S. et Go. addidi. (r) *medium* Go. (s) *inicies* Goth. *ita* addit S. (t) *periconium* S. M. et Fab. *peritonium* Go. qui sequentia *ipsum op. Perit.* omittit. (v) *quod* Go. (x) *membranam quod* Go. suprascr. vulgata *membrana*. (y) Omisso *Post* Go. *exempto — subicies — continalem*

Cap. XV. *Tympanites*) Signa cum cura habes infra V. 26. (vulgo III. 27.) ubi vide.

Centimalem) Infra V. 24. (vulgo III. 25.) Corb. liber *centralem* vocat. A *κεντᾷν* et *κέντημα* recte derivat

quam mulomedici portare consueverunt, minutis foraminibus multisque pertusam, per quam[z] foras humor emanat, quem suscipies in vase, et[a] invenies limpido[b] lotio similem, tolles vero non minus sextario. Haec cura etiam illa animalia sanabit, quae vel stupida vel macra sunt ex coactione longi temporis, quibus nitrum diligenter cribratum[c] in hordeum debes aspergere, quod omnes asperrimos[d] humores et spurcitias corporis purgat. Sed strophosis dabis potionem superius declaratam plurimis diebus. Etiam acopo thermantico[e] renes eorum totumque corpus perunges, et diebus aliquot a pluribus[f] facies confricari. Ad ultimum renibus eorum causticum induces, et sic revoces[g] ad laborem.

XVI. (I. 44). Intolerabilem dolorem intestinis inferunt lumbrici,[a] vermes, et tineolae,[b] quas alii pediculos appellant. Nam[c] coagulare et aqualiculum

sed margo *centimalem*. S. M. *exemtam sagittam — centinalem*. (z) *perquam* om. Go. *fistulam* addit S. (a) *et* om. Go. (b) *lympidum lota* S. M. *limpidum* etiam Go. deinde *tolle*. (c) *cribellatum in hordio* Go. *hordeo* S. M. (d) *accerrimos* Go. (e) Vulgo *termantico*. Go. *tinantico*. (f) *plurimis* S. M. (g) *revocas* Go.

XVI. (a) *et* add. S. Go. (b) *tineae minutae* S. M. (c) Ita pro *coagula* Go. nisi quod *quagulare* habet. *Namque gulam et aliquantulum interius eli-*

Gesner. In familia Claudia fuit *C. Cento*, alius *Tiberius Centumalus* apud Ciceronem Offic. III. 16. et Valerium Maximum VIII. 2. 1. ubi libri scripti plurimi *Centimalum* habent; idque nomen satis defendit alterum ab eodem fonte ductum, *Cento*.

Cap. XVI. *Lumbrici*) De morbis veterinorum ex lumbricis et vermium quocunque genere optime disseruit Gallus Chabert, cuius librum de morbis vermicularibus ex gallico sermone convertit Meyer, Goettingae 1789.

Coagula) Sambuci Codex *namque gulam et aqualiculum*. Sed si de bobus etiam intelligi voluit Vegetius, tum *coagulare* est ἤνυστρον, in quo lac coagulatur, ventriculi conclave quartum. Nam cap. 17. recte Sambuci Codex *coagulare* habet pro *coagula*. Platnerus a Gesnero consultus putabat, esse coagulare vel ipsum colon, vel eius principium, caecum intestinum, quoniam ultra has partes cly-

intus erodunt, et vulnera faciunt. ex qua necessitate animalia macrescunt, et coriaginosa [d] fiunt, et sine febre non sunt [e] et celeriter moriuntur. Huiusmodi passionis signum est, cum invenitur humor in ano fabae coctae similis: est [f] namque sanies ex illis [g] vul-
2 neribus,[h] quae bestiolae intrinsecus fecerunt. Ieiuna animalia ex hac necessitate [i] vehementius torquentur. Nam cum his deest cibus, magis vitalia consumuntur a vermibus. Haec animalia [a] non sunt inflata, et tamen per [l] dolorem se volutant, et in spinam se proiiciunt, et caput sibi intra [m] pedes mittunt, et ostendunt doloris [n] sui locum, dentibus ilia sibi quasi scalpunt, et rodunt nonnunquam lumbos, et caudam [o] parietibus confricant.[p] Cum ista signa ostendere coeperint, et crebro clamare, hoc est, vehementer [q] hinnire, scias eos iam morti esse vicinos. Quibus
3 adhibetur ista curatio. Olei viridis et [r] amari sextarios 2, fasciculum absinthii Pontici concoques:[s] praeterea nasturtii seminis, santonici, coriandri seminis, radicum seminis, sinopidis [t] Pontici uncias [v] singulas, mirtis [x] et foenigraeci selibram: haec infusa et decocta in oleo illo facies permanere, ex quo oleo [y] hemi-

dunt S. M. *aquaticulum* Go. (d) *gibbosa* S. M. *coriatiniosa* Go. qui sequens et omittit. (*e*) Ita S. M. pro *erunt*. (f) *cum autem sanies exit a vuln*. S. M. *est autem san.* Go. (g) *illis* om. S. (h) *et* add. Go. omisso deinceps *fecerunt*. (i) *passinne* S. M. (a) Ita S. M. pro *Hi non sunt inflati*. (l) *propter* S. M. (m) *inter* S. M. *in* Go. (n) *dolorem cum* S. M. (o) *caudas* Go. (p) *fricant* S. M. Goth. (q) suprascr. *frequenter* Go. (r) *et* om. Go. (s) *decoques* Go. (t) *Sinopis* S. M. *sinopiden ponticum* Go. (v) *aequis ponderibus misce unciam unam et foenugraeci libram semis* S. M. *foenugraeci* Go. (x) *murti* malebat Gesn. (y) Ita S. M. pro *ex quo heminam*

amata non adscendunt. Libro VI. 10. 3. (vulgo IV. 10. 3.) pro *coagulare* Sambuci liber habet *longanonem*.

Non sunt inflata) Vide infra ad II. 24. (vulgo I. 52.).

Confricant) Vide ad II. 24. (vulgo I. 52.)

nam et aquae tepidae heminam[z] dimidiam per cornu
dabis. quae virtus medicamentorum et lenitas olei 4
animalia ipsa intus occidit, et foras eiicit.[a] Ex qua
potione si per multos dies acceperit, permixto nitro
tunso[b] et castoreo, omnes lumbricos et tineolas vel
cossos,[c] et vermes excludit[d] a corpore, et cum ster-
core eiicit,[a] et restituit sanitatem. Alia potio ad 5
lumbricos, tineolas, et[e] cossos: Santonici, absinthii[f]
Pontici pulveris, lupini crudi, seminis nasturtii,
scobis[g] cornu cervini, seminis[h] radicum uncias ter-
nas, sinopidis Pontici pastillos tres,[i] pollinis[2] ervi
uncias 3, vini austeri sextarios tres,[l] olei Hispani[m]
sextarium[n] unum, opopanacis unciam i, seminis co-
riandri heminam: haec omnia diligenter trita deco-
ques, et quotidie ieiunis heminas singulas dabis.

XVII. (I. 45). Sed quia pestes ipsae saepius[a] ad
coagulare[b] se conferunt, et potio, quae per os data,
ad loca ubi morantur rarius pervenit,[c] ideo etiam per
anum adhibenda sunt clysteria: aceti acerrimi sexta- 2
rium unum semis,[d] olei viridis tantundem, opopana-
cis unciam[e] 1, centaureae uncias 2,[f] absinthii Pontici
uncias 3,[g] santonici uncias 3, farinae lupini crudi un-
cias 3, farinae orobi[h] uncias 3, seminis rafani, semi-

olei et. (z) *aquae* reperit S. M. (a) *eicit* Go. (b) *tonso* Go. (c) *vel cossos* addidi cum S. et Barthio 58, 18. (d) Ita pro *discludit* S. M. *deducit* Go. (e) *vel* S. M. (f) *absintium Ponticum pulverem* Go. *pollinem* S. M. pro *pulveris*. (g) *scoben — cervinon* Go. (h) *semen* Go. idem suprascr. *radicis*. (i) *quatuor* S. M. (2) *pollinis* om. S. deinceps *orobi* S. M. *pollis herbi* Go. (l) *quatuor* S. M. (m) *Spani* legit Rhodius Lexic. Scribon. p. 443. (o) *sextarios* S. M.

XVII. (a) *alias peius* Go. (b) Ita pro *coagula* S. M. *quagulare* Goth. (c) *pervenitur, ideoque* Go. idem *clisteria*. (d) *semis* om. S. M. (e) *uncias quatuor* S. M. *semis* addit Go. (f) *tres* S. M. (g) *quatuor* Go. (h) Ita

Alia potio) Eadem formula extat inf. VI. 10. (vulgo IV. 10.) ubi v. not.

Cap. XVII. *Farinae orobi*) Vulgo *ervi*. Sed infra VI. 10. (vulgo IV. 10.) ubi eadem medicamenta repetuntur, est *pollinis ervi*.

nis coriandri uncias[i] ternas, nitri triti uncias 3. radicis capparis tunsae[k] uncias 3, haec omnia decoques cum oleo et aceto, et per triduum singulos[l] sextarios bene calentes per anum de[m] clystere infundis[n] ani-
3 mali. Memento autem[o] quoties per os potionem das,[p] animal contra clivum teneri debere, ut facilius quod acceperit ad interiora descendat. quoties autem clysterizabis,[q] caput animalis in valle statues, et clunes ad altiora convertes, ut quod per clysterem defundis[r] ad interiora perveniat. Diutissime autem post potionem in talibus locis animal retinetur, ut
4 facilius necentur vel eiiciantur[s] pestes internae. Ad cossos et[t] lumbricos specialis potio. Herbae[v] chamaeleontis radicem ex aqua ad tertiam decoques, et cum opopanacis duabus unciis misces[x] ac vini heminam, et ad cornu per sinistram narem infundis.[y]
5 Item alia[z] ad lumbricos. Seminis[a] coriandri quantum una manus ceperit friges, nasturtii quoque seminis tantundem diligenter teres, quae utraque cum aqua tepida per triduum faucibus infundes. Ad[b] matricis dolorem medicamen. Aloen[c] epaticam, mastichem,

pro *ervi* S. M. 4. *herbi* Go. (i) *ana uncias III* Go. (k) *tonsae* Goth. (l) *singula — calentia* Go. (m) *ad* S. M. Go. voluerunt *clysterem.* (n) Ita pro *diffundis* S. M. (o) omisso *autem* Go. *quotiens.* (p) *potiones anim.* Go. (q) Ita pro *clysteriabis* S. M. et Go. (r) Ita pro *diffun.* malebat Gesn. *convertis — clystere* Go. (s) *eieiantur* Go. (t) *et* om. S. M. *et lumbr.* om. Go. (v) *Herbae* om. Go. deinceps vulgo *cameleontis.* (x) *misceas* Go. (y) Ita pro *diffundis* S. M. Go. (z) *Item alia* om. Go (a) *Semen — frigis* Go. (b) Hinc ad finem om Go. (c) Ita vulgat. *aloe epaticum*,

Contra clivum) Infra VI. 10. 2. (vulgo IV. 10. 2.) est *in clivo* aut *in declivi.*

Quoties autem) Infra legitur: *postero die idem animal pronum constituatur in clivo et per clysterem*, et reliqua, quae sunt paulo diversa.

Chamaeleontis) Eumelus Hippiatr. p. 142. Χαμαιλέοντος ῥίζαν εἰς ὕδωρ ἀποτριτώσας καὶ μίζας ὀποπάνακος γὸ β. καὶ οἴνου ξέστου τὸ ἥμισυ διὰ τοῦ ἀριστεροῦ μυκτῆρος ἔμβαλε.

Ad matricis dolorem) Haec alieno loco posita esse, manifestum est.

castoreum, lauri baccas, ammoniacum cum [d] vino et
melle mittis in ollam, et bullita atteres, dabisque ad
bibendum.

XVIII. (I. 46). Si quod iumentum calculosum
fuerit, haec signa monstrabunt: [a] torquetur, gemit, [b]
extendit se ad conatum migendi, stillat veretrum eius
guttas, [c] et urinam modicam mittit, ex pleno mingere
non potest; quod quotidie patitur. Sed huiusmodi
vitium teneris aetatibus plerumque contingit; quod
sic invenies: Manum [d] ad interiorem partem mittes, 2
et a cervice vesicae sub ipso ano ad [e] hypotaurium
versus palpabis digitis, et calculum ibi invenies. Quod
vitium difficile curatur. Nam interdum nimio cona-
mine prope ipsum anum vesica disrumpitur, et lotium
per anum emittit, et quasi aquae [f] adsimilatur. Ideo-
que missis digitis per foramen quod fecerit longano-
nis [g] et ipsius vesicae, aculeo [h] calculum eximis, et
curabis clysteriis colleticis, [i] [id est, quae glutinent],
ut foramina illa sanentur. Potionabis autem illos
diuretica [2] potione. Difficilis autem huiusmodi cura

masticem correxi cum Gesnero. (d) *cum* addici cum Gesnero.

XVIII. (a) *monstrabit* Go. (b) *gemet et extendet* F. S. Go. (c) Ita S. M. pro *guttis materiam modicum m. et plene.* Go. etiam *modicam.* (d) *Digitos ab interiori parte mittas* Go. (e) *versus hipp.* S. M. *ipocentaurum* Go. Vulgo *hippocentaurum.* Verba *ad hipp. versus* omitt. Cod. Mediceus et Vatic. teste Rhodio ad Scrib. p. 238. (f) *aquam* omisso *adsim.* S. M. et Go. (g) *longaonis* S. M. Go. (h) *reticuleo* Go. margo *tituleo.* (i) Vulgo *collecticiis.* S. M. *collecticis.* (2) Vulgo *duritica.* S. M. *disuretica.* Go. *divertica.*

Cap. XVIII. *Hippocentaurum*) Ex loco II. 23. (vulgo I. 51.) comparato Gesnerus putabat festive ita elici penem equi. Mihi contra legendum videtur *hippotaurium.* quae vox in Hippiatr. p. 153. significat regionem inter anum et scrotum. Hinc λάσταυρος quasi λασιόταυρος. Quinctil. Instit. 8. c. 2. s. 13. *taurus animal sit, an mons, an signum in coelo, an nomen hominis, an radix arboris.* ubi vitium sensit Gesner, sed emendatio *radix arrhinici*, i. e. membri virilis, ineptissima est.

est, quia vim patientes ex corruptione vesicae tortione moriuntur.

XIX. (I. 47). Quodcunque iumentum ex qualibet causa se[a] inveneris volutare, statim[b] oleo manum perunges, et ipsun anum oleo satiabis: [c] post quod manum in interiorem partem longanonis[d] protendis, et si inveneris ipsum longanonem clibano subtili[e] patere, scias[f] eum strophum pati; et continuo stercora eiicies[g] paulatim ad manum; [h] quibus egestis
2 cito noveris animal percurandum. Si vero manu iniecta longanonis praeclusionem inveneris, et[i] stercoris modicum, hoc est, duas aut tres pilulas, [squibala[2]] et[l] praefocatum longanonem, qua[m] manus vix introëat; scias eum emphragma[n] pati, et periclitari; et ideo curandi sunt renes medicaminibus supra scriptis, et clystere utendum, quod indignationem[o] intestini resolvat et curet.

XX. (I. 48.) Si manum inieceris, et totum ventrem tympano similem pertractando senseris, scias eum ileum[a] pati, et cito periclitari. Et[b] ideo unctionibus calidis fricandus[c] est vehementer et diu.[d] Si ventum coeperit emittere, tunc in illo spes incipit esse vivendi.

XIX. (a) *se* addit S. (b) *statim* ex S. addidi. (c) *sanabis ponesque* S. M. (d) *longaonis* Go. qualer. (e) *similem* S. M. (f) *et scias ipsum* Go. (g) *cicies* Go. (h) *anum* S. M. (i) *et — modicum* om. Go. (2) *scias* S. M. paulo antea vulgatum *pillulas* a. Gesn. *pustulas alias pillulas* Goth. (l) *et* om. Go. (m) *quod* Go. (n) *emfragma* Go. (o) *indignum in intestinis — curat* Go.

XX. (a) *ileon* S. M. *ylion* Go. (b) *Et* om. Go. (c) *perfricandum* S. M. (d) *dimissi* Go.

Cap. XIX. *Squibala*) Hoc glossema delendum puto.

Emphragma) Cf. II. 42. 2. (vulgo I. 40. 3.) et Hippiatr. p. 446. ubi cura traditur.

Vtendum, quod) quasi *clisterio* praecesserit.

XXI. (I. 49.) Item si manum miseris, et inveneris valde patere[a] longanonem, et stercora non multa habere, nec esse vehementer inflatum, scias ipsum ventrem dolere, id est aqualiculum.[b] Cito requiescere solet, si celeriter supra dictas [ct[c]] calidas acceperit potiones, diligenterque ex calido unguento fuerit perfricatum. Si moram[d] curationis non abstuleris, difficile evadet. nam ex hac passione chordapsus[e] fieri consuevit.

XXII. (I. 50.) Si[a] manum miseris, et similiter longanonem patere[b] sine ulla inflatione repereris, et non frequenter volutantem se,[c] sed proiicientem se[d] subinde[e] in dexteram[f] partem, et quasi extendentem se[g] interdum ad conamen[h] minctionis,[i] invenies duritiem in intestino[2] ingentem cucurbitae similem; scias animal coli dolore vexari: et[l] quanto durius intestinum inveneris,[m] tanto pluribus diebus dolore cruciatur. Ex qua causa raro periclitantur, 2
et dolent biduo vel triduo vel, si nimium, quinque diebus. Sed quanto inveneris molliorem ipsum[n] locum, tanto velocius mitigabitur[o] dolor. nam quaedam stercora in longanone[p] reperies. et erit salubris curatio, si post clysterem[q] vel potionem multum stercoris adsellatus[r] ediderit. quo facto, statim intestinum,

XXI. (a) *pati* F. S. Go. *longaonem* Go. (b) *aquaticulum* G. deinceps *scito* Go. (c) *et* om. Go. et deinceps verba *ex calido unguento.* (d) *autem cur. attuleris* Go. *attuleris* etiam S. M. pro *non abst.* (e) *eorum dapsum* Go.

XXII. (a) *Si — similiter* om. S. M. (b) *longaonem pati* Go. *pati* etiam F. S. *reperieris* postea Go. (c) *se* om. Go. (d) *se* ex S. inserui. *proicientem* Go. (e) *subinde — extensionem* om. Go. (f) *dextera parte* S. M. (g) Ita S. M. pro *extensionem.* (h) *conatum* S. M. (i) *et* addit Go. (2) *intestino*, omisso *ingentem* Goth. Vulgo *intestinis.* (l) *nom quando* S. M. (m) *inv. tanto* om. S. M. *invenies pluribus* Go. (n) *eum* Go. (o) *refrigerabitur* S. M. (p) *longaone* Go. (q) *clistere* Go. (r) *invenies — quo* Go. *reddiderit* S. M. (s) *de col. praedur.* S. M. *de* etiam Go.

quod a colo induratum fuerat, et tumebat, non apparebit, reddita sanitate.

XXIII. (I. 51.) Si [vesica[a]] currendo fuerit inversa, similis dolor sine inflatione ex cursus[b] iniuria et nimietate frequenter emergit.[c] Huic manum[d] subiicies in anum, et deprimes usque ad veretrum versus, ubi invenies[e] vesicam eius lotio plenam, quam a dextra[f] et sinistra parte leniter adducis sursum ad[g] anum versus[h] [cum[d] oleo], et minctionem provocas, tam diu[i] donec urinam faciat: liberabitur[2] periculo, de quo animalia difficile evadunt.

XXIII. (a) *vesica* addidit Gesn. *Si passio fuerit in vesica et facilis dolor sine inflatione et urinam de iniuria nimia* S. M. *Si curanda fuerint universa simul dolor in infl.* Go. (b) *cursu* S. (c) *irrumpit* Go. (d) Hinc inseri volebat Gesner. *cum oleo.* (e) *inveneris* Go. (f) *ad dexteram partem leviter adduces sursum aliquid adversus anum et opprimas cum oleo* Goth. (g) *ad* om. S. M. (h) *et deprimis* addit S. (i) *tantum* Go. (2) *de peric. a quo* S. M.

Cap XXIII, *Inversa*) Aristoteles H. A. VIII. 24. ἀνίατα δὲ καὶ τάδε, καὶ ἐὰν ἡ κύστις παρακινηθῇ. σημεῖον δὲ καὶ τούτου τὸ μὴ δύνασθαι οὐρεῖν καὶ τὰς ὁπλὰς καὶ τὰ ἰσχία ἐφέλκειν. ubi Codex Mediceus, Canis. μεταστῇ versio Thomae *transciderit*. Plinius VIII. c. 42. *praeterque vesicae conversio*. Hippiatrica p. 116. δεῖ γε μὴν πείθεσθαι Ἀριστοτέλει, ὅς φησιν ἵππον μόνον περιπίπτειν τῷ τῆς δυσουρίας πάθει. quae sententia in vulgatis hodie libris non exstat. De re ipsa ita Apsyrtus in Hippiatricis p. 111. ubi de dysuria agit: οὐκ ἀληθεύουσι δὲ τινες ἐν τοῖς τοιούτοις λέγοντες διορθῶσαι δεῖν τὴν κύστιν, καὶ καθιᾶσι τὴν χεῖρα διὰ τῆς ἕδρας καὶ τοῦ ἀπευθυσμένου ἐντέρου, καὶ τῆς κύστεως μὲν ἅψασθαι οὐ δύνανται τὴν χεῖρα ἔχοντες ἐν τῷ ἐντέρῳ, καὶ αὐτὴ δὲ πρόσκειται τῷ ἱερῷ ὀστέῳ λεγομένῳ ἐν τῇ τάξει ἑξῆς. οὐδέποτε παρανεύει· κνησμὸν δὲ παρέχεται ἡ χεὶρ ἐμβεβλημένη τῷ οὐρητικῷ πόρῳ, καὶ ἔσθ' ὅτε ἀπούρησεν. καὶ μέχρι μὲν τῆς ἕδρας ἁπτόμενοι, κακὸν οὐδὲν δύνανται ποιῆσαι, ἐνδοτέρῳ δὲ διωθούμενοι ἀγαθὸν μὲν οὐδὲν ποιοῦσι, κακὸν δὲ μέγα, διὰ γὰρ τὴν χειροτριβίαν τοῦ ἐντέρου φλεγμονὴ μεγάλη γίνεται, καὶ οὐχ ὑπομένει τὸν πόνον, διαφωνεῖ δὲ κατὰ τὸ πλεῖστον τὸ ζῶον παραχρῆμα ἢ μετ' ὀλίγον. quae breviter repetuntur p. 115. Ibidem p. 112. leguntur haec: καὶ τοῦτο δὲ γίνωσκε ὅτι καὶ ἡμίονος ἐὰν φάγῃ ῥοδοδάφνας, πλείονα ῥῆξιν λαμβάνει ἡ κύστις, διὰ τὸ παραλύεσθαι καὶ ψύχεσθαι τὰς ἐντὸς ἀρτηρίας τὰς λεγομένας ἐπιραχίτιδας, αἷς πρόσκειται ἡ φῦσα, καὶ διὰ τοῦτο ῥήγνυται, καὶ διαφωνεῖ. Ἵππῳ δὲ οὐ δύναται τοῦτο συμβῆναι διὰ τὸ θερμοτέραν ἔχειν τὴν σύστασιν

XXIV. (I. 52.) Sunt alii qui qui assidue dolorem
ventris patiuntur sine ulla inflatione; nec vehementer
se volutant, et quasi in cursu provocant, aliquando
se proiiciunt,[a] et ilia sibi corrodunt, et[b] quasi scalpunt.
In huiusmodi dolore manum immittis[c] in longanonem,
per circuitum [et[d]] interiore parte per[e] plurima
loca diligenter tentabis, et invenies vermes collectos
exisse[f] in[g] singulis locis, et intestinum pertundere,
ex qua necessitate nascitur dolor periculosus.[h] Di- 2
gitis evelle eos, qui quidem vix[i] evelluntur, et ipsa[z]
tibi in manu[l] cohaerent, ut difficile eos proiicias. ex
qua ratione[m] multa iumenta caudam frequenter pa-
rietibus fricant, propter morsum[n] verminum, quos
purgare de longanone[o] studiose debebis, et potionem[p]
dare per plurimos[q] dies eam,[r] quae ad lumbricos fa-
ciat.[s] ita omnes vermes, quos cossos[t] appellamus et
tineolas, purgabis. Similiter etiam[v] qui lumbricos 3
habent in ventre, sic eis[x] convenit mederi. Pice li-

XXIV. (a) *proiciunt* Go. deinceps *se* pro *sibi*. (b) *et* om. Go. (c) *mittis — longaonem* Go. (d) *et* om. S. M. *in* Go. (e) *in* S. M. omittit Go. qui postea *temptabis*. (f) *hesisse* Go. (g) *et in sing. locis intest.* S. M. postea *pertondere* Go. (h) *et* inser. S. (i) *vix* om. Go. (z) *hora* ins. S. (l) *manum* S. M. deinceps *ita* inserit S. post *cohaerent*. postea *proicias* Goth. (m) *occasione* S. M. (n) *morsus* S M. (o) *longaone* Go. (p) *post* Go. *potes* S. M. (q) *singulos* S. M. (r) *ea* S. M. et Go. (s) *faciunt* S. M. et Go. (t) *cossus* Go. (v) *etiam* om. G. (x) Ita pro *eos* S. M. (y) *caldo*

τοῦ σώματος καὶ ταχὺ καταπέπτειν τὰ σιτία. De vesicae μετακινήσει, aut ut in verbis textus est, ἐὰν κύστις μεταχωρήσῃ ἀπὸ τῆς ἕδρας, exstat caput in Hippiatricis p. 267. sed vitiosum ut videtur.

Cap. XXIV. *Neo vehementer se volutant*) Supra II. 46. (vulgo I. 44.) *Haec animalia non sunt inflata et tamen per dolorem se volutant — et caudam parietibus confricant*. Vnde patet, h. l. legi debere: *et vehementer*. Hippiatr. p. 142. τερηδόνων signa ponunt προστρίβειν τὴν οὐρὰν καὶ τὴν ἕδραν πρὸς τὴν φάτνην καὶ τοὺς τοίχους.

Et quasi in cursu) An huc pertinent verba Hippiatr. p. 143. ἐξαπίνης ἀναστὰς τρέχει, ἢ κάθηται, ἢ ἀνακλινθεὶς κέχηνε?

quida et oleo calido [y] renes et totam spinam cum dorso perfricari oportet tam diu, donec calefactionem [z] patiantur ex manibus. et auriculas eorum et anum ex oleo complebis. ventrem quoque et testiculos perunges. sal tritum et [a] cum melle decocto [b] mixtum in
4 anum subiicies, animal [c] crebris ambulationibus potionatum exercebis. Si ex hac ratione non mitigaverit, [d] clysterizabis [e] eum calida et afronitro et sale. Praeterea super renes et [f] dorsum saccellos calidos ex furfure plenos imponis, et tam diu innovabis calefactionem, [g] donec ventum reddat. Potionabis cum [i] potionibus supra dictis et clysteribus, [z] ut a discrimine liberetur.

XXV. (I. 53.) Si quod iumentum syncopaverit, [a] his agnoscitur signis: pigrius ambulabit, tanquam suffusione [b] constrictum. Inter suffusos autem et syncopatos haec distantia est, quod [c] suffusi licet tardius a terra levent pedes, tamen [d] flectentes crura incedere
2 solent: Syncopati autem universo corpore constricti et rigidi sunt, etiam cum se proiiciunt, non sine gemitu et [e] toto corpore decidunt. [f] Hi vero non sine

Go. (z) *califactionem ex manibus* omisso *patinntur* Go. *patiantur: manibus euriculas eorum, et anum alea perfricabis ventrem quoque et testiculos* S. M. (a) *et* ex S. addidi. (b) Ita pro *deooctum* S. M. deinceps *subicies*. (c) Vulgo intersertum *potionibus* am. S. M. et Go. (d) *refrigeraverit* S. M. (e) Ita pro *clysteriabis* S. M. et Go. (f) *eius saccellatianes calidas — plenas* S. M. *et saccell. calidas — plenas* Go. (g) *calefactas* S. M. (h) *verum* Ga. (i) *autem* S. M. *cum* om. Go. (z) Ita pro *clyкteriis* Go.

XXV. (a) *sincop. his fig. agn.* Goth. (h) *tang. suffusionem constrictam patiatur* S. M. (c) Ita pro *ut* S. M. et Goth. deinceps *licet a terra tardius elevent pedes* Goth. (d) *tamen* ex S. addidi. (e) *ac non sine febre* relinq. omissis S. M. paul*a* antea *carpore universa* Goth. (f) *deiciunt* Gothano.

Cap. XXV. *Syncopaverit*) Galeno Meth. Medic. XII. p. 167. συγκοπὴ est κατάπτωσις ὀξεῖα τῆς δυνάμεως virium omnium collapsus. Hinc σύγκοπον γενέσθαι ap. Diodor. 3. c. 57.

Inter suffusos) De quibus I. 26 et 38 s. 9.

febre erunt, cibum et potum fastidiunt, magis iacere
cupientes. qui[g] cum se levare voluerint, impetu co-
nantur exurgere, sed propter dolorem omnium mem-
brorum tardius exurgunt. Quod contingit ex magno 3
labore et cursu nimio, vel ex oneribus[h] nimiis, cum
plurimus sudor fatigatis nervis membra conquasset,
unde[i] syncope, id est defectio nascitur: cuius ista[2]
curatio est. Calida cum flore foeni eum fomentabis a
spina armis et renibus tepefactumque[l] diligenter ter-
gendo siccabis, tunc vino et oleo calido[m] totum per-
unges, diutissimeque confricabis:[n] coopertum deinde
locis[o] calidis statues, molliaque[p] substernes ut dor- 4
miat. Quod cum per triduum feceris, hac potione
refovebis. Myrrhae[q] uncias 2, draganti uncias 4,
croci drachmas 4, meliloti[r] unciam unam, anagal-
lici[s] libram, thuris masculi pondus[t] unum. quae[v]
omnia cribrata in pulverem rediges, ex quo duo
cochlearia cum aquae calidae hemina et mellis co-
chlearibus duobus et[x] olei rosei cyathis duobus po-
tionem dabis plurimis diebus, donec sanum fiat.
Etiam[y] vulsis haec potio et tensione laborantibus
prodest.

(g) *quod* Goth. (h) Ita pro *humoribus* S. M. deinceps *plurimum — conquassat* Goth. (i) *unde et syncopis et defectio* S. M. *unde sui corporis defectio* Goth. (2) *o. cura ista est* Goth. *haec est cura. Aqua calida ipsum cum flore fomentabis* S. M. (l) *tepif.* Goth. (m) *calido perfricabis* S. M. (n) *fricabis* Goth. (o) *locum calidum* Goth. (p) *mollissima quoque* S. M. Goth. deinceps *substernis* Goth. (q) Vulgo *Mirrae*. (r) *mellis loti* S. M. (s) *Symphici* S. M. Voluit *Symphyti*. cf. II. 28. (I. 56.) 19. deinceps *unc. semis* Goth. (t) *unciam unam* S. M. (v) *quae* δm. S. M. (x) *et — duobus* om. S. M. cum Goth. qui antea *coclearia dùo potionem* etc. habet. (y) *Evulsis* S. M. Voluit *Et vulsis* ut Goth.

Vulsis) Etiam in Hippiatricis βολσῶν legitur; Crescentius IX. 20. *morbum pulcini sive mulsivi* vocat, Iordanus c. XI. *pulsivo cavallo*, Rusius c. 142. *pulsivo o bolso*.

XXVI. (I. 54.) Saepe ex cursu nimio iumenta sanguis infestat, et per nares emanat, qui difficile, veluti[a] ruptis venis labore et calore, substringitur,[b] et velocissimam[c] postulat medicinam. Succum[d] itaque viridis coriandri, vel si defuerit, porri sectivi[e] succum in naribus periclitantis infundes. pollinis triticei drachmam,[f] thuris pulverizati drachmam 1, anagallici[g] unciam 1, amyli[h] semiunciam, commixta, et in tres partes divisa, cum[i] vino nigro suffundes naribus, sanguinemque praecludes.

XXVII. (I. 55). Animal sanguine laborare haec signa declarant: Oculi tumebunt,[a] frigidum erit corpus et cervix,[b] tristitia fastidiumque iungetur,[c] difficileque curabitur.[d] Hac ratione sanandum.[e] A cibo potuque temperabitur, somnique[f] indulgebitur copia mollibus stratis; tum[g] de matrice quantum ratio postulaverit sanguis auferatur, nec potionum[h] cura
2 cessabit. Succum itaque viridis coriandri, vel si defuerit, porri sectivi, trixaginis[i] quoque et centaureae violaceae et nitri aequi[a] ponderis mixtura iungitur.[l] Ex quibus tunsis[m] atque cribratis diurnum[n] cochleare ex hemina aquae tepidae infundatur fauci-

XXVI. (a) *veluti* om. Go. *disruptis* S. M. (b) *stringitur* Goth. recte puto. (c) additom vulgo *etiam* com. S. M. omisi. deinceps *postulant* Goth. (d) *succum* — *infundes* om. S. M. et pro iis babet: *Quibus sio subvenias:* Goth. *Itaque coriandri lib. II, si defuerit, porri sectivi succus. naribus* Goth. (e) Ita pro *sativi* Golh. et Morgago. IV. 14. (f) *unciam unom* S. M. Goth. (g) *consolidi maioris* S. M. vide II. 25. Cap. (I. 53.) lit. s. (h) *cornioli sem. in tres dividis partes omnia commixta, ex vino* etc. Goth. (i) Ita pro *ex* S. M. deinceps *suffundis* — *procludis* Goth.

XXVII. (a) *tument* S. M. (b) *ex cervice inungitur* om. reliqois Goth. (c) *odest* S. M. (d) *difficile curobitur* Goth. *curabit* S. M. (e) Ita pro *curandum* S. M. (f) *somnoque indulgebit copiose* S. M. *sompnoque* — *coviam* Goth. (g) *et tunc* S. M. (h) Ita pro *potionis* S. M. (i) *traxaginis itaque* Goth. (2) *aequis ponderibus impetura iungitur* Goth. (l) *iungatur* S. M. Post *sectivi* deesse verhom, est maoifestum. (m) *tonsis* Goth. (n) *diuturnum* S. M. Goth. (o) *humorem* S. M. (p) *minuens* vulgato *im-*

bus. Quae potio humores[o] et sanguinem minuens, imminentes[p] alios morbos purgat, prohibet[q] et sanat.

XXVIII. (I. 56). Obscuras[a] difficilesque curas prima fronte digessimus, consequenter ad caetera pergentes. Sed necessarium credimus ostendere rationes, ex quibus incolumitas iumentorum incorrupta servetur. Melius enim est diligenti studio custodire sanitatem, quam aegritudinibus[b] praestare remedia.
Diligens itaque dominus stabulum frequenter intrabit, 2
et primum dabit operam ut statum[c] pontilibus emineat, ipsumque fit non ex mollibus lignis, sicut frequenter[d] per imperitiam vel negligentiam evenit, sed roboris vivacis[e] duritia et soliditate compactum. Nam hoc genus ligni equorum[f] ungulas ad saxorum instar
obdurat. Fossa[g] praeterea quae lotium recipiat, 3
deductorium debet habere cuniculum, ne pedes iumentorum redundans urina[h] contingat. Patena,[k] quae appellatur, hoc est, alveus ad hordeum ministrandum, sit munda semper, ne sordes aliquae[i] cibariis admisceantur et noceant. Loculis[l] praeterea 4

minentesque substitnit S. M. equidem prius addidi, alterum correxi. (q) *prohibet et* om. S. M. *purgat atque sanat* Goth.

XXVIII. (a) *et* add. G. omisso deinceps *que*. (b) *aegrotantibus* S. M. (c) *cum stratum pontile* S. M. *stratum* etiam Go. unde vulgatum *stratus pontilis* correxi. (d) *plerumque* S. M. (e) *vivaci* et deinceps: *sompno leni* suprascr. *summo*. margo: *alias: et soliditate*: Go. (f) *eq. un. ad* om. S. M. (g) *tum pr. fossa* S. M. (h) *ur.* om. Go. (i) *illa quae app. pat.* S. M. (k) *aliqua — admisceatur — noceat* Go. (l) Ita pro *Loculi — facti — di-*

Cap. XXVIII. *Stratum pontilibus*) Infra sect. 22. *in strato pontili*; sed ibi Codex Sambuci habet *in loco tepido*. Hoc vero in loco ex eodem libro Gesnerus malebat legi constratum pontile. Infra III. 58. (vulgo II. 58. 4) si roboreis pontilibus consternantur stabula. Roboreos axes dixit Columella VI. 30. 2. plancas Palladius I. 21. 2. Gesner malebat *constratum pontile*. Deinceps etiam malim *fossae — canaliculum*.

Patena) Ex graeco φάτνη recte derivat Conr. Gesner in Equo p. 524. Scilicet seriores Graeci dicebant etiam πάθνη pro φάτνη. Vide Niclas ad Geoponica XV. c. 4.

Loculis) Ita ex S. M. scripsi, quia

vel marmore vel lapide vel ligno factis distinguenda est, ut singula iumenta hordeum suum ex integro [m] nullo praeripiente [n] consumant. Nam sunt animalia ad edendum avidissima, quae cum celeriter propriam [o] devoraverunt, partem consortis invadunt. Alia vero naturali fastidio tardius comedunt, et nisi separatim [p] acceperint, vicinis rapientibus [q] macrescunt.
5 Cratis, quae iacca [r] vocatur a vulgo, pro equorum statura nec nimis alta sit, ne [s] cum iniuria guttur extendatur, nec nimis humilis, ne [v] oculos contingat [x]
6 aut caput. Luminis plurimum stabulo infundi oportet, ne tenebris assueta, cum producuntur ad solem vel caligent, vel aciem visus imminuant.[y] Aestate in apertis [z] locis tam noctibus quam diebus iumentis libera aura praestanda est. hieme [a] vero tepere debent
7 stabula potius [b] quam calere. nam nimius [c] calor licet ad custodiendam [d] pinguedinem proficere [e] videatur, tamen indigestionem facit, et vehementius nocet naturae. Nam [f] praeter ea, quod diversa genera morbo-

stinguendi sunt S. M. et Go. (m) *exigendo* Go. (n) *impèdiente* S. M. (o) *propriam de. part., cons. partem inv.* S. M. et Go. qui tamen alterum *partem* omittit. Vulgo *propria.* (p) *separatim* Go. (q) *petentibus* S. M. *emacrescunt* Go. (r) *cocca* S. M. *zaca* Go. (s) *nec* Go. (t) *inedia aguntur extendant* S. M. (v) *conterat oculos caput* Go. (x) *contingant caput* S. *conterant et caput* S. M. (y) *minuant* S. M. Go. (z) *coopertis* Go. (a) *hiemis vero tempore tep.* S. M. Go. qui tamen om. *tepere.* (b) *esse temperata* add. Go. (c) *vel nimis* Go. (d) Ita pro *custodiat* S. M. (e) Ita pro *et reficere* S. M. (f) Ita pro *naturae. Propter quod* S. M. (g) *insol.* om. S.

in vulgata *facti* et *distinguendi sunt* inepte dicitur.

Iacca) Videtur legendum *occa.* Vide ad Columellam II. 48. 4. Pollux Onom. I. sect. 142. κράστις, ἀφ' οὗ καὶ τὸ ἀγγεῖον ὃ ἐπὶ τῆς φάτνης κατῆρτο ἐπὶ τῷ χόρτῳ κραστήριον ὠνόμαζον.

Proficere) Ita ex S. M. scripsi. Vulgatum *custodiat ping. et reficere videatur* sensum vix habet commodum in posteriori commate. Si additum esset *corpus*, tolerari possit, etsi falsa esset sententia. De caloris vi ad pinguedinem augendam optime nuper disputavit *Rigby.*

Propterea) Vulgo *Propter quod.*

rum ex vapore ipso animalibus generantur, si producuntur ad frigus insolitum,[g] statim aegritudinem ex frigoris novitate percipiunt. Curandum est prae- 8
cipue, ut sive foenum sive paleas vel manipulos viciae pro regionum usu vel copia animalibus praebeas,[h] incorrupta[i] ac bene olentia et munda mittantur. De hordeo quoque non erit sollicitudo dissimilis, ne aut pulverulentum sit, aut lapidosum, aut mucidum, aut vetustate corruptum, aut certe recens de areis sumtum, et ipsa novitate praefervidum.[2] Aqua etiam 9
limpida ac[l] frigida, et[m] perennis ac profluens ministranda est. Nam quicquid importunius[n] fluit, virus non admittit. Bis in die multorum manibus animalia 10
sunt toto corpore confricanda.[o] quae cura et mansuetudinem docet, et laxata cute pinguedinis[p] praestat augmentum. Hordeum quoque non semel nec bis, sed pluribus portionibus praeberi conveniet. quidquid enim paulatim acceperint, legitima digestione conficiunt: quod vero semel et enormiter sumserint, cum fimo indigestum integrumque transmittunt. Vicinum vero stabulo[q] convenit esse locum arido 11
stercore[r] vel paleis mollibus[s] adopertum in quo ante

M. (h) *praeberi* Go. (i) *non corrupta des, sed bene olentia. De* S. M. *ac. munda* Goth. (2) pro Ita *praeferendum* F. S. dedil Gesn. ex S. M. Goth. (l) *et* Go. om. S. M. (m) Ita pro *etiam* S. M. deinceps Goth. *perhemnis.* (n) *in potum noxium est virus veneni comitatur* S. M. Go. uisi quod hic: *veneni virus immittatur.* (o) *perfricanda* S. M. quod Go. correxit in *confr.* (p) *pinguedini* S. G. (q) Ita pro *stabulum — loco* S. M. Go. (r) *stramine* malebat Morgagni IV. 12. (s) *lenibus opertum* S. M. (t) Ita pro *vitium* S.

Importunius fluit) Legerim *fluit, importunum virus.*

Arido stercore) Ita etiam II. 40. (vulgo I. 38.) siccatum stercus et paleas iungit, item III. 9. 4. (vulgo II. 9. 4.) et c. 12. 7. ubi tamen Morgagni IV. 12. malebat *stramen* reponi. Sed *stramen* inepte diceretur *aridum*; semper enim est aridum; recte igitur vulgatam tuetur Gesner. Graeci locum eiusmodi ἀλινδήθραν vocabant remque ipsam ἐξαλίσαι. Cf. interpr.

potum animalia volutentur. Quod exercitium et sanitati proficit, et aegritudinis initium [u] commonstrat. nam quoties animal aut non solito more se transvolvit, aut omnino detrectat [v] accumbere, scias illud ex taedio laborare, et ideo [x] separari debere, atque cu-
12 rari. Ad [y] quod opus quoque plurimum iuvat, [z] si saepius et cum moderatione animalia sedeantur.[a] Nam imperitia rectoris et [b] incessus eorum debilitat [c] et mores, praecipue servorum impatientia,[d] qui absentibus dominis ad cursum equos vehementer stimulant, et non solum flagellis sed etiam calcaribus [e] caedunt, dum aut inter suos velocitatem cupiunt experiri, aut cum alienis vehementi obstinatione contendunt, nec [f] revocant aliquando currentes, nec temperant. neque enim de damno [g] domini cogitant,
13 quod eidem [h] contingere gratulantur. Quam [i] rem diligens paterfamilias summa severitate prohibebit, et iumenta sua idoneis et [k] moderatis hominibus, scien-
14 tibusque tractare permittet.[l] Post sudorem quoque si aestus sit, posca [m] os ablui [n] convenit: si hiems, muria.[o] Vinum quoque et oleum faucibus infundi oportebit ad [p] cornu, aestate frigidum, hieme tepefactum, ita ut hieme meri [q] sextario,[r] olei unciae tres,

M. Sequens *commonstrat* om. Go. (v) *desinit* S. M. *detractat* Go. (x) *exinde separari* Go. (y) *Ad quod* om. S. M. (z) *etiam si cum moderatione an. serventur* Go. (a) *equitentur* S. M. Con. Gesner corr. *exerceantur.* (b) *et* om. Go. (c) *debilitant* Go. (d) *impotentia* malebat Gesner. (e) *calcibus* S. M. (f) *neque se vocant* Go. (g) *dampno* Go. ut semper *sumptus*, et *sompnus.* (h) *dum contingit gratulantur* S. M. *enim* Go. (i) *ob* addit Go. (k) *et mod.* om. Go. (l) Ita pro *committet* S. M. *permittat* Go. (l) Vulgo *pusca.* (n) *lavari* S. M. (o) *Myrrham. Vinum et oleum* S. M. *hyens miria. Vinum oleumque faucibus* Go. (p) *cum* S. M. (q) *remedium* Go.

ad Aristoph. Nubes vers. 32. in Hippiatricis legitur τὸν ἵππον ἄγειν ἐπὶ τὸ κύλισμα. Ita enim vulgatum κλύσμα recte correxit Conr. Gesner in Equo p. 489.

aestate autem duae tantummodo misceantur.[s] Nec 15
convenientium [t] potionum debet cura cessare. nam
languor, macies et tussis, et internorum [v] dolor facile
submovetur,[x] si sulphuris vivi [y] semiunciam [z] [1 -) 12.]
myrrhae -) 4. redactos in pulverem, ovoque [a] crudo 16
immixtos cum hemina vini optimi per os dederis.[b]
Est et [c] alia sumtuosior quidem [d] sed accommodatior
potio,[e] quae et celeriter reficit, et cum intrinsecus
purgaverit, curat omnes morbos, tussim veterem,
phthisicos, vulsos, et quaecunque vexata sunt in
opertis.[f] Ptisanae sextarium 1, seminis lini heminam, 17
foenigraeci [g] heminam, croci unciam 1, acronem salsum porci pinguis, vel longanonem,[h] vel si porcina
defuerint, caput haedinum depilatum, cum pedibus
suis, et cordulis intestinorum mundis,[i] hyssopi fasces
duos, cochleas germanas xv, bulbos [l] xv, ficus duplices xx, rutae fasciculum 1, baccarum lauri cum [m] 18
virent sextarium, dactylos xx, allii capita tria, sevi caprini uncias 6, pulegii sicci fasciculum. haec omnia purgata leniterque contusa [n] decoques in aqua cisternina, donec acron [o] ille, vel certe caput haedi [p] liquescat et dissolvatur ab ossibus. propter quod saepe [q] aquam infundis ne aduratur,[r] sed fervendo pinguis [s]

(r) et addit Go. (s) *admisceantur* S. M. (t) *ob hoc pot.* S. M. (v) *interiorum* Go. (x) *summov.* Go. (y) *vini* om. Go. (z) *unciam* S. sed verba inclusa, quae Go. omittit, semunciae scriptula seu scrupulos XII arguere recte monet Gesner. (a) *ovaque cruda* S. M. *immixto* Go. (b) *frequenter infundes* S. M. Go. (c) *et* ex S. addidi. (d) *quidem* ex S. M. addidi. (e) Verba vulgo addita *ad omnes morbos* omisi cum S. M. (f) *locis* addit S. Cf. IV. 8. 1. (g) *foenugr.* Go. (h) *longaonem* Go. ubique. (i) *mundissimi* Go. (z) *fasciculos duos* Go. Vulgo *duas*. (l) *bulbos XV.* om. S. M. (m) *dum* Go. (n) *tonsa* Go. deinceps *cisternae* Go. (o) *acron — certe* om. S. M. *acro ille vel caput* Go. (p) *illud* S. M. (q) Ita pro *assidue aq. refundis* S. M. (r) *adur.* S. M. *comburantur* Go. Vulgo *comburatur*.

Allii capita tria) Eadem minus integra leguntur infra V. 51. 1. (vulgo III. c. 58. s. 1.).

19 succus appareat. Post haec [s] diligentissime colabis ad colum,[t] tum traganti [x] unciam 1 in tres divides partes, ita ut[y] exinde in unam potionem missurus [z] pridie infundas[a] in calidam ut inturgescat. tunc addis passi sextarios 3, et [b] tribus diebus singulos [c] sextarios dabis, ova numero sex,[d] (in die [e] secundo olei rosati ova plena numero 2) butyri[f] uncias 3, (in die tertio) anagallici[g] uncias 3, amyli uncias 3, pulveris quadri-
20 garii selibram, lomenti [h] fabae selibram. Quae omnia misces,[i] ut dictum est, aequis ponderibus per triduum divides, et ieiunum animal potionabis, et horis aliquot [k] deambulare facies, usque ad septimam, a cibo
21 abstineatur [l] et potu. Animalia vero macie attenuata non absque studio diligenti revocantur ad corporum firmitatem.[m] Nam oleo veteri vinoque permixtis et tepefactis in sole per totum corpus unguntur, et contra pilum multorum manibus perfricantur, ut et [n] nervi mollescant, et cutis laxetur, et sudor erumpat. Quo facto cooperta [o] in pontili [p] strato collocentur.
22 et si hiems fuerit, conditum [q] cum semiuncia apii seminis [r] triti et olei tribus unciis calefacto [s] per os ipsius oportet infundi. Si aestat fuerit, absinthiatum [t] vel rosatum cum 4 [v] scrupulis croci et duabus unciis

(s) Ita pro *pinguescat*, *vel succus ipse pinguiar efficiatur* S. M. *pinguedo sua appareat* Go. (t) *hoc* Go. (v) *colatarium cum draganti uncias tres divides in partes* S. M. (x) Vulgo *drag.* (y) Ita pro *quod* S. M. (z) Vulgo additum *es amisi* cum S. M. (a) *infundis in cal. ita ut* Go. (b) *et* om. Go. (c) *singuli sextarius singulos dabis* Go. Valuit *singulis sextarias singulos d.* (d) *id est* add. Go. (e) *hoc est in quolibet die duo olei rosei, ova plena numero* 17, *butyri unc. III*, *pulveris origani unc. III. Quae amnia* S. M. (f) *ros. ova plena numero II butyro* Go. (g) *allium gallicum* Go. (h) *lumenti* Go. (i) *et* addit Go. (2) *aliquibus* Go. (l) *abstenturus et potione* Go. (m) *sanitatem* S. M. (n) *et* om. Go. idem *molescant cut.sque.* (o) *coopertus* Go. (p) *loca tepida* S. M. *pontili tepida* Go. (q) Ita pro *candua* Go. Intelligitur *vinum conditum.* (r) *seminis* om. S. M. (s) *calefacta* Go. (t) Ita vulgatum *absinthium* correxit Morgagni II. 20.

olei frigidum per os similiter debet accipere. Quo-
rum si non suppetit copia, vinum[x] simpliciter conve-
nit praeberi[y] cum caeteris. praeterea eiusmodi[z] 23
species tempore hiemis cum hordei modiis 4 misces,[a]
fabae sextarios 8, tritici[b] sextarios 4, ciceris sextarios
8, foenigraeci sextarios 4, ervi[c] sextarium 1, et, si
meritum equi vel facultas domini suppetit, uvae pas-
sae et nuclei sextarios singulos. quae omnia sollerter[d] 24
commista cum fuerint, unum modium in aqua mun-
dissima pridie debes infundere, et paululum mane
siccare, ex quo equo semimodium[e] ante prandium,
et semimodium ad vesperam[f] dabis per[g] plurimos
dies in loco optimo. viginti[h] uno die ita stabuletur
ut[i] intrinsecus bibat. Quod si ultra modum sagina[k] 25
provenerit, ne pletura noceat, auferendus est sanguis
de[l] matrice. Praeterea graminis[m] radices, quas
aratrum frequenter evertit[n] studiose collige, quantum
potueris,[o] et lotas[p] minutatim concide, hordeoque
commisce, et quotidie praebere non dubites. Aestate 26
vero, excepto ervo,[q] species illae[r] quas diximus, pro
aestimatione mensurae farraginis[s] ad invicem prae-
beantur, hoc est, hordei viridis plures maioresque
fasciculi,[t] tritici et ciceris vel foenigraeci minores et
pauci. Quae omnia confusa[v] oportet apponi. Pro- 27

(v) *tribus* S. M. (x) *vini* Go. *unum* S. M. (y) *praebere* S. M. (z) *cuius-modi* S. M. (a) *misceantur* Go. (b) *tritici* — *cic. sext.* 8. om. Go. (c) *ervi se.* 1. om. Go. (d) *solenniter admista* S. M. *solenter admixta* Go. (e) *se-modium* S. M. Verba *ante pr. et semim.* om. Go. (f) *vesperum* Go. (g) *per pl. d.* om. S. M. (h) *uno et viginti diebus* S. M. *vicesima prima die* Go. Margo ad *vicesima* annotavit: *alias in stabulo.* (i) *et* Go. (2) *sagus* Go. margo *alias*: *impinguetur.* (l) Ita pro *a* S. M. (m) Ita pro *graminum* Go. (n) Ita pro *evellit* S. M. (o) Ita pro *et quam* Go. *colliges quantas poteris* S. M. et postea: *minutatim cotidie cum hordeo commisce et praebes.* (p) Ita pro *longas* S. M. Go. (q) *herbo* Go. (r) *illas* Go. (s) Ita pro *farragines* corrigebat Gesner. *ferragines* F. Go. *adinvicem cum farragine* S. M. (t) Ita pro *fasciculos tritici vel* S. M. *et ciceris* Go. deinceps *foenugraeci* Go.

curandum autem[x] in longa via iumentis ne urinae[y]
copia denegetur, quae res non sine periculo plerum-
que differtur. Pedes quoque eorum post viam eluen-
di[z] sunt diligenter, ne quid luti vel sordium in arti-
28 culis basibusque[a] permaneat. Vnguento etiam con-
fricandi sunt,[b] quo ungulae nutriantur, ut[c] medica-
minis beneficio subcrescat[d] quod itineris attriverat
29 iniuria.[e] Allii capita tria, rutae viridis[f] fasciculum,
aluminis tunsi[g] et cribrati uncias 6, axungiae veteris
pondo[h] 2, stercoris asinini recentis manum plenam,
quibus commixtis atque decoctis domi, ut volueris
in itinere uteris ad vesperam. Praeterea aliud quod
30 ungulas nutrit et firmat. Picis liquidae libras 3, ab-
sinthii libram 1, allii capita 9, axungiae libram 1,[i]
olei veteris libram semis, aceti acrioris[k] sextarium
unum, universa contundes[l] et misces, et[m] decoques,
et ex eo coronas vel ungues animalium confricabis.
31 De palato[n] singulis mensibus minuente luna sanguis
detrahetur. quo facto[o] si qua fuerit[p] capitis passio
relevatur, et ciborum fastidium tollitur. Oportet
autem ferramento concisorio[q] animalium soleas ranu-
lasque[r] purgari, quod evaporat atque[s] refrigerat,
32 et fortiores ungulas reddit. Si animal domi forisve[t]
perfrixerit, calidioribus unguentis, quae multa sunt,
lumbi eidem[v] confricentur, et cerebrum, potionesque[x]

(v) Ita pro *contusa* Go. *commixta* S. M. (x) Ita pro: *Praecavendum tamen ut in longiore vectatione vel itineribus iumentis urinae copia non negetur* S. M. (y) *itineris, iumentis vestere copia.* Go. (z) Ita pro *ervendi* corrig. Gesn. *abluendi* S. M. Go. (a) *basibusque* S. M. Vulgo *basique.* (b) *sunt* om. Go. deinde *nutriuntur.* (c) Ita pro *et* S. M. Go. (d) *subcrescant quoe* suprascripto *quod* Go. (e) *Quod est* addit S. M. deinde *Alii* Go. (f) Ita pro *veteris* S. M. (g) Ita pro *scissi* S. M. (h) *pondera* Go. (i) *libras tres* S. M. (k) *acerrimi* S. M. (l) *contondis* Go. (m) *et* om. S. (n) Ita pro *palatis* S. M. Go. (o) *et* add. S. Go. (p) *fuerit* S. M. (q) *ocissorum* S. M. *lotiosorum solo ramulaque* Go. (r) Ita pro *ramulasque* recte Conr. Gesner. *ungulasque* S. M. (s) *ad quod* Go. (t) Ita pro *forisque* scripsi:

ex pigmentis et herbis, quarum ferventior est vis, per[y] os continuo oportet infundi, ut perfrictionis[z] incommodum evincatur atque pellatur. Nam si in visceribus permanserit algoris iniuria,[a] diversos periculososque procreat morbos. Si vero dierum cani- 33
cularium tempore aestu[b] animal fatigabitur, vel aquis frigidis est perfundendum, vel in mare flumenve[c] mittendum,[d] frigidis etiam potionibus recreandum, ut necessitati[e] laboris aut temporis aptior medicina succurrat. Sed in equis non solum utilitas, verum etiam decoris ratio servanda est. Nunquam itaque[f] nisi necessitas passionis exegerit, de articulis resecandi sunt cirri. Naturale enim[g] ornamentum pedum natura ipsa[h] in illis constituit. Cervicem etiam ipsam 34
diligens[i] debet ornare tonsura. Multi enim sicut curulibus,[k] ita et sellaribus iumentis pressius[l] colla radunt. Quae res licet praestare credatur[m] augmentum, tamen sub honesto sessore[n] deformis est. Alii[o] ita tondent, ut arcum videantur imitari. Nonnulli[p] 35
Armeniorum more crines[q] aliquos in tonsura ipsa

vel foris friguerit S. M. (v) *eiusdem* Go. (x) Ita pro *potionibusque et pigmentis* S. M. Go. nisi quod hic *expergmentis*. (y) *pedes* Go. margo *alias: os*. (z) *frigiditatas* S. M. voluit *frigiditatis*. Go. *perfricationis*. (a) *iniuriam et* Go. (b) *aestu* om. S. M. *aestatis* Go. (c) *flumineque* Go. (d) *et* add. Go. (e) *necessitate laboribus et temporis altior* Go. *et temporis* etiam S. M. (f) *ita* Go. (g) *autem* S. M. *sed* Go. suprascripto *enim*. (h) *ipsa* ex S. addidi. (i) *diligenter* S. M. omitt. Go. (k) *elitellaribus* S. M. *curulibus* a. Gesn. *cruribus iumentis colla pressius radunt* Go. (l) *studiosius* S. M. (m) Vulgo *creditur*. deinceps *argumentum* Go. (n) *sexure* Go. (o) *Alii — imitari* om. Go. (p) *Non. Ar. more* om. S. M. (q) *cirros* S.

Pressius) Gesner comparavit *pressius putare vitem* ex Palladio Nov. 9. Detonsos mannos amicae suae laudat Propertius IV. 4. 18.

Arcum) Hanc formam Berenger monet hodie vocari *Hog's mane*, i. e. iubam porci.

Crines) Praefero cirros ex libro Sambuci. Berenger vertit *notches*, *like the battlements of a tower*. De Medis equis vide Aelianum 3. 2.

per ordinem derelinquunt; sed gratiora sunt quae translata de Persis posterior [r] usus invexit.[s] Nam media iuba ad omnem accurationem ex sinistra parte
36 tondetur, a dextra vero omnino insecta servatur. Et nescio quo pacto[t] plurimum[v] deceat, quia illud quod naturaliter laudat[x] Vergilius imitantur: Densa[y] iuba, et dextro iactata recumbit in armo. Quod si bicomis fuerit, ut[z] vulgus appellat, mediae cervicis setas aequaliter oportet attondi,[a] ita,[b] ut tam dextri quam sinistri limitis continuata[c] serie iubae relinquantur
37 intactae.[cc] Quod nihilominus inventum constat a Parthis,[d] quibus consuetudo est equorum gressus ad delicias dominorum hac[e] arte mollire. non enim circulis atque ponderibus praegravant crura, ut tolutim[f] ambulare condiscant, sed ipsos equos, quo vulgo Trepidarios,[g] militari verbo Tottonarios[h] vocant, ita

M. (r) *paior* Go. Voluitne *prior?* (s) *introduxit. Nam a sinistra parte medietatem cirrorum tondere iubent: a dextera vero omnes intactos servant* S. M. (t) *pactu* Go. (v) *plurima* Go. (x) *laudatur Virg. imitatur* F. S. *laudatur Virga emittatur* Go. Cum Gesnero S. M. (y) *deversa* Go. (z) *quod* Go. (a) *tonderi* S. M. (b) *quod tam dextra quam sinistra* S. M. *ita* om. Go. (c) *continua series iuba relinquatur* Go. *relinquatur* etiam S. M. (cc) *intacta* Go. Sectionem 37. omittit S. M. et statim haec subiicit: *Parthi cum primo equitant pullos, vadunt cum eis in siccum aequalemque locum, cuius longitudo sit 50. passum, latitudo 5, ubi sit creta ad modum spatii.* (d) *patribus* Go. (e) *de hac* Go. (f) Vulgo *soluti.* omisso *crura.* Go. *crura ut attollantim condiscant.* (g) Ita pro *Trepidiarios* Go. (h) *Tret-*

Bicomis) *Double-maned* recte vertit Berenger. Ita porca biseta dicitur apud Festum, a cuius cervice setae bifariam dividuntur, cum iam esse coepit maior sex mensium.

Parthis) Equos Parthicos Oppianus Cyneg. I. 277. βαθυπλοκάμους prolixis iubis appellat.

Circulis) Berenger vertit: *rollers, chains or weights.* Equum appensis pedibus ponderibus domandum ad incessum exhibet eius Tabula 2. Voluminis II. Medio aevo equus tolutim incedere cogebant usi *traynellis*, unde britannicum *trammels* derivat Berenger T. I. p. 470.

Trepidarios) Graece etiam in Hippiatricis est: δρόμῳ τῷ διὰ κάλπης γυμνάζει ἤτοι τῷ λεγομένῳ τριπήδῳ. Latini *trepidantem equum* dixerunt, veluti Cato apud Servium ad Aeneid. 424. *Sedere non potest in equo trepi-*

edomant ad levitatem, et quaedam[i] blandimenta vecturae, ut Asturconibus[2] similes videantur. In sicco 33
itaque[l] aequalique solo quinquaginta passus[m] in longum, et quinque in latum plenis cophinis[n] digeritur per ordines creta, ad similitudinem stadii, quod aulacibus[o] asperius sit, tum difficultatem coronam velo-

tonarius Goth. (i) *quidam* Go. omisso *vecturae*. (2) *atturhonibus praestent* Go. (l) *itaque* om. Go. (m) *passuum in l. et p. X. in latum* Go. (n) *confiniis* Go. (o) *a ducibus asperatum difficultatem* Go. Vulgo *aulicibus — difficultate*. Glossarium Goth. *aulices id est littae vel steccati*.

dante. Cf. Salmasius ad Capitol. Maximinos c. 3.

Asturconibus) Glossae apud Cangium interpretantur *Dextrarium et ambulatorem*. Martialis 14. 199. *Hic brevis ad numerum rapidos, qui colligit ungues venit ab auriferis gentibus astur equus*. Plinius 8. s. 67. *In eadem Hispania Gallaica gens est et Asturica: equini generis (hi sunt, quos thieldones vocamus, minori forma appellatos asturcones) gignunt, quibus non vulgaris in cursu gradus, sed mollis alterno crurum explicatu glomeratio. unde equis tolutim carpere incursus traditur arte*. ubi voces *hi sunt* ex Codd. adiecit Harduinus, Pintiani auctoritatem praefatus. Sed is ex Codice Toletano ita legebat: *Asturica. Equini generis hic sunt quos Thieldones vocamus. Minori fama appellatos asturcones gignunt*. Alii in Plinio maluerunt legi *Thiellones* vel *Thellones* aut *Tollutones*, propter locum Senecae Epist. 87. ubi Catonis cantherium opponit delicatorum mannis obesis, et asturconibus et tolutariis. Macedonicum Asturconem habet Petronius c. 87. Asturcones cum iis quae hodie *Gennets* vocant, comparat Berenger p. 74. iisque gradu similes *tolutarios* dictos fuisse moneta romanis. Asturconum incessum pingit Silius III. 335. *His parvus sonipes nec marti notus, at idem aut inconcusso glomerat vestigia dorso, aut molli pacata celer rapit esseda collo*. Ceterum *Guttonarios* hic et VI. 6. 7. (vulgo IV. 6. 7.) *Tottonariis* substitui cum Salmasio ad Capitol. Maxim. p. 43. ed. Hack. voluit Du Cange in Glossar. sub voc. trepidier. Gesnero in mentem venerat suspicari de Gallico *trotter*, quo plane ducit lectio Goth. *Trettonarius*, si mutetur in *Trottonarios*. Sed vide notam VI. 6. 6. (vulgo IV. 6. 7.)

Aulicibus) Conr. Gesnerus emendabat *silicibus*, sed rectius I. M. Gesner dictum ait pro *aulacibus*, i. e. sulcis Graece est αὖλαξ, atque hanc lectionem expressit Berenger. Confirmat Iordanus Rufus cap. 3. *fare trottare el cavallo per luoghi arati per li monticelli e valicoli chi son nelli campi arati, acio chel cavallo impara levare i piedi e le gambe comodamente e competentemente, e simele ragione anchora in luoghi arenosi, acio chel cavallo impara andare bene e non se usi a scampuzare*. Inde etiam L. Rusio cap. 34. *per li campi arati ò per le*

citatis optantibus ingerit, in quo spatio[p] cum equus frequentissime exerceri coeperit, in illos aulaces[q] necessario [offendit[r]], et priores et posteriores ungulas impingit, et aliquando vel cadit, vel sic[s] offendit, ut cadere videatur, post quod admonitus[t] iniuria, tollit altius crura, et[v] inflexione geniculorum atque[x] gambarum molliter vehit. Praeterea minutos gressus[y] imitatur, ut[z] inter aulaces[a] ungulas ponat.[b] nam si extendere voluerit, offendit[c] in cumulum. Minutim[d] autem equus ambulans commodius vehit, et pulchrius videtur incedere. Potiones etiam hiemales aestivasque conscripsimus, quibus aut[e] conservetur[f] sanitas perpetua, aut vehemens[g] aegritudo[h] pellatur.[i]

XXIX. (I. 57). Dum aestas fervescit,[a] haec potio animalibus commoda[b] est, quia humectat et refrigerat: Croci unciam[c] unam infundes in vino veteri, traganti[d] uncias tres infundes in aqua calida, his adiunges fasciculum viridis porri 1, item[e] fasciculum

(p) *loco cum pullus* S. M. (q) Vulgo *aulices.* (r) *offendit* om. S. M. Go. unde inclusi. (s) *ita offenditur* S. M. (t) *monitus in initia* S. M. *quos monitus iniuriam* Go. (v) *ut* om. Go. deinceps vulgo *inflectione.* (x) *ut starum moll. vehit* Go. (y) *ingressus* S. (z) *et crura applicat, cum in terram* S. M. (a) Vulgo *aulices.* Go. *orilices.* (b) *ponatur* Go. (c) *offenditur, in quo magis minutatim equus ambulat* S. M. (d) *Minutum* Go. (e) *ut* Go. (f) *servetur* S. M. (g) *veniens* S. M. (h) *valitudo* Go. (i) *appellatur* S. M.

XXIX. (a) *aestas fervescit* S. M. Vulgo *aestus incanduit.* (b) *utilis* S. M. (c) *uncias tres* S. M. (d) Vulgo *draganti.* (e) *item* om. Go. (f) *apii*

maesi e luochi erti — perche per lo andare sù e qui che si fa per li solchi s' assuefa del continuo di mover et alzare i piedi e le gambe con più altezza avertentia e acurtà, onde poi nel caminar non eadere ò inciampare di leggiero. De Graecorum ἀμμοδρόμοις vide ad Xenoph. Memor. III. 3. 6.

Minutos) Berenger p. 47. monet intelligi simul debere altius sublatis pedibus. Infra VI. 6. 6. (vulgo IV. 6. 6.) de eadem re est *ingressus minutus et creber.*

Cap. XXIX. *Fervescit*) Ita notat προπότισμα θερινὸν Hippiatr. p. 279.

Fasciculum — porri) Graece est πράσου κεφαλήν. ergo *capitulum* porri, deinceps σέλινον χλωρόν.

viridis [f] apii, herbae portulacae [g] succi heminam, lactis caprini sextarios tres, ova septem, olei rosei [h] libram, mellis uncias 3,[i] passi sextarium 1, vini veteris quod sufficiat.[2] ex quibus omnibus diligenter commistis atque contritis ad cornu per triduum sextarios singulos animalibus dabis. Alia quoque[l] refrigerato- 2
ria potio: Vini veteris sextarium, olei libram semis, ova tria, succi coriandri cyathum 1, lactucae succi [m] cyathum 1, solerter commisces,[n] et in tres divides partes, daturus per triduum iumentis aestuantibus salutare remedium, tamen [o] eo momento quo[p] potionem defusurus es, per singula animalia singulas heminas aquae frigidae et recens [q] sumtae potioni debes adiungere.

XXX. (I. 58). Hieme quoque potio ista praebetur: Vini veteris sextarios 3,[a] olei selibram, piperis unciam 1, rudae viridis uncias 6, cerefolii[b] viridis vel[c] seminis ipsius uncias 3, traganti[d] uncias 3, seminis feniculi uncias 3,[e] baccarum lauri unciam 1, mellis uncias 6,[f] ova quot volueris, et passi quantum usus exegerit.

XXXI. (I. 59.) Vere[a] vero et autumno haec detur

virginis S. M. Go. (g) *portaclae succum* Go. (h) *rasacii* Go. (i) *IV.* Go. (2) *sufficit* Go. (l) *vero* Go. (m) Ita pro *lactucarum* S. M. Deinceps vulgatum *sollerter* ex Go. correxi. (o) Ita pro *admisces* S. M. (o) *addendo hora, qua datur potio, heminam aquae frigidae* S. M. (p) *quod fussurus et singulas hem.* Go. (q) *recenter sumptae* Goth.

XXX. (a) 6 Go. (b) *caepullae* S. M. *carfolii* Go. (c) *lib. S·* Go. (d) Vulgo *draganti*. Go. *tracanti* omissis *uncias* 3. (e) *amborum tantundem* addit Go. (f) *duas* S. M.

XXXI. (a) *Vere — potio* om. F. Go. et Codex alter Samboci. (b) *he-*

Portulacae) Graece est θρίδαχος χυλοῦ ὀλίγον. Ergo *lactucae succi exiguum fuit.*

Ova septem) Hipp. omittunt ova.

Cap. XXX. *Cerefolii*) S. M. *caepullae*. Sed cerefolium, feniculum et baccas lauri omittunt Hippiatr. p. 279. Pontedera etiam variant.

potio. Costi semiunciam, cassiae fistulae unciam,[b] Celticae[c] semiunciam, petroselini semiunciam, betonicae semiunciam, glycyrrhizae[d] semiunciam, sagapini semiunciam, spicae Indicae semiunciam, saxifragae, eupatorii, meliloti, iris Illyricae,[e] ana semiunciam, centaureae, gentianae, aristolochiae[f] longae, ana unciam 1,[g] amomi, aristolochiae[f] rotundae ana semiunciam, schoenoanthos[h] semiunciam,[i] asari, aloës[a] ana semiunciam, murrae unciam, opopanacis,[l] radicis draconteae,[m] ana semiunciam, croci unciam, traganti[n] uncias 6, castorei unciam, absinthii Pontici fasciculos 2, haec omnia in pulverem redacta ad XII animalia[o] per triduum sufficere creduntur, ita ut cum vino optimo digerantur.[p]

XXXII. (I. 60.) (Alia[a] potio, quae omni tempore exhibetur). Costi, meliloti,[b] hyssopi, iris Illyricae, astrolochiae,[c] sampsuci,[d] draconteae, asari, traganti,

miunciam S. M. (c) *sansuci spicae Indicae, saxifragae semiunciam, scinoanthos* etc. S. M. *seminis* Go. deinceps verba *betonicae — sagapini sem.* omittit. (d) Vulgo *glicerizae.* (e) *iris illyr.* om. Go. (f) Vulgo *aristologiae.* (g) *iris illiricisem* inserit Go. (h) *squinanti* Go. Vulgo *scinoanthos.* (i) *(Dragunteae semunciam)* addit S. *semiunciam* om. ut paolo antea *ana semiunciam* Go. (2) Vulgo *aloe.* (l) *opop. radicis semiunc. opopantis unc.* 1. *dragantidis unc. septem, cast. semiuncias* S. M. (m) *tragonteae* Go. (n) Ita pro *drag.* Go. (o) *coclearia* S. M. *per trid.* om. Go. (p) *misceantur* S. M.

XXXII. (a) *Alia — exhibetur* om. F. Go. (b) *mellis — loti* S. M. (c) Vulgo *aristologiae.* (d) *sansuci tragotidis asari dragonteae* Go. *samps. dragunteae asari dragatidis* S. M. Vulgo *dracontij as. draganti.* (e) *vinci-*

Cap. XXXI. *Costi*) Alio ordine hoc velut χειμερινὸν προπότισμα ponunt Hippiatrica p. 281.

Celticae sem.) S. M. *sansuci, spicae Indicae, saxifragae sem. scinoanthos.* Hippiatr. omittunt celticam spicam.

Glycirrizae) Vulgo *glicericae*, et in Hipp. γλυκορί[illegible]. Pro *sagapeno* habent σαμψύχου.

Saxifragae) Graece σαρκοφάγου omisso eupatorio.

Amomi) Graeca Hipp. omittunt, et pro eo ἀμμωνιακοῦ habent.

Asari) Hipp. omittunt *asarum*, deinceps ὀποπάνακος, δρακοντίας, ἀψινθίου ποντικοῦ δεσμίδια τρία habent.

Cap. XXXII. *Sampsuci*) In eadem

centaureae minoris,[e] marrubii, gentianae, spicae Celticae folia, aequis ponderibus misces,[f] redactaque in pulverem cernes. Sed si aestivam dare volueris potionem, commisces croci,[g] mellis et traganti quod sufficiat. Si[h] autem potionem facies hiemalem, addis[i] seminis piperis, apii seminis, et seminis sinapis. Vtroque autem tempore cum[2] boni vini sextario plenum cochleare miscetur, faucibusque[l] animalium diffunditur.

XXXIII. (I. 61.) De urinae difficultatibus ordine suo multa dicenda sunt, sed viatorium[a] istud, et physicum, et semper paratum[b] te scire convenit. Lutum[c] ex cuiuscunque equi lotio factum vino permisces, colatumque per nares infundes, et confestim provocat urinam. Item allium conteres et in anum[d] iniicies, et veretrum mox egerit lotium.

dae Go. an *violaceae?* ut cap. 55. Nam glossarium violaceam interpretatur minorem. (f) *miscens pulveriza, et et aestate dare* S. M. *redactasque* omisso *cernes* Go. (g) *zucari quantum sufficit et mellis* Go. omissis *et dr. q. suff.* (h) *Etsi in hieme* S. M. (i) *addis pip. sem. apii, semen sinapis* Go. Vulgo *apii.* (2) *potum* S. M. (l) *que* om. Go.

XXXIII. (a) *in adiutorium istis physicum remedium semper* S. M. (b) *partum* Go. (c) *Potum* S. M. (d) *naribus* S. M. in quo *natibus* latere putabat Gesner. *manu mittes in feretrum qui minturus* (micturus?) *est*

formula Hippiatr. p. 278. omittunt sampsuchum, asarum, dragantum, centauream, marrubium et gentianam, sed addunt σμύρνης τρωγλήτιδος, et hyssopum definiunt siccum.

Draconteae) Ex lectione S. M. *Draganteae* correxi vulgatum *dracontii.* Graece est δρακοντίας. Praeterea vulgatum *draganti* bis, et *aristologiae* correxi.

Cernes) σήσας ποίησον ξήριον Hipp.

Seminis piperis) In Hipp. est solum πιπέρεως λελειωμένου γο. γ.

Cap. XXXIII. *Lutum*) Infr. V. 14. 22. (vulgo III. 15. 22.) est *lutum de via.*

Allium conteres) Infra est: *cepas acerrimas et leviter contusas tres aut quinque ponunt in anum, et sic deambulare faciunt.*

Et veretrum) Post *veretrum* interpunxi, quia sententia alioquin inepta exsistat. Sic et infra ano inditur cepa contusa. Sed Plinius 20. s. 23. iumenta urinam reddere ait, atque non torqueri, si allio trito natura tangatur.

Item, pulverem quoque thuris cum ovo vinoque permixtum, addito succo apii et caulium[d], si in[e] potione dederis, provocabit urinam. Item,[f] betas ac malvas ad tertiam decoques, ex quibus aquam calentem ad medium sextarium cum melle commisces, et per os digeres,[g] proderit minctioni. Item,[h] cimicem quoque vivum[i] in aurem equi mitte, et alterum[2] supra naturam in ipso foramine quo mingit confrica, facillimum certumque remedium est.

XXXIV. (I. 62.) Itinerum casibus subvenire cupientes, de pluribus[a] pauca, sed manifesta libabimus.[b] Nam animalia sub sessore[c] vel onere dolor ventris frequenter affligit ita,[d] ut volutentur et procumbant. Semen itaque rutae silvestris vel hortensis, si illa defuerit, diligenter tritum cum vino calido per fauces oportet infundi.[e] Praeterea aquam in qua usque ad tertiam betae[f] decoctae sunt, succumque earum nitro trito solerter[g] admisces, oleique addes[h] heminam, tepefactaque in intestinum per clysterem diffundes,[i] cum prius pronum[2] animal statueris, ut iniectio ad interiora[l] perveniat.[m] quae si forte defuerint,[n] mel

2

inseres Go. Vulgo erat *iniicies et veretrum, mox.* (*e*) Vulgo *potionem.* Gesner *in* addendum censebat. Deinceps *provocabis* Go. (f) *Item* om. Go. deinceps *bletas* Go. (g) *dirigis* Go. *ad cornu dabis, statim confert.* S. M. (h) om. Go. (i) *vivum* om. S. deinceps *eius* pro *equi* Go. (2) *in foramen virgae. Certum remedium est.* S. M. *facilinum* Go.

XXXIV. (a) *plurimis* S. M. Go. (b) *dicamus* S. M. *libamus* Go. (c) *sessione* S. M. deinceps *ventris dolor* Go. (d) *ita* addidit S. (*e*) *diffundi* Go. (f) *blitae* Go. (g) Vulgo *sollerter.* Mecum S. Go. *solenniter* S. M. (h) *addas* Go. (i) *diff.* om. Go. (2) *stat veris pronum an. ut iniecto* Go. Vulgo *iniectum.* (l) *intestinum* Go. (m) *decurrat* S. M. (n) Ita pro *de-*

Pulverem) Infra: *pulveremque thuris ovumque crudum cum vino dulci permixta* etc. Succum apii et caulium omittit infra cum Columella VI. 30.

Medium sext.) Infra est *unum sextarium.*

Vivum) Infra: *cimices tritos in nares animalis mittunt et allium super naturam, qua mingit, confricant.* ubi S. M. *ternos viros in aures* habet.

coctum cum tertia parte salis triti cogis[o] in pilulas, ita ut collyria ad ovi magnitudinem facias, similiterque prono animali in intestinum vel quinque vel septem aut[p] novem collyria inserere curabis. post quod[q] solvitur venter et mitigatur[r] dolor. Item[s] physicum traditur, os limacis neque manu immunda neque terra neque dente contactum alligare umbilico dolentis,[t] curare continuo.

XXXV. (I. 63.) Plerumque dorsum animalibus aut sagma[a] laedit, aut sella, propter sternentis[b] negligentiam vel oneris iniuriam. quod in itineribus interdum necesse est evenire; sed recens tumor hac ratione curatur:[c] mallonem[d] ceparum vel ipsas cepas in ferventi aqua decoques, et calentes quantum corium valet sustinere, tumori superimpones,[e] et fascia ligabis. una nocte omnis aufertur inflatio. Praeterea sal tritum cum aceto miscebis, additoque vitello ovi,[f] loca quae tumere coeperint perfricabis, recens indignatio astricta[g] siccabitur.

fuerit S. M. (o) *coges* Go. *reducis* S. M. (p) *vel — coliria mitere cur.* Go. (q) *quod* addit S. *quae et resolvitur* Go. (r) *mitigabitur* Go. (s) *Item* om. S. M. *Phisicum traditur ossum velos* Go. (t) *et* addit Go.

XXXV. (a) Vulgo *sarcina.* S. M. *figma.* (b) Ita pro *stramenti* S. M. (c) *pellatur* S. M. *compellatur* Go. (d) *malonem* Go. (e) *super expone*

Cap. XXXIV. (*Os limacis*) Plinius 29. s. 36. capitis doloribus opponit cochlearum nudarum *ablata capita, ex his exemptam duritiam lapideam: est autem calculci latitudine — Limacis inter duas orbitas inventae ossiculum per aurem traiectum.* ubi Harduinus posuit locum Marcelli Empirici p. 34. *Limaci calculum, quem in capite habet tolle: quod non facile facies, nisi ei dum in via repit, caput subito absciderit.* Dentitioni prodesse ait Plinius 30. s. 47. *limacis lapillum sive ossiculum, quod invenitur in dorso* Reperies ossiculum in limacum parte prona seu superiori, ubi capitis et dorsi fines colliquescunt, calcareae naturae, in cochleis nulla adest eius calculi similitudo, nec ea opus, cum testa tegantur.

Curare continuo) Constructio claudicans quomodo corrigi debeat, ignoro.

Cap. XXXV. Infra III. 60. maxima horum pars verbis mutatis legitur. ubi vide.

XXXVI. (I. 64.) Cui[a] curae est animalium salus, potionem superius declaratam, quam specierum numerus diapente[b] Graeco vocabulo nuncupavit. Gentianae, aristolochiae, murrae, baccarum lauri, rasurae eboris paria pondera diligenter trita atque permixta domi, sive in itineribus prius condita,[c] habere oportet in promtu, ut quoties[d] moestum aut horridum videris animal, aut morbi alicuius labe[e] tentatum, statim plenum cochleare ex pulvere memorato cum sextario vini optimi per fauces diffundas, et per triduum, etiam[f] equo in labore constituto, digeras, ut adversus virus internum subveniat. probata[g] curatio.
2 Tussienti autem cum passi hemina[h] dabis, et statim sentiet curam. Si liber, cui iam ponendus est finis, legentium non offendit auditum, sequenti volumine inchoantes a vertice usque ad ungulas ex diversis[i] auctoribus enucleatas animalium publicabimus curas, ut ordo, qui a[2] natura datus est, in medendi[l] dispositione servetur, ne indigesta ac membrorum consequentiae[m] repugnans pagina quaerentem confundat aut tardet.

Go. (f) *et* addit Go. (g) Ita pro *destricta* S. M. *sicc. destr.* Go.

XXXVI. (a) *Potio diapenton nominata superius in capitulo morbi tumidi praeterea haec est* S. M. (b) Vulgo *numero diapenten — nuncupant.* Mecum Go. (c) *dicta* S. M. (d) *aut* addit S. *vel horridum videris aut morbi* Go. (e) *labore temporatum* Go. (f) *in lab. const. equo dabis* S. M. *equo* om. et deinceps *constitutum* habet Go. (g) *opprob.* Go. (h) Ita pro *heminam* Go. (i) *universis — enucliatius* Go. (2) *antea* S. M. (l) *praesenti expositione* Go. (m) *consequenti — quaerenti* Go.

Cap. XXXVI. *Specierum*) Formula exstat supra c. X. ubi aristolochia longa definitur.

Per triduum) Modum ac mensuram supra accuratius definitum reperies.

Passi hemina) Species supra dictas. Vulgo erat *heminam.*

VEGETII RENATI

ARTIS VETERINARIAE

SIVE

MVLOMEDICINAE

LIBER TERTIVS.

(VVLGO SECVNDVS.)

PROLOGVS

Mulomedicinae ars iamdudum [a] vitio cupiditatis et exiguitate mercedis, nullo studiosius [b] discente, collapsa est. Nuper [c] vero exemplo Hunnorum sive gentium aliarum artis ipsius etiam usus intercidit,[d] dum homines refugientes expensas barbarorum consuetudinem imitari velle se simulant, et incurata animalia hibernis pascuis et negligentibus calonibus [e] dedunt. Quae res nulli compendium,[f] plurimis attulit 2
damnum. Primo quod Barbaricorum [g] animalium

VARIETAS LECTIONIS ET NOTAE.

Libri III. Prol. (a) *non dubium* Go. (b) *studio finis* S. M. *studiosus* Go. deiode *conlapsa*. (c) Ita pro *Numquid* S. M. (d) Ita pro *intercidet* S. M. et Go. (e) Ita pro *negligentiae casibus* S. M. *ex negligentia* soprascr. *negligentiae* Go. (f) *sed* addit S. deinde *dampnum* Go. et *Primum* postea. (g) Ita pro *barbarorum* S. M. et Go. (h) Ita pro *aliae naturae* iidem

Nuper — Hunnorum — Barbaricorum) Cf. infra libro VI. c. 7. sect. 1. (vulgo IV. 7. 1.)

alia[h] natura, et ad omnem iniuriam durius corpus
est. Deinde quod sic instituuntur a parvulis, ut nec
potionem medicinalem requirant,[i] et hibernis pascuis
vigeant,[2] ac sine pernicie frigora pruinasque[l] susti-
3 neant. Nostra vero iumenta et mollioris[m] generis
sunt, et tectis frequentioribus assueta, calidissimis[n]
etiam stabulis imbuta, cum[o] indignationem ex aliqua
necessitate contraxerint,[p] continuo[q] in aliquod genus
incidunt morbi. Diligens itaque[r] paterfamilias, (si[s])
cum mortibus animalium suorum et cum medicinae
expensis atque mercedibus[t] faciat rationem, intelli-
get, unius vilissimi iumenti[v] pretium ad multorum,
quae sine dubio peritura sunt,[x] si curata non fuerint,
salutem[y] posse sufficere.

I. In universo animantium genere caput obtinet
principatum, quod eminentius caeteris, dominatum
quendam circa loci[a] ipsius conditionem sortitur. In eo
est odor, gustus, auditus, ac visus: quod quantum
habet potestatis, tantum sustinet ex labore discrimi-
2 nis. Causas itaque, ex quibus aegritudines generen-
tur, et signa, per quae qualitas earundem possit
agnosci, curas etiam, quarum medela sanitas revo-
3 cetur, per ordinem indicare tentabimus.[b] Plerumque
autem in corporibus iumentorum indigestionis vitio[c]
sanguis[d] corrumpitur: quod evenit cum [ex[e]] aestu
vel frigore debilitata sunt membra, et noxii[f] sangui-

libri. (i) *inquirant* S. M. (2) *degant* S. M. (l) *nivesque* S. M. *sustinent* Go. (m) *melioris* Go. (n) *calidisque* Go. recte, puto. (o) *ubi si* Go. (p) *sustinuerint* S. M. (q) om. S. M. pergit Goth. *materiali quod genus incurrunt morbi sive incidunt.* (r) *igitur* Go. (s) *si* ex coni. Gesneri addidi. (t) *excidibus* Go. (v) *animalis* Go. (x) *essent* S. M. (y) *non* addit Go. *in* quo sequuntur Lemmata huius libri.

Cap. I. (a) *subiecta loci ips. conditione* S. M. (b) *temptavimus Plurimum* Go. (c) *vitiis* Go. (d) Ita pro *et in capite frixus sanguis vertitur in virus* S. M. verba *sanguis — frixus sanguis* om. Go. (e) *ex* om. S. M. (f) Ita S. M. pro *et in capite frixus sanguis vertitur in virus*. Go. *convertitur* habet.

nis virus in caput se rapit. tunc enim repletis venis cerebri membrana distenditur, et somni salubritas[g] frequenter excluditur. Ex quo necessario dolor capitis, moestitia et imbecillitas subit.[h] Quae valetudo et prima videtur et levior, si velox medicina subvenerit.

II. Caeterum cum noxius sanguis membranam cerebri[a] ex una parte pertuderit, et eandem[b] dolore nimio coeperit praegravare,[c] efficitur animal appiosum:[d] cuius et[e] mens hebetatur et visus. Nam cerebri incolumitas et oculos pascit et sensus. In qua passione quia[f] una pars capitis praegravatur, tanquam ad molam[g] vadit in gyrum.

III. Cum vero medium cerebrum corrupti sanguinis virus infecerit,[a] animal freneticum redditur, ut repente saliat, et velut[b] effugere velit,[c] parietibus[d] se tanquam irregibilis impingat,[e] nec possit ratione aliqua contineri.

IV. Cardiacus[a] is est, cui cor dolet. Cardiacus[b] autem fit, quoties sanguinis illa corruptio stomachi

(g) Ita pro *salubritatem fr. excludit* S. M. *sompni* Go. deinceps idem *imbelicitas.* (h) *subsequitur* S. M. Go. deinde *valitudo* Go.

II. (a) Vulgo additum *et* omisi cum S. M. *cerebri eximam partem* Go. et *pertunderit.* (b) *eadem* S. M. (c) *praegravat* S. M. (d) *opiosum* S. M. (e) *et* om. Go. (f) *quia* suppositis punctis delet Go. (g) *uti equum aut mnlum rapit* S. M. *ita equi* (suprascripto *aqui*) *mulo addit nigrum* Go.

III. (a) *infestaverit* S. M. (b) *velut* om. S. M. *ut velit eff.* Go. (c) *velit — contineri* om. Go. sed habet post Cap. IV. contra S. M. omittit *se tanquam — contineri* et in fine Cap. IV. repetit. (d) *quoque* addit Go. (e) *impiugunt neo possunt rationabiliter cont.* Go.

IV. (a) *Cordiacus* F. om. S. M. *Card. — dolet* om. Go. (b) *Cardica* S.

Cap. II. Comparandum est cum Cap. X. ubi fere eadem verba, et plura signa eduntur.

Cap. IV. *Cardiacus*) Aristoteles H. A. VIII. 24. incurabilem morbum equi ait ἐὰν καρδίαν ἀλγήσῃ. σημεῖον δέ· λαπαρὸς ὢν ἀλγεῖ. ubi Gaza: *ut latera subsidant et illa praestringantur.* Thomae versio *gracile existens* omisso ἀλγεῖ. Sed de difficultate ista alibi dicitur.

vel[c] thoracis impleverit venas, cerebrumque[d] percusserit, cor etiam pestiferi humoris labe constrinxerit.[e] Quae valetudo[f] mentis alienatione et corporis sudore monstratur, ex qua[g] difficillime liberatur.

V. Quod si appiosum[a] simul passio thoracis invenerit, facit[b] continuo rabiosum. Ex ardore enim
nimio iecinoris[c] et sanguinis venae cordis nervique
praefocantur, ex qua constrictione fit dolor ipsius
2 loci usque adeo, ut mordendo se comedat. Ex quibus valetudinibus[d] si animal fuerit liberatum, et post
curationem aliqua pars cerebri fuerit imminuta[e] vel
tumor subcreverit, ineptum iumentum, pigrumque[f]
redditur. et in[g] illa parte capitis, ubi vitium remansit, difficile se gyrabit, et ex eo[h] latere se parietibus
3 iungit, et tarde incedens, non sentiens plagam, ambulaturae[i] gratiam perdit, et[2] erit submisso capite,
et cum stare coeperit cum tarditate se movet, minus
etiam videbit, nec cibum nec potum recusat. Quem
si curare volueris, cyclo[l] curabis. In omnibus autem[m]

M. (c) *et* S. M. Go. (d) *cerebrum concusserit* S. M. *conclusi dederit* Go. (e) *perstr.* S. M. (f) Vulgo *inducit* — *alienationem*: sed S. M. om. *inducit*, et Go. plane mecum facit, nisi quod *alien. mentis* habet. (g) Ita pro *quo* S. M. Go.

V. (a) *opiosum* S. M. *rabiosum* Go. deinceps *similis*. (b) *cont. rab. efficitur* S. M. *facit* om. Go. (c) *iocin.* Go. (d) *valitudinibus animal liberatum* Go. (e) *minuta* deinde *inceptus* Go. (f) *pigrum* Go. (g) *et illa pars* S. M. (h) *ipso* Go. (i) *ambulans graviter pergit* S. M. *ambulaturam* Go. (2) *et* om. S. M. Go. (l) *ex cyclo et helleboro cur.* S. M. (m) *au-*

Cap. V. *Cyclo*) S. M. *ex cyclo et helleboro.* Gesner censebat esse hic et capite sequenti cyclum genus cauterii rotundum, quod ille putabat praesertim ex sect. 11. cap. 6. apparere. Equidem cyclo curare puto esse, quod Hippiatrica p. 145. dicunt equum περιοδεύειν; et video nunc demum, mecum sentire H. Mercurialem V. L. IV. c. 11. p. 127. ubi Vegetium etiam comparavit. Caelius Aurelianus *circulis fieri solitam* curationem dixit Pass. Tard. I. c. 1. et Synesius in Calvitii encomio: οὗτοι μὲν εἰσὶν οἱ ταῦτα δυστυχεῖς οἱ τοὺς καλουμένους κύκλους ὑπὸ τῶν ἰατρῶν ὑπομένειν ἀναγκαζόμενοι. Methodici cyclum ἀναληπτικὸν alterum μετασυγκριτικὸν

supra scriptis valetudinibus primum[n] de temporibus
minuendus est sanguis, scd et de matrice aliquando
tollendus. Cura autem pene omnium similis[o] est,
cuius ordinem sequentia declarabunt.

VI. Memineris autem omnes valetudines capitis,
praecipue veteres, periculosas,[a] cyclo oportere cu-
rari. Cui haec observantia et ordo est adhibendus:
Triduo ab hordeo abstinebitur[b] animal, temperabitur
etiam mollibus cibis, post diem tertiam de dextra ac[c]
sinistra, prout aetas aut[d] vires vel valetudo permise-
rint, de matrice sanguis auferetur. Quo facto, per 2
triduum viridi[e] cauliculorum ac lactucarum sustenta-
bitur cibo. et post[f] primo uno die a cibo eum[g] susti-
nebis et aqua. nono[h] autem die offas caulium cum
liquamine et oleo optimo[i] temperatas non minus vi-
ginti digeras, cui nihilominus lactucam dabis in cibo
ter[2] in die. post potionem bibere semper incipiat.[l]
Si vero venter vehementer solvi[m] inceperit, caulium 3
offas[n] dare desistes:[o] et dabis paleas et furfures, ita
ut sequente die[p] penitus nihil manducet, sed solam
aquam percipiat ad bibendum, ac postero[q] die indu-
catur in cellam balnei calidam, et sudet. Opus est 4
autem diligentia ut reducatur[r] celeriter de calore,

tem ex S. M. addidi. (o) *prius* S. M. Go. (o) *eadem* S. M.

VI. (a) *periculoso cibo* Go. (b) *obstinebit* S. M. (c) *aut* S. M. (d) *aut* om. Go. (e) *iure* S. M. Go. (f) Ita pro *cibo. Primo uno* S. M. *ac a cibo post diem unam eum abstin.* Go. (g) *et aqua abstinent. novo iam die* S. M. (h) Vulgo *novo.* Go. *novo iam die offeras.* (i) *opt.* om. Go. (2) *ita ut secunda die* S. M. Go. (l) *incipere* Go. (m) *solvere* Go. *vehementius* S. M. (n) *offeres* Go. (o) *desistis* Go. deinceps *sed* om. S. *et* S. M. Vulgo *scil.* postea *palias* Go. *aut furf.* S. M. (p) *die* om. Go. (q) *postremo*

appellabant. Erat quidam rerum ad victus rationem aliamque curationem pertinentium stato dierum, tridui potissimum, ordine constitutus usus, ut docuit Mercurialis l. c. Huc vocabuli *circulus* usum adde Gesneri Thes. L. L.

ne intercluso spiritu pereat: tunc extergetur [s] diligenter, vinoque et oleo largiter perfricatus accipiet
5 cum [t] nitri pulvere folia rafani conspersa, quantum commodum est. Postmodum cum radicibus cucumeris asinini viridis minutatim concisis oleum optimum misces, et [v] in vase novo ita [x] decoques ut tertiam perdat. ex quo singulas heminas per capita animalium per triduum dabis, ut potio ventrem resolvat.
6 Sed si ultra modum fluere coeperit, lenticulam et hordeum pari [y] mensura friges, et de [z] his singulas bilibres per dies singulos cum furfure et paleis dabis.
7 Quinque itaque diebus operam refectioni [a] eius impendes, et leviter exercebis, ut [b] intelligas [c] quantum vires corporis sanitasque profecerit. Post haec [d] eum pro arbitrio despumabis. Sequente die caput eius [e] purgabis exorica,[f] vel radice Dianaria, quam Artemisiam [g] dicimus: si haec non fuerint, ex liquamine optimo cum oleo mixto. cuius [h] caput pedesque con-
8 nectis. Cum bene purgatum agnoveris, solvito,[i] butyrum ex oleo roseo solutum infundes in nares, ut [2]

S. M. (r) *educatur celerius* S. M. Go. (s) *tergetur* S. M. (t) *hanc potionem ex pulveris nitri folia raphani, radices cucumeris silvestris contere et adde oleum, coque in vase novo ad tertiam* S. M. (v) *et* om. Go. (x) *ita* om. Go. (y) *pariter* S. M. (z) *de* om. S. M. Go. deinceps *paliis* Go. (a) *refectionis* F. Go. deinceps *eius* om. Go. *impendis* Go. (b) *ut* om. S. *inteligas* Go. (c) *in* addit S. M. Go. (d) *hoc ipsum* S. M. *cum* pro *eum* Go. (e) *Sequenti — ei purg.* Go. (f) exoriza S. M. (g) *Artemiam* S. M. (h) quid? si *eius* legas. (i) *butyro et oleo roseo simul mixtis inf.* S. M. *butiro roseo et oleo permixtum* Go. (2) *ac illa* Go. (l) Hinc ad finem

Exorica) Ex lectione S. M. *exoriza*. Gesner coniiciebat *conyza* quam in simili re laudari ait a Caelio Aurel. Acut. II. 9. 40. Artemisiam iterum nominat V. 32. 4. (vulgo III. 33. 4.) noster. Ad eandem pertinere videtur locus Marcelli Empir. p. 249. ed. Corn. *remedium quod Artemisius Dianio ostendit.*

Pedesque connectis) ut despumare possis; qua de causa alias *deiici*, *deponi*, *elidi* equum iubet; monente Gesnero.

illo purgationis mitigetur asperitas, ita ut singulae
cotylae singulis naribus infundantur. Si[l] supra di- 9
ctae[m] potiones non solverint ventrem, mellis, helle-
bori albi pondus unius denarii cum hemina[n] dulcis
vini bene tritum in potione recipiat, vel certe scam-
moniae pondus[o] duorum denariorum diligenter tritae
cum dulcis vini hemina simili ratione diffundes in
fauces. Quod si venter ultra modum dissolutus di- 10
scrimen importat, anagallicum[p] succo ptisanae ad re-
strictionem ipsius dabis, lenticulamque et hordeum
frixum, singulas bilibres[q] in die cum paleis et furfure
praebebis in cibo. Ad ultimum, partes quae in causa 11
sunt, sinapizabis[r] diligenter, sinapizatum[s] cautere
ferreo, vel quod utilius creditur cuprino combures,[t]
usta curaturus ex more. Potionem[v] quoque ex anti-
doto polychresto[x] per dies plurimos dabis, et[y] exer-
cebis leviter, et ad cibaria ipsius aliquid per partes
semper adiunges, donec ad pristinam consuetudinem
revocetur. Insanabiles valetudines cyclo[z] affirman- 12
tur posse curari, id est, insani corroborari. Caduci
cyclo curati uruntur in capite: morbidi vero, dysen-
terici, coriaginosi, orthopnoici, strophosi, cyclo cu-
rentur in renibus.

cap. om. S. M. (m) *scriptae* Go. (n) *se lib.* Go. (o) *pondus* om. Go. (p) *agallicum succum* Go. (q) *bi. lib. in die cum* Go. unde *in die* addidi. Idem *paliis.* (r) *sinapem dabis* Go. (s) *sinapevita* Go. suprascr. *si non valeret.* (t) *cumbures* Go. (v) *eidem* addit Go. (x) Vulgo *polygresto.* (y) *et* om. Go. (z) *cibo* Go. deinceps Go. *curari insunia id est insani. Caduci cibo curati utantur — disinterici cor. hortonici str. cibo curentur in renibus.*

Cyclo affirmantur) Gesner cauterem interpretatus decipi se passus est vulgari lectione sequentium verborum: *cyclo curentur in renibus*, ubi corrigo: *cyclo curati uruntur in renibus.* ut paulo antea fuit *cyclo curati uruntur in capite.* De cyclo vide ad cap. 5.

VII. Cerebrum plerumque diversis passionibus commovetur, quod his[a] deprehenditur signis: Ambulabit pravus,[b] et frequenter offendet, et toto se corpore commovet. Cuius ista[c] curatio est: Baccas lauri numero xx, nitri selibram, rutae manipulum: quae omnia diligenter trita, cum aceto non acri[d] et oleo optimo rosaceo commixta,[e] hieme calefacies, perunctoque oleo capite eius et cerebro, vel auriculis, ce-
2 rebellare[f] de lanata[g] pelle convolvis. Quae si forte defuerint, farinam hordeaceam[h] resinamque miscebis, ex quo cataplasma confectum[i] cerebro oportet imponi.[k] Praeterea[l] ceram oleo cyprino coniungis, et
3 linteolo inter auriculas ad ceroti[m] instar imponis. Sed et reliquum[n] corpus potionibus refovendum est. Tres fluviatiles cancros conteres diligenter, et cum duabus[o] unciis succi caulium, addito lactis sextario, olei duobus cyathis, permiscebis, et colatum per os diffundes ad cornu. Quorum si inopia est, mellis cyathos duos,

VII. (a) *hiis* Go. (b) *improvidus* S. M. deinceps *offendit* Go. (c) *ista* om. Go. (d) *acro* F. Go. (e) *mixta* S. M. Go. (f) Vulgo *cerebellum*. Cf. ad Cap. XII. (g) *lavata* F. S. recte cum S. M. Gesn. (h) *hordeaciam* Go. (i) *confestim* S. M. (k) *poni* Go. (l) Hinc ad finem cap. om. S. M. (m) *ceronum* Go. (n) *reliqua* Go. (o) *duobus ciatis* Go. margo *pire cau-*

Cap. VII. *Corpore commovet*) Pro his Hippiatrica p. 251. καὶ τὰ σκέλη αὐτοῦ συσπᾷ. Pro *parvus* ibi est πλάγιος obliquus.

Non acri) μετὰ ὄξους καὶ ἐλαίου δαφνίνου Hippiatrica.

Vel auriculis) Hipp. ἀπάλειφε τὴν κεφαλὴν μεταξὺ τῶν ὤτων. Vnde forte legendum *capite eius inter auriculas*.

Cerebellare) καὶ δέρματι ἔχοντι ἐρέαν ἐμβεβρεγμένῳ τούτῳ τῷ βοηθήματι τὴν κεφαλὴν περίδυσον. Vulgatum *cerebellum* correxi. Vide infra ad cap. 11. s. 3.

Tres — cancros) Hippiatr. septem ponunt.

Succi caulium) hunc omittunt Hipp. et in mensura variant liquorum.

Mellis) ὑδρομέλιτος κυάθους τρεῖς, albi piperis obolum, croci scrupulos duos contrita cum vino infundunt ori Hippiatrica; ubi nescio an idem remedium intelligi debeat; firmare tamen suspicionem videtur supplementum libri Gothani. Mirabatur Gesner pastillos ex aqua et melle una coctis factos.

aquae calidae sextarium 1, coquito,[r] ex quibus pastillos facies, et in aqua frigida dilues, et dabis in potum.[s] Praeterea si hieme curaveris,[r] farinam triticeam, si aestate, hordeaceam aquae frigidae adinvicem amuli[s] permixtam, in potione praebebis.[t]

VIII. De capitis dolore multi auctores[a] multa dixerunt. cuius haec sunt signa. Tumor circa oculos
apparebit, pabulum recusabit, lingua eius et palatum
labiaque tumebunt, quanto vehementius increverit
morbus, tanto exoritur[b] amplius tumor: ambulantes
toto corpore vacillant, umbramque[c] suam velut odorantes expavescunt. Cuius passionis ex corruptione 2
sanguinis nascitur causa, cum indigestione[d] ciborum
naturali meatu intercluso vel certe derelicto, in eas
venas, quae circa tempora sunt, defluit,[e] membranamque[f] cerebri vitiat. Cui sanguinem[g] de temporibus oportet minui, et continuo oleo acetoque permixto[h] caput largiter perungi.[i] Quod si hiems fuerit, 3
hordeum pridie[a] infundes in aquam et decoques, calidumque[l] in saccellos immittes, iumentorumque ca-

lium. Scilicet verba *duabus — olei* omittit. (p) Ante hoc verbum Go. addit: *croci ciotum* 1. *adipis lib.* 1. *coquito*. (q) *potu* Go. (r) *curabis* Go. (s) *amilis* Go. Est pro *amyli*. (t) *dabis* Go.

VIII. (a) *veteres* S. M. (b) *crescit amplior* S. M. (c) *umbramque — expavescunt* om. S. M. (d) Ita pro *indigestio* S. M. (e) *transire non possit. cuius haec est cura. Primum sang.* S. M. (f) *membrona cerebrique vitio* Go. (g) *sanguis* Go. (h) *permixtis* S. M. (i) *perungere* Go. (a) *prius infundis et decoquis in aquam* Go. (l) Ita pro *clidamque* coniecit Gesner. deinceps *immittis* Go. (m) Vulgo additum *Jumentando* omisi cum S. M.

Cap. VIII. *Indigestione*) Simile aliquid Hippiatrica p. 249. ὁπηνίκα μὴ τῷ ἁρμόζοντι καιρῷ τὴν τροφὴν πέψῃ τὸ ζῶον.

Oleo acetoque) Hippiatr. ἀπὸ τῶν κροτάφων αἷμα ἀφαιρεῖν — καθαροῦ δὲ αἵματος ῥέοντος, τάχιστα ποιεῖσθαι ἀνάστολὴν καὶ πυριᾶν τρόπῳ τοιῷδε. ἄχυρον λεπτότατον εἰς ὄξος δριμὺ καθεψήσας καὶ ἔλαιον, ἐὰν θέρος ᾖ, εἰ δὲ χειμὼν, εἰς οἶνον καὶ ἔλαιον ἀφεψήσας τούτων τῷ ἀφεψήματι χρῶ. quae nescio an voluerit exprimere Vegetius.

4 put[m] diutius vaporabis. Alii auctores[*] tolli de palato
sanguinem iubent. Tunc cimoliam cretam ex aceto
infusam, et merdam[n] bubulam recentem cum nitro
trito miscent, et in cacabo super[o] carbones deco-
quunt, calidumque[p] cerebro languentis imponunt,
aceto rigantes ne creta astringatur[q] ad pilos usque,[r]
5 cum prius calida fomentaverunt[s] caput. Dolorem
capitis prope[t] ad insaniam ista signa demonstrant:
quoties[v] grave est, et[x] in praesepio se deponit, la-
crymae frequenter oriuntur, auriculae stabunt, oculi
graviores erunt, anhelitus[y] creber, aridus[z] pilus,
tremores frequentes, tristis aspectus. Quem in pri-
mis ab aqua abstinebis, ne nimium bibat; de utraque
parte colli sanguinem detrahes; caput sicut scriptum
est curabis.

IX. Distentionis quoque valitudo ad capitis praeci-
puc causam refertur. Cuius haec erunt signa. Impe-
diente caligine obscurabitur visus, tremor et sudor
2 totius corporis insequitur. quod[a] vitium contingit ex
aqua, si sudans[b] iumentum biberit: vel ex indige-
stione cibi, si[c] non dormiat, vel[d] substrictus manse-
rit. Huic capitis membrana distenditur.[e] quae passio
caeterarum valetudinum[f] et fons probatur[g] et mater.
3 nisi enim inter initia curaveris caput, ut animal dor-
miat competenter, fiunt appiosi,[h] insani, rabiosi,
frenctici, cardiaci. Igitur cum animal distentionis
aegritudo[i] comprehenderit,[a] de cervice eidem san-

deinceps *durius* Go. (n) *fimum* Go. (o) *supra c. decoquent* Go. (p) *calidum* Go. (q) *in pilis* S. M. (r) *usque* om. Go. (s) Ita pro *fum.* Go. qui *fomentarit* habet. (t) *ac prope ins.* S. M. *ea prope infumiant et ista* Go. (v) *Quotiens* Go. (x) *et* om. Go. (y) *anhelitus — aspectus* om. S. M. (z) *horridus* Go. bene, ut puto.

IX. (a) *hoc* S. M. (b) *sudat ium. et bib.* S. M. (c) *si — competenter* om. S. M. (d) *si* addit Go. (e) *distenduntur* Go. (f) *valitud.* Go. (g) *esse* infra adscriptum inserit Go. (h) *opiosi* S. M. *apiosi* Go. (i) *aegretud.*

guinem tolle pro magnitudine corporis et [l] aetatis.
Et [m] si aestas erit, oleo et aceto caput totumque cor- 4
pus perunges, et diutissime confricabis, loco refrige-
rato et opaco inclusum continebis, substernes etiam
stercora sicca vel paleas, ut provocet ipsa mollities
ad cubandum. locum calidum declinabis, nam [n] im-
pedit somnum. furfure vel [o] paleis vel foliis lactuca-
rum reficies. praeterea potum praebebis exiguum. 5
cum convalescere [p] coeperit, modicis ambulationibus
exercebis. ubi idoneum [q] visum fuerit, ad cibaria lar-
giora infusum [r] hordeum ad pristinam consuetudinem
paulatim per incrementa revocabitur. Si die septimo
non profecerit, sanguinem iterum [s] de temporibus
emittes, et caput sine intermissione curabis. Potio-
nem [t] dabis qua sanantur appiosi: [v] Nasturtii seminis, 6
apii seminis, seminis [x] lactucae, anagallici, [y] petrose-
lini, aneti, papaveris silvatici seminis uncias singulas,
piperis scrupulos [z] 3, croci drachmam unam. Quae
omnia bene cribrata [a] atque commixta ex aqua tempe-
rabis, et [b] trochiscos [c] facies, ut habeant non minus
quam singulas drachmas. [d] In dieta unum trochiscum 7
in aqua dissolutum per os digeres. quod quotidie
oportet fieri donec sanitas redeat. Si non appetit
cibum, singulos trochiscos solutos cum succo ptisanae
quotidie praebebis. Vinum nunquam dabis. [e] Capitis
enim valetudo sumto mero deterior efficitur.

Go. (2) *appreh.* S. M. (l) *vel* S. M. (m) Hinc ad finem sect. 5. om. S M. (n) *cum impendet somnum* Go. (o) *et* Go. (p) *cum valesc.* Go. (q) *idoneus visus* Go. (r) *infuso ordeo* coniiciebat Gesner. (s) *iterum ei — emittis* Go. (t) *Potio etiam datur* S. M. *Postea dabis ea* Go. (v) *opiosi* S. M. *apioli* Go. (x) *seminis — seminis* om. Go. (y) *aligallici* Go. punctis suppositis literis prioribus tribus. Margo *allogalica*. (z) *unciam — unam quae* S. M. (a) *trita* S. M. (b) *(c)* inserit S. (c) Vulgo *trochischos* Go. *trociscos.* et sic deinceps iterum. (d) *in die* inserit S. deinceps reliqua usque ad finem capitis om. S. M. Videtur verum esse: *In die unum* etc.

X. Si quod iumentum appiosum[a] fuerit, in praesepio[b] incumbit, oculos tensos habebit, micabit[c] auriculis, visus caliginem patietur, et gyrat in circulo tanquam ad molas.[d]

XI. Quod si etiam fuerit conversus in rabiem, sic
intelliges:[a] Subito hinniet tanquam sanus, parem
suum appetit morsu, vel hominem, praesepia aut ilia
sibi mordicans rodit: quem sicut appiosum curabis.
Prorsus abstinebis[b] ab hordeo, et[c] mollibus cibariis
sustentabis.[d] Praecipue tamen[e] apium viridem[f] quan-
2 tum voluerit praebebis. Sanguinem de temporibus
aut de cervice emittes,[g] loco tenebroso statues, caput eidem huiusmodi acopi[h] confectione curabis:
Opopanacis libram[i] 1, resinae, terbentinae ana uncias 2,[k] galbani[l] unciam 1, resinae frixae uncias 3,
masticis tritae uncias 2, olei veteris libram 1. ex hoc
ei cerebrum inter[m] auriculas confricabis; oleum tamen solum ac liquidum in aures eius[n] suffundes.
3 cuius[o] tamen prius quam acopo utaris, saccellationibus caput cerebrumque vaporare[p] te convenit, et
caput apposito cerebellari[q] communire. Potiones

(e) *dederis — valitudinis sumpto mero in deteriora vertuntur* Go. Voluit igitur *valitudines*.

X. (a) *opiosum* S. M. *apiosum* Go. (b) *praesepium* S. M. (c) *nutabit* S. M. (d) In S. M. connectitur cum capite sequente.

XI. (a) *intelegas* Go. deinceps *subito* F. *invenies tanquam sanum* S. M. (b) *abstinebit* S. M. (c) *et* ex S. inserui. (d) *fomentabis* S. M. (e) *autem* S. (f) pro *viride*. Palladius etiam *apios* dixit. (g) *educes* S. M. (h) *api* S. M. (i) *unciam* S. M. (k) *tres* S. M. An iunctim legd. *resinae terebinthinae?* (l) *galbani — uncias* 2. om. S. M. deinceps *resina fricta* Go. (m) Vulgo *et auriculas*. S. *et inter aur.* Go. *cerebrum ei et inter aur.* (n) *ipsius* Go. (o) Hinc ad finem cap. om. S. M. (p) *evaporare* Go. (q) Vul-

Cap. XI. *Apium viride*) Ab hordeo abstineri iubent etiam Hippiatrica; sed locum tenebricosum et silentem improbat solus Apsyrtus p. 213.

Inter auriculas) Vide supra I. 40. 5. et infra V. 32. 2. (vulgo III. 33. 2.)

Cerebellari) Ita ex capitis seq. sect. 6. correxi vulgatum *cerebello*.

quoque[r] ex trochisco superius memorato quotidie praebebis; collyrio[s] acri inungis assidue, ut caligo ex oculis possit auferri. Quae cura si non profecerit, caput et tempora sub ipso procomio[t] semisse inuris cauterio, quod et super venas[v] temporales facies. Plerique tamen, facies[x] ne deforment[y] iumentum, solo tabulare palati usto[z] sani fieri possent.[a] Fervor enim foci debilitatem capitis tollit, et membranam mentis[b] pristinae sanitati restituit.

XII. Alii auctores insanientis iumenti ardentes et sanguineos[a] oculos et humore suffusos vel[b] stantes[c] dicunt, auriculas micantes, ut ad instar indomito-

go *cerebello*. Go. *relare minuere*. (r) *quoque* om. Go. *deinceps* vulgo *trochischo*. Go. *trocisco*. (s) *colloacri* adscripto: *al. colirii forti*. (t) Vulgo *protocomio*. (v) *venas* om. Go. (x) *facies* om. Go. (y) *deformetur* Go. (z) Ita pro *confecto* F. M. S. M. et Go. Gesnerus *confixo* praeferebat comparato II, 14, 4. II, 22, 3. II, 27, 3. (a) *possunt* Go. (b) Gesneri coniecturam *mentis pristinae sanitati rest.* pro *menti pristinae*, *sanitatique* firmat aliquatenus Gothani *mentis*.

XII. (a) *sanguinolentos* S. M. (b) *vel* inscrit S. (c) Vulgo *stantes auri-*

Hippiatrica p. 245. ἀνάλειφε τὴν κεφαλὴν καὶ δέρματι προβατείῳ κατάσκεπε. et post: τὴν κεφαλὴν δέρματι ἔχοντι ἐρέαν καὶ ἠλειμμένῳ ἐλαίῳ κάλυπτε. Supra c. 7. 1. cerebellum de lanata pelle vulgo similiter erat.

Collyrio acri) Hippiatr. p. 245. ἔγχριε δὲ καὶ τοὺς ὀφθαλμοὺς κολλυρίῳ.

Procomio) Ita scripsi pro *protocomio*. Hippiatr. p. 244. καὶ τοὺς κροτάφους κεντήμασι πολλοῖς καυτῆρος ἔγκαιε.

Conficto) Ita vulgatum *confecto* corrigi voluit Gesner. In margine Fabr. et Samb. est *usto* ex glossa. Tabulare palati vocat gradus seu rugas palati equorum.

Membranam) Causas morbi ponit noster c. seq. sect. 8. duas, sed plures Apsyrtus p. 243. καύματος ὑπερβολήν, προσφορὰν ὀρόβων πλειόνων, ἐπιφορὰν αἵματος τῇ μήνιγγι, χολῆς παρέμπτωσιν εἰς τὰς φλέβας τὰς αἱμαγωγάς, φαυλότητα ὑδάτων. Hinc recte Gesner vulgatam *menti pristinae sanitatique* corrige voluit. Meninga a Cael. Aurel. Acut. II. 9. 41. *mentem* appellari idem monuit. Locus est: *dehinc odore penetrando membranas inurit et tanquam acre collyrium oculos sic mentes inflammat.*

Cap. XII. *Vel stantes*) Ita suadente auctoritate S. M. et Hippiatricorum postea laudandorum correxi vulgatam: *suffusos, stantes auriculas dicunt vel micantes.*

rum[d] nec capi possit,[e] et captum, parietibus se illidens conetur[f] effugere. terram pedibus fodiet,[g] et
2 multum flegmatis[h] ex ore profundet. quod hac[i] ratione curatur, ut[2] auferatur ei sanguis de iugularibus[l] venis, de palato, et post de cruribus. a cibo[m]
3 eadem die abstineatur et potu. Alia autem[n] die aquam frigidam dabis ei bibere. Auferantur stercora quae in ano eius[o] sunt per quatriduum continuato clystere; curabitur[p] venter,[q] ungetur cerebrum, secreto[r] collocabitur[s] loco, accipiet in[t] substantiam[v] porros, et[x] herbam mollissimam,[y] aut mollissimum foenum.
4 His potionibus percurandum. pulveris turis[z] drachmam 1, aceti albi sextarium 1, radicis panacis unciam 1, herbae saxifragae uncias 3,[a] ex aqua mulsa per os dabis. Lactis[b] caprini sextarium unum defundis in fauces. quod si defuerit, cyminum[c] rusticum pondo duo[d] in pulverem rediges, additoque[e] olei optimi uno[f] ebulo, ex aqua mulsa diffundis[g] ad
5 cornu. Sed caeteris potio haec aptior creditur: apii unciam 1, iusquiami unciam 1, seminis apii unciam 1,

culas dicunt vel micantes, ut. S. M. *nutantes* habet. (d) *indomiti* Go. (e) *possunt et caput par. se allidens* Go. *et capite par.* S. M. (f) *nisi teneatur effugiet* S. M. (g) *fodit* Go (h) *flatus* S. M. (i) *hac* om. Go. (2) *ut* om. S. (l) Ita pro *angular.* S. M. (m) *autem* addit S. (n) *vero* S. M. (o) *ipsius* S. M. (p) *purgetur* S. M. Go. (q) *et cerebrum et obscuro colloc.* S. M. (r) *obscuro* inserit Go. (s) *conloc.* F. (t) *ad* S. M. Go. (v) *intuba* addit S. *intubam* Go. (x) *in herba et moll.* S. M. (y) *moll.* om. Go. deinceps idem ac. (z) *thuris* S. deinceps *libram* S. M. pro *drachmam*. (a) *duas* S. M. (b) *Lactis — cornu* om. S. M. *Item* addit Go. (c) Vulgo *ciminum*. (d) *pondera* Go. (e) *addito* Go. (f) *obulo uno* Go. *acetabulo* coniiciebat Gesner. (g) *defundis* Go. (h) *succum ptisanae dabis* S. M. (i) et om.

Et captum) Ex lectione S. M. malim *et captum nisi teneatur effugiat; parietibus se illidet* etc. Hippiatr. p. 244. τὰ ὦτα συνεχῶς κινεῖ, ὀφθαλμοὺς ἑστῶτας ἔχει καὶ λάμποντας. πέμπει δὲ καὶ ἀφρόν. p. 245. οἱ ὀφθαλμοὶ προπίπτουσιν ὕφαιμοι.

Iusquiami) i. e. hyoscyami. Sed in Hippiatr. p. 245. est: θρίδακος σπέρματος, μήκωνος σπέρματος ἐξίσου

seminis lactucae uncias 2, papaveris silvestris unciam. quae omnia in pulverem redacta commisces, et unum cochlearium magnum ex aqua dabis, vel si cibum non accipit, ex[h] succo ptisanae. obscuro et frigido 6
et[i] laxiore loco statues, silentiumque praebebis ut dormiat. prius tamen oleo ac pice liquida caput perunges, auresque complebis:[2] tempora etiam munies cerebellari[l] vel fasciis; myrtam[m] quoque aridam 7
conteres, et aceto oleoque miscebis, corpusque eius[n] totum diutissime confricabis.[o] Solent constringi[p] et obrui stercore, ut sudent et dormiant.[q] Quibus si somnus[r] venerit, afferet sanitatem. Rabiosum vero iumentum eadem omnia et maiora ostendit[s] quam insanum. Nam et alia animalia comedit, et facit 8
ipsa[t] contagione rabiosa. Plerumque[v] etiam[x] morsibus intestina sua extrahunt et hinniunt[y] fortiter. Quae valetudo ex nimia sanguinis abundantia et ardore contingit. Curatur autem observatione et potione[z] superius declaratis.

XIII. Chirurgia[a] appellatur quandocunque[b] secatur ferro, vel cauteriis uritur. quae[c] cum omnibus membris animalium, tum praecipue capiti necessaria est medicina. Quodcunque igitur iumentum in qua- 2
libet parte fregerit caput vel nudaverit casu, solli-

Go. *et lax.* om. S. M. (2) *et* addit Go. deinceps *minues* Go. (l) Vulgo *cerebellare.* S. M. om. *cereb. vel.* Go. *cerevellare.* (m) Vulgo *mirtam.* S. M. *myrrham.* (n) *corpusque totum ipsius* Go. (o) *perfricabis* Go. (p) *diligenter* addit S. (q) *obdorm.* S. M. (r) *opus* Go. (s) *ostendit* om. Go. (t) *ipso contactu* S. M. bene! (v) *Plurimunque* Go. (x) *enim* S. M. (y) *ineunt* F. S. recte S. M. *inuunt* Go. (z) *potionibus* Go.

XIII. (a) *quoque* addit Go. (b) Sic Goth. Vulgo *quodcumque.* (c) *quod cum omnibus — medicinis* Go. *Quae omn. membris an. tum praec. cap.* S. M.

μίξας σὺν ὑδρομέλιτι. et pro reliquis ponuntur σελινοσπέρμου, ναρδοστάχυος· πετρασελίνου μακεδονικοῦ.

Confricabis) Vnctione et frictione utitur etiam Apsyrtus p. 243. sed unguentum differt.

cite curandum, ne indignatio vulneris in nervos cere-
3 brumque penetrando periculum generet.[d] nec in primo medicamentis uti acrioribus convenit, sed magis melle[e] curare. cum ad maturitatem venerint[f] illa quae fracta fuerant,[g] tenta solerter,[h] et mobili manu vel forficibus[i] eximito. Reliqua fragmenta ossis, quae asperata sunt, ferramentis caedito competentibus,[2] atque perradito, ut carnem facilius inducant. nunquam enim clauditur vulnus si non rase-
4 ris, donec sanguis per os ipsius respondeat. In quo maior est adhibenda cautela, quia[l] solet in locis ossuosis[m] et commissuralibus fistula fieri. quae[n] cum evenerit, parvum et incurabile[o] efficit vulnus, per[p] quod non sanies, sed humor liquidus emanat, nec unquam ducta cicatrice solidatur. Quod si evenerit,
5 hac ratione curabis. Papyrum[q] per ipsam fistulam traiicies,[r] ita ut capita papyri, quae[s] extra fistulam eminent,[t] ex utraque parte alliges[v] lino ne cadat, et diebus v vel pluribus, donec callositas fistulae papyri[x] distentione turgescat, et maius vulneris fo-
6 ramen fiat. Tunc[y] ad mensuram vulneris ex fistulari medicamento collyrium facies, et[z] exemto papyro

Vulgo *cum sit omnibus —praecipue tamen capitis.* (d) *generetur* Go. (e) *molliter* S. M. (f) *venerit* Go. (g) Vulga addita *assa laxantur* omisi cum S. M. et Go. (h) *tempta et sal.* Go. *solerter* S. *solenniter* S. M. Vulgo *sallerter.* (i) *forpicibus* S. M. (2) *comp.* ex S. M. addidi. (l) *quam* Go. (m) *saxosis* S. M. (n) *quod* S. M. (a) Ita pro *parumper iniuria afficit vulnus* S. M. *parūum sed incurabile efficit vul.* Go. (p) *quod non saniem sed humorem liquidum emittit* S. M. (q) Ita pro *deducta* S. M. (r) *inducis* S. M. *radicem* Go. (s) *extra orificia ex utraque parte alliges, ne cadat, et tribus* S. M. (t) *debent eminere.* (v) Vulgo *alligns.* (x) *tergere papyrum faciat et nullum vulnus* S. M. *papirum maris distentione tur. et nullum* Go. (y) *autem* addit S. (z) *facies exempto* Go. *facies et ex.* S. M. Vulgo *fa-*

Cap. XIII. *Fistulari*) quod reperies infra c. 26. Pro *movies* infra est *fasciabis.*

intra[a] fistulam iniicies, ut impleatur ex integro, et[b]
ne excidat,[c] munies diligenter. Post dies quatuor vel
quinque solvis[d] si fistula[e] ceciderit, traumatico cu-
rabis, quod vulneri semper immittes,[f] donec spissa
sanies et non multa in eo loco reperiatur. Cum au- 7
tem iam limpidum videris, collyrium[g] fac. pollinem
ervi,[h] et thus masculum tritum aequis ponderibus
cum melle decoquito, et plagae ipsi imponito[i] per
dies plurimos, quotidie curato ita, ut deprimas ipsas
partes vulneris, quatinus[a] iunctae citius cohaere-
scant.[l] Si graviter offenderit caput, ut cerebrum 8
vexet intrinsecus, continuo de temporibus sanguinem
eidem oportet auferri, et spongiam aqua,[m] si aestas
fuerit, oleo roseo,[n] et aceto aequa parte commixto
capiti eius imponi,[o] fasciaque connecti, et cibos viri-
des praeberi.[p] si nec ipsos appetit, quia omnem ci- 9
bum recusat, fabam moles[q] et convertes in pollinem,[r]

ciens, exemto. (a) *intra* om. S. M. (b) *et* S. M. Vulgo *plane.* (c) *excedat ne imminues* Go. (d) *ita quod caro infecta cadat* S. M. (e) *fistulis — traugmatico* Go. (f) *immittis* Go. (g) Vulgo *collyrium, fac pollinem.* Go. *facito pullinem.* (h) Ita pro *herbi* S. M. (i) *imposito* Go. (2) *et quatenus* Go. (l) *crescant sed si* S. M. (m) *aqua — fuerit* om. S. M. *a frigida* Go. voluit *aqua frigida.* (o) *rosaceo* Go. (o) *imponis fasciasque* Go. (p) *praebete* Go. (q) *molem convertas in pulverem* Go. (r) *pulverem* etiam

Diebus V.) Recte Samh. M. *diebus tribus.* Ita enim est infra c. 26. qui locus huic nostro locem mutuatur et invicem accipit hinc.

Fistula ceciderit) Callositatem fistulae intelligi, patet ex cap. 27. sect. 4. duritiam carni vivae npponit 4. 46. *ἐσχάρα* graece Hippiatr. p. 270. Carnem infectam dicere videtur Samh. libri margo.

Collyrium fac. pollinem) Ita ex altero loco, ubi thus omittitur, corrigenda erat vulgata: *videris collyrium, fac pollinem* etc.

Deprimas) Vix sanum est verbum. Infra anapleroticum medicamentum adhibet.

Spongiam aqua, si aestas fuerit — fasciaque connecti) i. e. alligari. Alio sensu est *caput pedesque connectis* 3. c. 6. sect. 7. Ceterum ex Gothano *frigida* addenda videtur; deinceps oleum et acetum permista imponi capiti videntur *hieme* vel *si hiems fuerit.* Haec vel similis distinctio excidisse videtur.

Quia omnem) An fuit *quin omnem?*

farinam quoque triticeam pariter admisces, et cum
mulsa per cornu ad substantiam animali[s] tam diu
faucibus eius infundes, donec cibos virides appetat,
quos aqua marina vel salsa oportet aspergi.

XIV. Aurium[a] ut vicinitate proxima,[b] ita periculi
non discrepans cura est. quae si casu[c] aliquo fuerit
a radice contusa, et collectionem fecerit, eam,[d] cum
maturaverit, scalpello secato, et pus sinito fluere.
tum linis[e] aceto acerrimo et oleo per triduum, quarta[f]
die traumatico curato, donec sanetur. Etiam si car-
tilaginem vexaverit, eiusdem medicinae observatione
2 proficiet. Si vero a radice auriculae, vel commissura
capitis tumor[g] magnus cum duritia exstabit, ex foe-
nigraeci et lini semine et tritici polline[h] cataplasma
imponito, maturatam[i] collectionem scalpello secato,
ita ut inferius plaga spectet,[2] quatenus humor per
3 prona decurrat. Vino,[l] oleo, et sale mixto infusos[m]
lemniscos inducis, et vulnus per quatriduum fove-
bis, post traumatico uteris. sed[n] difficilis cura est,
quia fistulae in talibus locis frequenter oriuntur.
quae si evenerint, supra scripta curatione[o] curan-
4 tur. Si tamen aegritudo[p] [vulneris] ulterius[q] etiam[r]

S. M. (s) *animalis* Go.

XIV. (a) Prima sect. om. S. M. *ut in vic.* Go. (b) *cerebri* addit suprascr. Go. idem *periculo.* (c) *causa aliqua* Go. (d) *cum eam* Go. (e) *cum* addit Go. (f) *quarto — traugmatico* Go. (g) *tumor c. dur. magnus exultabit, ex foenu graeco* Go. (h) *poline* Go. (i) *maturatam — spectet* om. S. M. (2) *spectetur quatenus* Go. Vulgo *quatinus.* (l) *et* addit Go. (m) *infunde et vulnus* S. M. *infusus linis eos* Go. (n) *non tamen fistulae* S. M. *curae* Go. (o) *ratione* Go. (p) *aegretudo* Go. (q) *ulterius* suprascripto

Cap. XIV. *Ita periculi*) Malim *periculo.*

Si cartilaginem) Partem auris superiorem cartilagineam totam.

Commissura) Breviter Hippiatr. p. 60 et 61. συμβαίνει τῷ ἵππῳ οἴδημα γενέσθαι κατὰ τὸν σύνδεσμον τῆς κεφαλῆς καὶ τοῦ τραχήλου παρὰ τὸ οὖς σκλήρωμα ἔχον. λέγεται δὲ παρωτίς— οὐ δεῖ δὲ τὸν δάκτυλον ἐντιθέναι. εὐχερῶς γὰρ συρεγγοῦται ὁ τόπος.

post medicamenta procedat,[r] vicinae urendae sunt
partes, et cauterio[t] in ipsis collectionibus infigenda
sunt puncta[v] vehementius, ut et cutis et causa per-
rumpatur[x] interior. post solenniter[y] usta curanda
sunt.[z] Non enim aurium[a] est negligenda curatio,
ne ex dolore nimio generetur insania. Primum pur- 5
ganda est auris diligenter intrinsecus,[b] ut auferatur
quod dolorem[c] movet, aut laedit. Si[c] nihil inveni-
tur,[d] spongiam nitro et aqua molliter infundes et
dilues,[e] unamque noctem intra auriculam infusam
spongiam manere patieris. Die tertio[f] nitro et aqua 6
calida fovere incipies frequenter et diu, donec dolor
recedat. Quod si aqua fuerit ingressa, oleum vetus
et acetum aequis ponderibus adiecto nitro in aurem

vulneris Go. igitur *vulneris* inclusi. (r) *etiam* om. Go. et post *medicamenta* transpouit. (s) *procedit urendae* Go. (t) *cauteria* S. M. (v) *bene cutis et caro rumpatur int.* S. M. (x) *pror.* Go. (y) *interius. p. sosempniter* Go. Vulgo *solerter.* S. M. *solemniter.* (z) *non est, aurium neglecta curatione, ne* S. M. (a) *dubium in negligentia curationis aurium, ex dolore* Go. (b) *interius* Go. (c) *Sed* Go. *inveneris* deinceps S. M. (d) *at si* addit Go. (e) *eleves* Go. *sic infusam una nocte intra aurem manere patieris* S. M. *unaque nocte* Go. (f) *tertia* suprascr. Go. (g) *superimponas* Go.

Ne ex dolore) Hippiatrica p. 63. τὸν πόνον τοῦ ὠτίου θεραπεῦσαι δεῖ μήπως εἰς μανίαν ἐμπέσῃ τὸ ζῶον καὶ πρὸ πάντων τὰ τούτου ὦτα καθᾶραι μήτι ἔνδον ἐγκαθίσαν βλάβην ἢ πόνον πάρεξῃ, καὶ καθάραντα διὰ σπόγγου ἁπαλοῦ μέλι καὶ νίτρον καὶ ὕδωρ διυλισθὲν εἰς τὸ οὖς ἔμβαλε πρότερον τοῦτο ἀπομάξας. ἔασον δὲ τὸ σπογγάριον εἰς τὸ οὖς ἐμμεῖναι μιᾷ νυκτί, τῇ δὲ ἄλλῃ κατάντλει ὕδατι θερμῷ καὶ νίτρῳ ἕως οὗ ὑγιάνῃ. Ex quibus apertum est; h. l. mellis mentionem excidisse; et praestare lectionem libri Sambuci sic correctam: *nitro et aqua melleque infundes et sic infusam una nocte intra aurem manere patieris.*

Quod si aqua fuerit ingressa) Aristoteles Problem. 32. quaest. 10. Διὰ τί, ἐὰν εἰς τὸ οὖς ὕδωρ ἐγχυθῇ, ἔλαιον προσεγχέονται, οὐ δυναμένου τοῦ ἐντὸς ὑγροῦ ἐξελθεῖν δι᾽ ἄλλου ὑγροῦ; sed magis huc pertinet locus Hippiatricorum p. 63. quem iam olim Conr. Gesner in Equo p. 512. comparare iussit: ἔλαιον παλαιὸν καὶ νίτρον ἐξ ἴσου βαλὼν εἰς τὸ οὖς ἐπίχεε καὶ ἐπίθες ἐρέως. Τούτῳ δὲ τῷ τρόπῳ καὶ εἰς τραύματα ἔγχει, ἰαθήσονται. queo: locum vitiosum et lacunosum esse, nunc demum Vegetii comparatio docet.

mittito, et succidam lanam superimponito.[g] Si vulnera fuerint, liparam[h] auribus inseres et curabis.[i]

XV. Quodcunque iumentum in oculis trichiasin[a] patietur, id est, ut pili aliam[b] palpebram urentes[c] lacrymas moveant, visumque conturbent, hac ratione curatur. Non longe a pilis ab interiori parte scalpello plagam dabis[d] in cute palpebrae, post forficibus[e] per longum ad mensuram oculi fasciolam praecides, et impositis fibulis consues palpebram foris versus, ut oculus sine deformitate recipiat visum
2 et gratiam naturalem. Tunc vero optimo oleo, nec non etiam muria[f] infusam spongiam superpones, et oculum fasciabis. Post diem[g] quintum solvis, tunc intrinsecus oculum collyrio curabis: deforis vero tetrapharmacum impones, non prius fibulas ablaturus,
3 quam duxerit[h] cicatricem. Nihilominus et cadentibus fibulis, collyrii cura non deerit, ne caro rursus superflua excrescat. Sed plerique adhibent cum deformitate compendium, ut partem[i] quae prominet ad mensuram naturae forficibus amputent, poscaque[k] frigida (sunt) propter fluxum sanguinis foveant, (et) oculum collyrio intrinsecus curent, ne indignationis
4 necessitate laedatur. Adversus[l] infestantes pilos tertia cura est, ut leni tenuique cauterio genae quae procreverint[m] inurantur, quo facto, ducta cicatrice contrahitur[n] pellis, et palpebra altius[o] elevata a pupillae cursu pilorum arcet iniuriam.

(h) *lipparia* S. M. Vulgo *lyparem*. (i) Ita pro *curasti* S. M.

XV. (a) Ita pro *tritiacom* Morgagni. *tyriacem* S. M. (b) *alieni* malebat Gesn. (c) *vertentes* S. M. (d) *facies in palpebra* S. M. (e) Ita pro *forpicibus* S. M. *furibus* Go. (f) *aqua marina* S. M. (g) Ita pro *die quinto* S. M. (h) *induxerit* S. M. (i) *pars* S. M. (k) Vulgo *pusca, quae frigida sunt — foveant, oculum*. S. M. *et pusca frigida quae sunt*. Go. *posca quae facta*. (l) Hanc sectionem ex cap. sequentis sect. 3. huc retraxi admonente etiam Io. A. Fabricio et Morgagni. (m) *procreverit, inuratur* S.

XVI. Suffusio sicut hominum, ita iumentorum impedit visum, cuius tria genera ab auctoribus indicantur, stenocoriasis,[a] platycoriasis, hypocoriasis; Graece (enim core) pupula nominatur. Stenocoriasis
dicitur, cum constringitur visus et vires amittit. Quae 2
hac ratione curanda est, ut[b] sanguis de temporibus auferatur: radicem quoque foeniculi et herbam chelidoniam[c] vel rutam decoques ad tertias, et cotidie ex ipsa aqua quantum manus patitur calida[d] oculus foveatur. Inunges etiam collyrio opobalsamato,[e]
quod suffusionibus prodesse consuevit.[f] Platycoria- 3
sis[g] autem est, cum se ultra naturalem modum pupilla diffundit et eripit visum, nec curari ullatenus potest. Nam sicut ovi vitellus casu aliquo disruptus[h] in priorem formam coire[i] non potest, ita semel pu-

(n) *conteritur* F. S. (o) Ita pro *alterius* S. M. Gesn. (p) Ita pro *pupilla ursu* ex S. M. dare voluit Gesn. sed operae aberrarunt.

XVI. (a) Ita recte Gesn. pro *stenochor. plotochor. hypoch.* deinceps ex eiusdem admonitione verba *enim core* addidi uncis inclusa. (b) Verbis *ut sanguis* S. M. substituit haec: *si visus caligat.* (c) *celidoniam* F. S. (d) *calida* ex S. addidi. (e) Ita pro *opobalsamo* S. M. (f) Quae vulgo hic sequebantur, retuli ad cap. antecedentis finem. (g) Ita Gesn. pro *plutoch.* (h) *disiectus* S. M. (i) *redire* S. M. (2) *visum. Quod* S. M.

Cap. XVI. *Platycoriasis*) Aretaeus Capp. Diuturn. morbor. I. 7. a Gesnero laudatus: καὶ ἡ ἐν τοῖσι ὀφθαλμοῖσι παρθένος (κόρη)· καὶ γὰρ ἐκχέεται πολλὴ ἐς μέγεθος, εὖτε πλατυκορίην ὀνομάζομεν· ἀτὰρ ἠδὲ ξυνάγεται ἐς μικρὸν ἡ κούρη, εὖτε φθίσιν ἣν ἠδὲ μυδρίησιν ἐγὼ κικλήσκω. ubi nisi plura exciderunt, ab usu loquendi plane recessit Aretaeus. Reliqui enim medici velut Paulus III. 22. et Celsus 6. c. 6. mydriasin vocant, quam Aretaeus πλατυκορίην, quam nominat et explicat Philoponus ad Aristotel. de Anima Littera K. 7. Plinius 23. s. 31. succum foliorum oleae ad procidentem pupulam commendat. Ibi enim non *pupillae*, sed *pupulae* habet Codex Pintiani.

Hypocoriasis) Mihi eadem esse videbatur cum ea, quam sequens caput ὑπόχυσιν, hypochysin, i. e. suffusionem appellat. Crescentius IX. 26. eundem morbum tractans, *anticax* vocat in titulo capitis, sed editio princeps et Lovan. *De morbo oculorum et cura eius* rectius inscribit caput. Nomen nullum habet Iordanus c. 6. ex quo sua duxit Crescentius, nec Rusius c. 53.

4 pilla diffusa recipere non potest usum[k] videndi. Quod evenit[l] equorum sudore, dum membranula, quae continet lumen, indignatione[m] caloris disrumpitur: vel certe sollicitudo longi itineris ad indignationem iumenta compellit, aut laesum oculum dominus cu-
5 rare neglexerit.[n] Quod cum accidit, oculus videtur incolumis, nullis[o] lacrymis, nullo sanguine, nulla indignatione prodit iniuriam, sed uno tamen[p] declaratur indicio, quod in pupilla ipsius imaginem tuam
6 tanquam in speculo[q] videre non potes. Hypocoriasis autem a capitis humore descendit, et in uno oculo sese primo ostendit, postea etiam ad alterum transit. Intelligitur[r] autem humore vel lacrymis. Continuo sanguinem ei de supercilio vel de ipsa parte temporum detrahes, fomentabis ex tepida aqua, in qua radices foeniculi decoctae fuerint cum ruta. Praeterea inunges collyrio opopanacato[s] et opobalsamato. Quod si institeris medicinae, per lacrymarum cursum consuevit saepius caligo sanari. Temporales quoque venae cauteriis inuruntur, ut[t] meatum humoris excludant.

XVII. Quod si vis passionis intulerit hypochysin,[a] diligenter attende quo colore sit membrana, quae opposita[b] pupillae impedit[c] visum: si auroso[d] colore

(l) *in equorum furore* S. M. quae verior mihi lectio videbatur. (m) *indignationis calore* S. M. (n) *neglexit* lector expectabat. (o) *nullius* S. (p) *uno* S. M. *uno tamen* Go. vulgo *visus tantum*. (q) *speculum* S. M. Ita et *pupillam* Go. (r) *intelliguntur* F. (s) *opponacato* S. M. vulgo *opopanato*. (t) Ita pro *et m. h. excludunt* S. M.

XVII. (a) Ita pro *cicatricem* margo libri Io. A. Fabr. *caecitatem* S. M. (b) Ita pro *appos.* S. M. (c) *operit* S. M. (d) *aurei* S. M. (e) Ita pro *candida*

Per lacrimarum cursum) Hoc ἀποδακρύσαι Graeci, *delacrimare* Latini dixerunt; hinc delacrimatio, et collyria delacrimatoria dicuntur.

Cap. XVII. *Hypochysin*) Ita liber Fabricii, *caecitatem* Samb. Vulgo *cicatricem*. Deinceps recepi ex Samb. libro *opposita* pro *apposita*. Idem *operit* — *aurei*. Voluit *aureo*. Postea *candido* ex Goth. dedi pro *candida*.

fuerit, insanabilem scias: si candido[e] nimium, etiam
noveris non posse curare ipsam. Si vero spissa fuerit,
colore oleagineo,[f] muco similis, per paracentesin[g]
ad hominum similitudinem, cum fuerit maturata cu-
ratur. Iumentum igitur pridie temperabis[h] a cibo, 2
vel potu maxime prohibebis, in loco molli elides,[i]
caputque eius et cervicem apte collocabis. ita paten-
tem oculum facies, ut claudere non possit. deinde
ab ipsa fronte paracenterium inter tunicas oculares
subiicito, ne pupillam tangas, aut aliquid laedas in-
terius, sed ipsum album de superiori parte ubi hypo-
chysis[k] posita est, capitello[l] paracenterii deorsum
deprimis ad palpebram inferiorem subtiliter. Quod 3
si depositum fuerit, non prius paracenterium eximas,
nisi clausum oculum penicello calido diutissime va-
poraveris. solet enim resilire. Quod si ita evenerit,
reprimito, donec ita componatur,[m] ut resilire non
possit. Cum itaque intellexeris claritatem pupillae
sine ullo obstaculo hypochysis,[n] tunc eximes ferrum,
et invenies animal videre. Curabis sic. Ex oleo 4
roseo et ovi albo anacollima facies, lanae[o] infundes,
et super oculum curatum[p] impones, ac desuper fa-

Go. (f) Ita pro *aleagino* S. M. (g) Ita pro *paracenthesim* ubique Gesner. (h) *separabis* S. M. (i) *deiicies* S. M. *sternes ut iaceat* Go. (2) Ita pro *hypochisis* Gesner. *hypocisma* S. M. et Go. Voluerunt *hypochyma*, quod sequens *depositum* respicit. (l) *caput* S. M. (m) *vel comprimatur* margo Go. (n) *hypocima tunc eximes ferro* Go. Voluit *hypochyma*. (o) Ita pro *lanam* voluit Gesn. (p) omitt. S. M. *eius imponis* Go. (q) *infundis* S. *infundes*

Oleagineo) Plinius 25. s. 92. anagallidis utriusque succus cum melle oculorum caliginem discutit, et ex ictu cruorem et argema rubens, — pupillas dilatat, et ideo hoc inunguntur ante quibus paracentesis fit.

Lanae) Huc pertinet locus Hippiatr. p. 50. ἔριον μετὰ ἐλαίου ῥοδίνου καὶ ὠοῦ ἐντὸς τῶν ὀφθαλμῶν ἔμβαλε, τῇ δὲ ἄλλῃ τήλεως ἀφεψημένης χυλῷ χλιαρῷ ἐπάντλει, καὶ πληρώσας σπόγγον ἐπίθες καὶ δῆσον, καὶ πάλιν ἔριον etc.

sciabis. Caveto ne ipsa die manducet, et movcat oculum agitatione maxillae; sed tamen si voluerit, bibat. Altera die solvis et calida fomentabis diutissime. deinde foenigraeci succum in oculo subfundes,[q] et rursum anacollima supra dictum similiter impones, fasciabisque. Quod cum per triduum aut quatriduum feceris, oculum solvis,[r] et foenigraeci succo fomentabis, et[s] ex melle optimo Attico[t] unges, donec cicatrix se confirmet et oculus.

XVIII. Est et[a] aliud vitium eiusmodi, ut interdum oculo album inducat,[b] interdum limpidet: ex qua passione lunaticum oculum veteres nominavere. Cuius ista curatio est, ut de ipsa parte temporum[c] detrahatur sanguis. interpositis diebus, sub oculo nihilominus sanguinem oportet minui. Cotidie quoque[d] calido fomento oculum curabis deforis; intrinsecus autem inunges collyrio thermantico[e] et acerrimo per plures dies, donec recipiat sanitatem. Si nihil ex hac ratione profecerit, venas superiores in temporibus supra ipsum locum qui sustinet passionem, diligenter perquires et ibi[f] inures, ut humor noxius possit arceri.

XIX. Quodcunque iumentum in oculo habuerit staphyloma, incurabile est: talis tamen curatio con-

Goth. Vulgo *subfundis — imponis.* (r) pro *ocul. solv.* Go. *solveris.* (s) *et* ex S. addidi. (t) *antiquo* S. M.

XVIII. (a) *et* ex S. addidi. (b) *ducat ita, quod impedit visum, quem morbum lunaticum* S. M. *oculum album ducat, vel impediat* Go. (c) *temporis* S. M. (d) *vero* S. M. (e) *tragmantico* S. M. (f) *et ibi adures* S. M. vulgo *ibi* deerat.

Cap. XIX. *Staphyloma*) Ipse postea *tunicas ruptas* memorat, ut infra VI. (vulgo IV.) 28. 10. ad oculorum rupturas et tuniculas servandas. Scilicet corrosa aut rupta cornea cum uviformis tunica procidit et malum est adhuc parvum, μυοκέφαλον vocatur, cum vero augetur, ab acini uvarum similitudine σταφύλωμα, cum vero ultra palpebras procidit, malum

suevit adhiberi: De sub oculo sanguinem ei detrahes, et fomentabis calida cum radicibus foeniculi et rutae decocta; inunges etiam collyrio non valde acri, si vulnus feceris et deplanaveris,[a] ex succo foenigraeci fomentabis,[b] et inunges collyrio leni, quod facit ad tunicas ruptas, donec se cicatrix cum planitie claudat, et[c] tunc uteris acriori collyrio[d] per dies plurimos, donec quaecunque partes[e] aequari possint ad naturalem similitudinem compleantur, ut[f] non deformetur obtutus.

XX. Si casu[a] aliquo animal oculum impegerit aut confricaverit vel ex percussura laeserit, et album induxerit, etiam si totus oculus praeclusus sit, tamen experimentis hac ratione probatum est cito posse curari. Hederam colliges terrestrem, et in pila mundissima diutissime[a] contundes, succum exprimes, ex hoc animal inunges: potestate[b] medicaminis quamvis
desperata consumitur albugo. Sed si terrestrem he- 2
deram non inveneris, sive baccas[c] hederae sive folia contundes, et[d] succum exprimes, et ex eo succo[e] inunges. Si hoc quoque difficile videbitur aut morosum, paululum aquae frigidae cum foliis hederae

XIX. (a) Vulgo *fecerit et deplanaverit.* (b) *fomentis* S. (c) *et ex* S. addidi. (d) Vulgo additum *et* cum S. omisi. (e) Ita pro *pars — possit — naturae compleaturque* S. M. *paris vel aequare — naturalem compleatur, ut.* Go. (f) *et* S. M.

XX. (a) omilt. S. (b) *circa oculos oculis iniiciendo. nam eius virtute consumetur albugo* S. M. (c) *luceas* Go. (d) *et — exprimes* om. Goth.

seu μῆλον: cum denique in callum abit, clavus dicitur seu ἧλος, tradente Paulo Aegineta.

Deplanaverit) Gesner monet, *deplanaveris* legendum sibi videri. At sic etiam *feceris* legendum est; nec enim ipse oculus vulnus facit, quod putabat vir doctus, sed medicus, qui excidentem uveam resecat et partes deplanat. In omni vero staphylomate vulnus corneae adest. Sic est cap. 22. *cardis ut deplanes.*

Acriori collyrio) an medicamento catastaltico de quo cap. 22. sect. 2?

diutissime contundes, succum exprimes, et per [f] siphonem ei in oculum defundis. Quod cum per dies plurimos tam mane quam ad vesperam feceris, album omne tolletur. Sed si vinum misceris optimum pro aqua, [g] efficacius est.

XXI. Aliqui auctores dixerunt, si dexter oculus suffusionem susceperit, vel album incurrerit, dexteram partem naris, si sinister, sinistram diligenter inspiciet: et [a] in ipsa callositate narium [b] foramina subtilissima inveniet, quibus tenuis inserenda est fistula; per quam ille, qui curare debet, os plenum vino insufflet, ut merum per foramen illud penetret. Quo facto oculus incipiet lacrymare. Velocius autem proficiet, quia per interiores venas meri virtus ad oculum penetrat.

XXII. Iumentum in oculo [a] in osse percussum, si tumorem [b] fecerit durum, callosum, et ossilagini similem, hac ratione est curandum: Deiecto [c] animali contra terram, ipsam cutem aperito, et ossis rasorio gingivulam [d] vel cartilaginem vel os quod excrescere coeperit, caedito, ut deplanes ad similitudinem partis [e]
2 alterius. Si apte deplanaveris, aceto et oleo linteolis

(e) *oleo oculos* S. M. (f) *per siph.* om. S. M. (g) Ita pro *et recens eff. curata sanat* S. M. *non efficacius sanat* Go.

XXI. (a) *et ex* S. addidi. (b) *varia* S. M.

XXII. (a) *oculi ossi* S. M. (b) *si in ipso oculo creverit os, cartilago vel simile, sic curato* S. M. *axilagini* Go. (c) *Eiecto an. in terram contrahe palpebram et cum ferro congruo incide superfluitatem illam. quod similiter sano.* S. M. Vulgo *contra causam ipsam.* Goth. margo *ut terram.* (d) *gil-*

Cap. XXI. *Et in ipsa*) De ductu lacrimali locum antiquissimum Galeni laudavit Morgagni Advers. anatom. I. p. 27. Idem VI. p. 85. monet, Th. Bartholinum h. l. maluisse legi *cavitate* pro *callositate*. Hippiatrica p. 49. καὶ κλύζε τὸν ὀφθαλμὸν διὰ τοῦ στενοῦ πόρου τοῦ προσκειμένου τοῖς μυκτῆρσι. οὗτος γὰρ ὁ πόρος διήκει μέχρι τοῦ ὀφθαλμοῦ.

Cap. XXII. *Ossilagini*) M. Sladus comparabat graecum ὀστώσει. Ossilaginem infra VI. (vulgo IV.) 14. 3. ossulaginem dicere videtur.

vel licinio [ee] addito, locum ipsum comples, et fasciabis. tertia die solves [e], et similiter curabis per dies 5, donec fervor desinat. post traumatico [f] uteris. Catastaltico quoque medicamento libraturam cutis consumis, quam [g] diu limpidum vulnus curetur [h] et adaequetur. Quod [i] si ipsum os concarnari non potuerit, diu 3
cotidie eradito [k] donec sanguinet atque [l] concarnet, ita ut medicamenta congruentia vulneri imponas. Quod si post sanitatem causa [m] eadem excrescere [n] coeperit, punctim [o] cauterio subtiliter urito. Oculorum epiphoram [p] infra oculum detractus [q] sanguis emendat, si usque ad sanitatem melle optimo inungatur assidue. Praeterea prodest eidem passioni: 4
myrrhae pondus denarii unius, crocodili stercoris semiunciam, salis armoniaci [r] semiunciam, sepiae ossium semiunciam: mellis Attici [s] cyathos 2: ex quibus omnibus tunsis atque permixtis oculum perunges. Magnae lippitudini adhibetur tale remedium: 5
Myrrhae troglodytis unciam 1, thuris masculi, croci Siculi, limpidis [t] Cypriae, aeris usti, ana uncias 2, teres [v] simul, consparges et cernes, aquae coelestis

bulam Go. (e) Vulgo additum *ex se* delevi. *quod exercere alias excrescere* Go. (ee) *licineo* Go. *et imple locum de pulvillis infusis in oleo et aceto, non solvendo nisi tertia die et sic fac usque ad diem quintum, donec fervor recedat* S. M. (f) *postea utere tragmantico corrosivo, aut medicamento labia cutis consumis, quam diu limpidum vulnus aequetur* S. M. (g) Vulgo *catastolico*. Go. *catataltico*. (h) *curetur et* om. Go. (i) *Quo* S. (2) Ita pro *eradicato* S. M. (l) *incarnari coeperit* S. M. (m) i. e. locus in quo vitium erat. (u) Ita pro *crescere* S. M. *post cum sanitate — exserere alias crescere*. Go. vide lit. e varietatem. (o) Ita pro *punctis* S. M. *perunctis* Go. (p) Ita pro *epiphora* Go. (q) *intro oculum detracti sanguinis* Go. Voluit *detractio*. (r) *albi* S. M. (s) omitt. S. M. (t) *lapidis calcis* S. M. *lepidis cypriae* coniic. Sladus. Sine dubio fuit *lapidis cyprii* i. e. chalcitis. (v) *tere et in-*

Libraturam cutis) apte S. M. labia cutis interpretatur.

Lapidis cypriae) Samb. M. *lapidis calcis*, forte *chalcitis*. Sladus coniiciebat *lepidis cypriae*.

et Falerni vini, mellis Attici adiicies quantum sufficit, in vase vitreo condes, et cum necesse fuerit uteris.
6 Si casu cilium ruperit, fibulam[x] dabis, et mannam thuris cum ovo impones. Discutit cicatricem oculorum eiusmodi compositio: Spicae[y] nardi unciam semis, salis ammoniaci[z] uncias 3, cadmiae[a] unciam semis, croci unciam 1, piperis semunciam, in pulverem
7 convertes et uteris. Albi vitia[b] deterget ista curatio: Sepiae marinae ossis rasi -) decem, croci -) duos, salis armoniaci scrupulos 2, myrrhae, crocodili ster-
8 coris scrupulos duos. Item, album sive glaucomata emendat, vini Aminei[c] veteris sextarii tres, gari floris[d] sextarius, mellis unciae tres, quibus omnibus
9 decoctis uteris. Album tollit, si ex humore vel percussura evenerit: Sandaracae[e] unciae 2, ossis sepiae combusti unciae 4, piperis albi semiuncia, salis ar-
10 moniaci unciae 2, cum melle[f] permixtis. Cicatricibus oculorum medetur ieiuna saliva, si cum sale manda-
11 tur[g] in ore, et expuatur in oculum. Sal quoque tritum cum osse sepiae et sinapis[h] agrestis semine.

carpora cum aqua pluviali, vino, sale, nitro et melle Attico in vase S. M. (x) *fistulis farinam thuris* S. M. *fistulas* Go. Vulgo *fistulam*. (y) *Croci, salis Ammoniaci ana unc. II, myrrhae 3III, Catiniae unc. V, stercoris crocodili 3II. Item album sive glaucomata emendat. vini Aminei sextarii III. Cariophyllorum una. semis, Mellis unc. III, quibus simul decoctis utere* S. M. (z) Vulgo *armon*. (a) Ita pro *catimiae* cum Gesnero coniecerat Sladus. (b) *Albuntiam* Goth. (c) *amenii* F. S. *eimini amenii* Goth. (d) Ita pro *gariofili* scripsi ex Gothano *gariofloris*. (e) Ito pro *Sandaricae* Go. et autea *Albuginem — venerit*. (f) *mellis unc. II.* S. M. (g) *datur*

Aminei) Ecce Hippiatrica p. 44. οἴνου ἀμιναίου ξέστας τρεῖς, γάρου ἄνθη ξέστην ἕνα μέλιτος γο τρεῖς, πάντα συνεψήσας χρῶ. Vnde vulgatum *gariofili* correxi. Noster infra VI. (vulgo IV.) 28. 10. idem remedium habet, sed vini sextarios 4. gario floris sextarium unum, mellis uncias 4. ponit. ubi recte Gesner emendavit *gari floris*, γάρου πρωτείου interpretatus. Huius tamen loci non meminerat tum!

Mandatur) Fere eadem habet Columella VI. 33. et Hippiatr. p. 47.

Sinapis agrestis) Columella *pastinacae agrestis*, quod ex Vegetio cor-

Collyrium nardinum: opopanacis scrupulos 2, violae 12
uncias 2, spicae nardi, cassiae, marrubii[hh] ana semi-
unciam, croci Siculi unciam semis,[i] oleo semiunciam,
et scrupulos 4, piperis albi uncias[2] sex, gummi scru-
pulos 5. Item alia confectio collyrii: Aeruginem 13
aeris et salem optimum aequis ponderibus et aceti
quantum sufficit misces. Necessaria compositio: rutae 14
scrupulos 4, thuris masculi, stercoris columbini, mu-
rium, olei, croci, mellis, cadmiae,[l] olei rosati ana
scrupulos 4, diligenter trita miscebis et uteris. Si[m] 15
vero oculus ictu vulneris insanabilis redditur, et, ut
mulomedici dicunt, canchremata fecerit,[n] ne pericu-
lum mortis incurrat, ervi pollinem cum oleo roseo
et ovo simul immittito.[o] Cum purgatum vulnus fue-
rit, cum melle Attico inungito. Sunt et alia multa 16
collyria, quae quia eandem vim, easdemque species
continent, enumerare superfluum duximus.

XXIII. Plerumque strumae vel parotides aut scro-

Goth. (h) *sem. napii* S. M. (hh) *myrrhae* infra 6, 27, 4. est, pro *gummi* est *cymini*. Goth. *mirrubi*. (i) *3VIII.* inserit S. (2) *scrupulos* S. M. Pro verbis *piperis — gummi scr.* 5. est simpliciter: *croci scrupulos* 5. (l) Ita pro *catimiae* scripsi. *accannis* Goth. (m) Hinc ad finem cap. omitt. S. M. *Si oculus insanabilis redditur* Go. (n) *fecerint* F. (o) *ovo semper immittitur* Go.

rigi malebat Pontedera. Sed ibi docui, Vegetium esse corrigendum ex Columella. At nunc demum video, in Hipp. p. 47. esse ἀγριοσταφυλίνου σπέρμα κεκομμένον καὶ ἀρνογλώσσου χυλὸν μέλιτι ἀττικῷ μίξας χρῶ.

Marrubii) Infra VI. (vulgo IV.) 27. 4. rectius *myrrhae*, sed male pro *gummi* est *cymini*, ex Aetio Tetrab. II. Serm. 4. c. 113. Celso VI. 6. sect. 3. et Scribonio Comp. 36. monente Morgagni IV. 16.

Cap. XXIII. *Strumae vel parotides*) Quae deinceps sequuntur passiones usque ad cap. 28. synanchem, ab una fere eademque causa in glandulis sita pendent, de quibus post notam ad Columellam VII. cap. 10. s. 3. nunc accuratius dicendum erit. Primo graeca videamus. Apsyrtus igitur in Hippiatr. p. 60. parotidem esse ait: οἴδημα κατὰ τὸν σύνδεσμον τῆς κεφαλῆς καὶ τοῦ τραχήλου παρὰ τὸ οὖς σκλήρωμα ἔχον. Contra παρίσθμια dici, cum talis tumor occupat σφαγὴν, βρόγχον et ἰσθμόν, ita, ut

phulae [a] iumentorum guttur infestant, et faucium tumore [b] produntur. Nam [et [c]] subrecto [d] sunt capite, et tanquam ab strangulatione [e] praefocantur.

XXIII. (a) *scrufae* Corb. *parotidae* — *scrofae* Go. (b) Ita pro *tumorem producunt* Corb. et Go. *tumore producuntur* S. M. (c) *et* omitt. C. (d) *subiecto* S. M. (e) Ita pro *stranguria* Sladus correxit. *stranguilia* Corb. *astran*-

equus nec manducare nec bibere possit, lingua intumescat propendens et livida, et saliva profluat. Quae cum cura vitii repetiit Hierocles p. 64 et 63. nam male separata leguntur, quae auctor exemplo Apsyrti coniunxerat. Eumelus ibidem p. 64. coniungit *παρωτίδας ἢ χοιράδας, ἅπερ τινὲς ἰδιώτερον γλανδούλας προσαγορεύουσι.* Apsyrtus igitur unum idemque vitium pro loci diversitate *παρωτίδα* et *παρίσθμια* vocat, eandemque ei curam adhibet, quam hoc in capite tradit Vegetius. Contra Apsyrtus *χοιράδας* distinguit nomine et medendi ratione, quas cum Eumelo Vegetius confundere videtur. Parotidum morbum Britanni *Ives*, germanicus Gibson T. I. p. 344. *Kehlsucht* vocat.

Strangulatione) Ita cum Slado malui, quam quod editur aperte vitiosum *stranguria*. Corb. liber *stranguilia*, Gath. *strangulιam* et *strangulionem* habet; quae sunt nomina recentiora eiusdem marbi. Iordanus cap. 4. *del strangojane: Sano alcune altre giandole che nascono tra el colo e el capo sotto tutte do le mascelle — la qual infirmità in vulgare se chiama le vidole.* Quibus fere similia Crescentius IX. 16. *de curatione strangulionis: Sunt et aliae aliquot glandulae circa caput equi, quarum aliquae sub gutture.* In reliquis paulum diversus abit, nec glandulas *vidole* nominat. Scilicet in Italico Iordano excidit. Initium capitis de *vivolis*, quod Index p. 9. post morbum stranguillonis collocat, quodque exscripsit verbotenus Crescentius IX. cap. 47. *de morbo uvularum*, ubi est: *Sunt et aliae glandulae, quae nascuntur inter caput et collum sub utraque parte maxillarum — et haec aegritudo vocatur uvulae.* L. Rusius cap. 63. *de lo stranguiglione: Nascono circa la gola certe glaudule che pareno tanti pezzetti di carne; e alcuni le chiamano branche di cavalli, alcuni stranguiglioni: questi abbraucano in modo la gola* etc. Is igitur gulae glandulas a parotidibus distinguit. De his cap. 62. *de le vivole: Nascono certe glandule tra il collo e la testa — et è questo morbo chiamato i morbilli ò le vivale.* Albertus M. p. 218. *strangulinam* et sine capitis *stranguiliam* vocat, nulla glandularum mentione facta. Sed ibidem est: *in hac equus laborans infirmitate frequenter intra XII dies evadit, vel in morvellam transibit, et tunc periclitabitur.* Totum caput aliunde translatum videtur. Ex Iordano *stranguillonem* Gallice *Estranguillon* vocat Cangius. Videamus etiam obiter de vivolis glandulis. Iordanus igitur c. 46. de frigiditate capitis sic ait: *quelle giandole che si chiamano vidole sia fogate fundatamente infra el colo et el capo soto le masselle.* ubi Crescentius IX. 25. *glandulae quae uulae vocantur, existentes inter collum et caput sub maxillis.* Sed L. Rusius cap. 70. in

Hos[f] primum fomentis[g] calidis, et cataplasmate ex polline hordeaceo et resinae unciis[h] tribus mero valido coctis curari expedit: et cum collectio fuerit 2
maturata, scalpello secari[i] opus est, et quidquid collectum fuerit, emittere, et[2] aceto et[l] sale et oleo infusos[m] lemniscos subiicere. caeteris quoque diebus traumatico[n] et medicamentis aptis solerter curare, ut[o] vulnus pateat, dum sanetur. Nam in his locis ex praeclusione cito solet fistula fieri: quae si evenerit, ut supra[p] demonstratum est, papyro et collyrio poterit persanari.

XXIV. Glandulae quoque animalibus, et praecipue pullis,[a] usque ad periculum interdum molestae

guliam producuntur Go. suprascripto: *strangiliam.* (f) *Hoc* S. (g) *fum.* Corb. (h) *aeronali cocta* Corb. *acronali resina cocta curari* reliquis omissis Go. (i) *secare pus vel* Corb. (2) *et* om. Corb. (l) *et* om. C. (m) *infuso lemnis quos* C. *lavare* S. M. (n) *tragmantico* S. M. (o) Ita pro *si* S. M. C. (p) *superius* S. cf. 3, 13, 4. *papyro potest sanari* Go.

XXIV. (a) *pollis* C. (b) *et* om. C. (c) *morbo* C. (d) *aliquandoque*

eodem vitio *vivole* nominat. *mule* vero vel *ferraccie* in crurium vitio appellat cap. 115. et cum eo *mulas* Albertus M. p. 220. a. Columna 1. Galli *vivolas* vocant *avives*, atque hinc nostrum *Feifel*, quo nomine ipse morbus venit.

Ex praeclusione) Nescio an haec vitiosa sint. Certe Apsyrtus aliter; cavet enim, ne digitus immittatur: *εὐχερῶς γὰρ συριγγοῦται ὁ τόπος.*

Cap. XXIV. *Glandulae*) Ita *χοιράδας* vulgari nomine vocari, monui ante ex Eumelo. Peculiariter Apsyrtus *περὶ χοιράδων θλίψεως* in Hippiatr. p. 65. ubi solam exscisionem probat. Situm ex his indagare licebit: *ἐκλαμβάνειν αὐτὴν τῷ δακτύλῳ, καθιέντα ἐκ τοῦ ἄνωθεν μέρους τοῦ κατὰ γένυν — μέχρι τοῦ διαβράγχου παρ' ἑκάτερα.* Theomnestus vero p. 69. *εἰ ἐν τῷ ἰσθμῷ εἴη τῆς σφαγῆς ὑπὸ τὸν βράγχον ἡ χοιρὰς* negat, chirurgiam seu exsectionem adhibendam esse. Is etiam in capitis inscriptione *περὶ χοιράδων καὶ παρισθμίων* habet coniunctim. Britanni hunc morbum *Strangles*, Gibson germanicus *Stränge* vocat, T. I. p. 331.

Pullis) Hippiatrica etiam testantur, pullis hunc morbum familiarem esse; quod constat etiam in humano genere, glandularum morbis hominum aetatem iuvenilem et puerilem ad annos pubertatis esse obnoxiam. Corb. lectio *pollis* potuit ex *tollis*, i. e. tonsillae, nasci. Supra II. 40. (vulgo I. 38.) *A tolibus et glandulis et arteriis humor erit candidus et viscosus, ex*

sunt, et[b] in morbum[c] transeunt aliquando;[d] quae inter maxillas inferioresque fauces nascuntur, et ad similitudinem pilularum maiores, aliae[e] vero minores connexae ex carne obdurescunt, et tumorem[f] sine doloribus faciunt. Quae inter initia perunctae oleo, et[g] picula perfricari solent, vehementiusque manibus
2 corrumpi, et ita velut vanescendo sanari.[h] Quod si excreverint amplius, deiecto animali, ita ut per medium secentur scalpello subtiliter, cum radicibus eximuntur, ne[i] aliqua vena tangatur. Quo facto aceto et oleo cum sale medicamentisque[2] superius declaratis sananda sunt vulnera. Plerique urendas[l] dixerunt.

inter axill. C. *et aliquando* S.M. (e) *oltae* C. (f) *hum.* C. (g) *et* ex S. addidi. *picula et oleo confricari* Corb. (h) *sanatur* C. (i) *nec et in oli.* C. (2) *que* om. S. (l) *Plerumque* Go. Vulgo etiam *urenda.* Mecum Morgagni.

quo evenit fastidium et faucium praefocatio et synanche.

In morbum transeunt) Infra III. (vulgo II.) 36.2. *fabascus narium mucor a glandulis serpit, quae celeriter aut eximendae sunt, aut ferro curandae, ne convertantur in morbum.* Morbum hunc Albertus *morvellam*, L. Rusius *morbilli* vocare videntur.

Inter maxillas) Praeter parotides et scrophulas seu glandulas video in morborum causis et praefocatione memorari etiam plures glandulas, quae nescio an sint eaedem intelligendae. Ita post vivolas et strangulionem Rusius cap. 64. tractat *del male in bocco*, ubi est: *avviene alle volte che nascono in bocca al cavallo certi tumori ò glandule lunghe e grosse quanto armandule e li stringono* etc. Iordanus c. 48. *mal de bocoa* vocat, addens: *infirmità de infiason a modo giandole longhe o modo mandole ento da tutte due le masselle.* quod Caput omisit Crescentius, qui IX. c. 42. superfluitates carnium, quae nascuntur inter corium et carnes, dici ait vulgariter glandulas sive testudines sive scrophulas, quae ducta sunt verbotenus ex Iordano c. 61. eademque, sed auctiora habet Rusius cap. 439. qui generari ait ex vitiosa aliquo materia, in locum aliquem congesta. Vere igitur glandularum nomen non merentur.

Piculo) Morgagni *pice liquida* malebat. Sed *picula* est γλοιός.

Corrumpi) tractando emolliri, subigi, elidi interpretatur Gesner.

Ne aliqua vena) Cavet etiam Apsyrtus: φυλάσσεσθαι δὲ τὰς φλέβας καὶ διακρίνειν.

Aceto et oleo) Apsyrtus: τίλματα ῥάκους ἐρίου διάβροχα ὄξει καὶ ἅλατι ἐντιθέναι εἰς τὴν ἐκτομὴν — ἐὰν δὲ μὴ αἱμοῤῥόησῃ, ἔλαιον μιγνῦναι τῷ ὄξει, τὸ δὲ ἅλας οὐχί.

Sed si parvae[m] sint, prodest; ceterum maiores exsecandae sunt ferro. Plerique[n] etiam cum ferro exemtae fuerint glandulae, propter sanguinis fluxum loca uri debere praecipiunt, post sale et oleo octo diebus utuntur. nono die[o] ex nitro et aqua calida diluunt. Si nitri inopia est, lotio calido aut lixivio utuntur. Deinde vinum et oleum et farina de ervo imponunt per triduum, consequenter de[p] vino ac oleo, et farina hordeacea, et melle percurant. Addentes[q] quaecunque plaga fuerit, aut strumae vel parotidis, glandulae quae tolluntur Lycio[r] medicamento, vulnera[s] percurari ita, ut de malis[t] granatis siccis pulvis aspersus celeriter[v] afferat sanitatem.

XXV. Cum[a] caput pullorum calefecerit prima dentitio, inter[b] gingivas atque maxillas tumor collectioque generatur, quae pullaria vocatur. Cuius[c] passionis tanta tensura est, ut manducare vix possint.

esse hic inserit Corb. (m) Vulgo *parva* Go. *ne parvae*. Corb. *parvi sunt — exsecandi*. (n) Haec sectio vulgo capitis sequentis sect. alteram efficiebat. (o) *nono die ex* C. Vulgo *nec non ex*. (p) *ac denuo farinam de vino ac farina* C. (q) *attendentes cum quaeque plaga facta fuerit strumi vel parotidae glandulae quae tollantur lycmo* S. M. (r) *lotii* S. M. *licio* F. S. (s) *vel natura* S. M. (t) *mali granati sicci* F. S. (v) *celeritatem adf. sanitatis* C. et Go.

XXV. (a) *Cum* C. Vulgo *Dum*. (b) *in gingiva atque maxilla* Corb. (c)

Parvae sunt) Ita recte h. l. correxit Morgagni IV. 7. qui praeclare vidit ad hoc caput pertinere, quae vulgo in sectionem 2. capitis sequentis reiecta et divulsa a suo loco legebantur. Idem iam monuerat vir doctus in margine libri Fabriciani. Itaque in suum locum sectionem hanc tertiam reduxi.

Lycia) Plinius 24. s. 77. Lycio sanari ait etiam tonsillas.

Cap. XXV. *Pullaria*) Hippiatrica p. 301. πρὸς τοὺς ἀπὸ παρουλίδων κάμνοντας. αἷμα — λάμβανε, καὶ τὰ οὖλα κεντεῖσθαι κέλευε, οὕτω τε ἅλατι ἀπότριβε. Celsus VI. 13. *solent etiam interdum iuxta dentes in gingivis tubercula quaedam oboriri dolentia*, παρουλίδας Graeci vocant. ἐπουλίδες significant supercrescentem gingivarum ex inflammatione carnem, docente Cornario ad Galenum de Compos. Medic. p. 434 et 437.

Sed cataplasmatibus studiosissime maturanda sunt,
deinde[d] scalpello aperienda, post sale et[e] aceto et
oleo curanda.

XXVI. Si ex aliqua huiusmodi[a] curatione iumen-
tum[b] fistulam in ore fecerit, hac ratione curabitur:
papyrum iniicies[c] in fistulam, ut pars eius in ore
exstet, quam lino diligenter ligabis, ne possit elabi:
pars vero foris exeat, quae nihilominus constringenda
est lino ne cadat. triduo[d] permaneat, quarta[e] die
papyrum eximes, collyriumque ad longitudinem et
cavaturam vulneris ad arctum[f] fistulae subiicies, et
ne forte labatur, fasciabis locum, ita ut ad mandu-
2 candum possit maxillas agitare: tertio die solves. Si
fistula ceciderit, diebus septem unguento traumatico[g]
curabis. deinde collyrium ex melle et ervi polline
decoctum subiicies ad plenitudinem foraminis diebus
plurimis. Ad ultimum anapleroticum[h] ipsi vulneri
medicamen imponis, donec omnis plaga, ducta cica-
3 trice, solidetur. Fistulae autem collyrium hac ratione

Huius C. (d) *dehinc* C. (e) *aceto oleoque* Corb.

XXVI. *De conficiendo collyrio fistulari* addidit inclusa Gesner. Sed Samb. *De fistula maxillae vel de conf. c. f.* habet. (a) *eiusm.* C. (b) *tussentum* C. (c) Lacuna in C. usque ad 28, 1. (d) *trid. perm.* om. S. M. (e) *alia* S. M. *quarta alia* G. (f) *radicem fist. iniicies* S. M. *fasceolis locum ita ad manducandum ut — agitare, ligabis* Go. (g) *tragmantico* S. M. (h) *apo-*

Cap. XXVI. De collyrio fistulari cf. infra VI. (vulgo IV.) 16. inprimis vero supra c. 13. ubi eadem mox integriora, modo manca leguntur.

Fasciabis) Huic curae fistularum similis est quam primo loco posuit Hippocrates p. 864. ed. Foesii, ubi primum allii caulem σκορόδου φύσιγγα fistulae indere, deinde pessarium delibutum in aeris flore et succo tithymali, filo traducere et extracto cauli subiicere in fistulam iubet. In altera ratione funiculus simpliciter traducitur et utrinque alligatur; quam solam fere rationem in humano corpore probavit Camper. Ligaturae rationem non satis accurate docuit Vegetius. Pessarium Hippocratis ad hunc usum habent Hippiatr. p. 270. factum ex aeris flore cum aceto, aut ex cucumeris agrestis et tithymali succo. Catonis rationem simplicissimam habes cap. 157. s. 14.

conficies: misy[1] unciam 1, feculae[2] unciam 1, aeruginis aeris unciam 1, batturae, chalcitidis unciam 1, cimini seminis unciam 1, teres cum aceto acerrimo, et secundum qualitatem vulnerum, cum usus exegerit, collyria formabis.

XXVII. Fistulae nascuntur, quoties nervus aut cartilago aut os negligentia vel imperitia curantis et plagae alicuius tabido humore vitiatur. Tunc enim qua[a] commeaverit ad instar cuniculi, carnem indurat et incallat, et fit fistula, quae nulla ratione sanari potest, nec aliquando coire, nec solidari, nisi penitus eximatur. Huius a diversis auctoribus tradita
est diversa curatio. Alii enim scalpello resecari et 2
aperiri iubent, et syringotomio[b] decarnari, medica-

stolicum S. M. (1) *Anisi unc. trita cum forti aceto misce et fac collyria pro qualitate vulnerum cum usus exegerit* S. M. *anisi* volgo. (2) *fetulae* vulgo.
XXVII. (a) Ita pro *quas* ex C. dare voluit Gesn. *perquam* S. M. (b) Ita

Misy) Comparato loco gemino Iosfq VI. (vulgo IV.) 16. hanc compositionem egregie emendavit Morgagni IV. 18. *Ferulae* deinceps vulgatum iam olim emendari iussit, ut fecimus, approbante Morgagni, Rhodius ad Scribonii Comp. 81. Postea Morgagni scribi vult *aeruginis unciam I. aeris batturae unciam I. chalcitis unciam I. cymini semunciam.* Sed vocabulum *batturae* censet non esse a Vegetio. Pro *cymini* malebat etiam *gummis.* Vulgatum *calcetis* correxit ea Goth. qui *calcatidis* habet. Recte! Chalcitis enim lapis urendo liquatur. Plinius 35. s. 52. Idem 34. s. 29. *Chalcitis friat se statim, mollis natura, ut videatur lanugo concreta.* Chalcitem hunc esse concrementum vitriolicum, unde veteres metallurgi alumen scissile, nostratis Atlas-Alaun, extrahebant, docuit Beckmann in Histor. Aluminis p. 100. vers. germ. Quam eius opinionem confirmat locus Aelii Promoti in Specimine Δυναμεροῦ edito a Iohanne a Bana de Scorbuto, Veronae 1761. p. 236. τὸν χαλκῖτιν θεὶς ἐπ' ἀνθράκων, ῥίπιζε. καὶ ὅταν λακτίσῃ καὶ ἄρξηται ἐρυθραίνεσθαι μετὰ τὸ προΐεσθαι μελιτῶδες τὸ ὑγρόν, ἀνελόμενος μῖξον τῇ καδμείᾳ etc. Hinc chalcitis cocta distinguitur a cruda seu ὠμῇ. In margine Fabric. exempli vir doctus coniecerat *chalybis.* Ceterum Morgagni comparare iubet Celsum V. 28. s. 12. item c. 6 et 7. Camper in Dissert. infra laudanda p. 140. callositatem fistularum negat medicamentis acerrimis tollendam esse; eam enim ipsam, postquam saniei via adfluentis obstructa fuerit, abire et fistulam persanari sola ligatura.

Cap. XXVII. *Syringotomio*) Primus

mentisque acerrimis consumi, et sic postmodum vulnus ad cicatricem coire. Quod cum laboris ac discriminis habeat plurimum, minus tamen prodest.
3 Alii vero cauterio omnem fistulam inurendam, vicinasque partes eius punctis ferventibus perrumpendas[c] esse duxerunt, quatinus per ignem callositate submota, stalticis[d] medicamentis vulnera percurentur. Sed melius est fistulam, sicut superius declaratum est, papyri iniectione curare. quia neque nervus
4 neque vena neque commissura vexatur. Nam scalpello vel cauterio saepe fit causa deterior, et periculum creat.[e] Collyrium vero omnem callositatem fistulae de alto a radice eius eximit. Quod si os fuerit vexatum, quod oporteat radi, patens vulnus post[f] medicamenti curam non potest impediri. Si vero in alto tabes aliqua vel nervus aut cartilago remanserit, ex eodem collyrio pulverem facies, et frequenter iniicies. Omnia enim vulnera elimpidat atque persanat.

XXVIII. Interdum ad similitudinem synanches animalibus fauces et caput interius intumescunt, adeo

pro *stringotomio* Edd. *atringerio* Goth. *cum rasorio* S. M. Morgagni, Platner, Io. A. Fabr. et Gesner. (c) Ita Goth. pro *praer.* (d) Ita pro *astalticis* Go. *causticis* S. M. (e) Ita pro *creant* Goth. *creatur* malebat Gesner. (f) Ita pro *per* Go. deinde *impedire.* Vulgo legebatur: *vexatum quod — radi patens vulnus, per* sine distinctione.

nominavit Galenus Meth. med. 6. 4 et h. l. restituit cum Io. A. Fabricio Gesner et Morgagni IV. 49. Idem tamen videtur modiolus Celsi VIII. 3. Pauli χοινικὶς VI. 90.

Punctis — perrumpendas) Ita scripsi pro *praerumpendas.* Intelliguntur, quae in Hippiatricis p. 270. καυτήρια ὀρθὰ dicuntur. Sed pauca de fistulis ibi traduntur, et cauteria sola adhibentur.

Sed melius est) Hanc eandem rationem in humano corpore reliquis praefert egregius Camper in Historia huius curationis Oper. Minor. Vol. II. p. 111 seq. ubi virum doctissimum latuit hic Vegetii locus.

Cap. XXVIII. *Fauces et caput*) Lege *caput et fauces interius.* Hippiatrica p. 64 et 65. haec eadem de cynanche tradunt, sed potionis mensuram non addunt. Supra II. 10. (vulgo I. 38.)

ut bibere aut manducare non possint. Cuius totum caput[a] et os et lingua aqua calida fomentatur, et taurino felle perlinitur. Potio autem datur huius- 2
modi ad cornu. Olei veteris libras 2, vini sextarium 1[b] commisces, novem[c] quoque Caricas cum novem capitibus porrorum decoques, et diligentissime conteres, et in aqua ipsa nitrum Alexandrinum tritum quantum[d] sufficit miscebis,[e] et ex his omnibus potionem mane et ad vesperum heminas singulas dabis, ut tumoris[f] ipsius relaxetur et mitigetur asperitas. Manducet autem herbam viridem, aut quod melius 3
est pascatur. Quae[g] si defuerint, farinam de hordeo facies, cui nitrum admiscebis, et sic appones.[h] Foenum quoque mollissimum eliges; quod nihilominus nitro et aqua consperges. Sanguinem non de- 4
trahas, nisi forte de palato despumes. Cum coeperit convalescere, nitrum tunsum et cribratum pulveri[i] de radicibus cucumeris [asinini[k]] silvatici commisces; in[l] vini sextarium 1 cochleare pulveris ipsius iunge,[m]

XXVIII. (a) *caput* ex Go. addidi. (b) Pergit hinc Corb. *et commiscebis* habet. (c) *octo* S. M. (d) *quod* C. G. (e) Ita pro *misces* C. (f) *tumores — relaxentur* C. (g) *quae* om. C. (h) Ita pro *adponis* C. (i) Ita pro *pulveres* C. (k) *asinini* om. C. et Goth. (l) Ita pro *et vini sextarium cochlearia* Corb. (m) *iunges, ut hac potione* C. *inunge et hac potione reso-*

3. *a tolibus et glandulis et arteriis humor exit candidus et viscosus, ex quo evenit fastidium et faucium praefocatio et synanche.* Nescio an sit hoc *mal de bocca* Iordani cap. 48. et Rusii cap. 64. de quo supra admonui. Originem mali Apsyrtus cum Vegetio nimis ieiune, aut plane non tradit.

Caricas) Hippiatrica: καὶ σῦκα ἕψειν καὶ τῷ νίτρῳ μετὰ τοῦ ἀφεψήματος ἐγχυματίζειν. Capita porrorum omittuntur.

Farinam de hordeo) Hippiatrica: καὶ τὰς κριθὰς ὡσαύτως παραβάλλειν sc. nitro mistas. Hierocles ibidem: καὶ τὰς κριθὰς ὁμοίως καταπάσσειν ἀλεύρῳ πυρίνῳ καὶ ποτίζειν.

Asinini) Inclusi, quia libri scripti omittunt. Hippiatrica simpliciter σίκυον appellant.

In vini) Mensurae ratio cum reliquis deest in Hippiatricis.

5 ut huius potionis vi resoluto ventre purgetur. Alii[n] auctores tumorem capitis ac linguae vel faucium, etiamsi obduraverit, ita festinantes propter periculum curare nituntur: lapides molares plures igne succendunt; cum candere coeperint, caput equi cooperiunt, et vas plenum lotio sub ore et naribus adponunt,[o] et per vices singulos candentes lapides in lotium[p] immittunt, ut ille vapor ac fumus, a[q] calore lapidum concitatus, os equi et nares impleat.
6 Nam[r] et fustem transversum, ut apertum os habeat, debet accipere. Quod cum diutissime feceris, aquam marinam calefacito, vel certe salem in aqua[s] dulci miscebis, fervendoque[t] dissolves; addito aceto acerrimo, caput eius et[v] os et gingivas diutissime confricabis. Postea fimum bubulinum[x] cum acri aceto miscebis, et tepefacies, ex quo caput totum[y] frontemque et labia perunges, tunc farinam hordeaceam cum aqua tepida sufficienter pro cibo dabis et potu.

XXIX. Quod si ex[a] pletura sanguinis tumor ille indignationis evenerit, ita intelliges, si venis tensis obturabitur[b] auditus,[c] et oculi sanguinei apparebunt. cui de temporibus, si non tumebunt, aut certe de palato, si ibi indignatio non erit, sanguinem oportet auferri. Cretam[d] Cimoliam duabus partibus, et ter-

luto G. (n) Hinc ad fin. cap. om. S. M. (o) Ita pro *supponunt* Corb. (p) *lotio mittunt* C. (q) *a* om. C. (r) Ita pro *impleat*, *et fuste* ex Corb. Gesn. *nam si steteris visum apertum* Goth. (s) *aquam dulcem* Corb. *salinam quam dulci* Go. (t) Ita pro *fovendoque dissolvis* ex C. Gesn. *fomento* Goth. (v) *et* om. C. (x) *bubalum* C. (y) *et frontem et labra perungues. Cui* Corb.

XXIX. (a) Ita pro *ex sanguine* Corb. (b) *venis fessis* Go. *praeobdurabitur* C. *praeobt.* S. M. Go. (c) Ita pro *halitus* F. M. et Go. *aditus vel audi-*

Alii auctores) Haec usque ad finem capitis omisit S. M. nec horum simile aliquid in Hippiatricis legitur. Simili fere ratione Albertus p. 218. strangulinam ex frigiditate capitis vel tussi sicca ortam curat suffimigatione.

tiam partem cretae nigrae ex vino austero temperabis, et dum calet,[e] illinis caput.

XXX. Sciendum est autem tubera in corporibus
frequenter excrescere, quae Graeci oncomata[a] vocant. Horum variae qualitates et[b] diversa sunt nomina. Steatoma[c] est tuber, quod in se adipem vel[d]
pinguedinem continet. Meliceris[e] est tuber, in quo
caro inspissata,[f] quomodo in verrucis, invenitur.
Aneurysma[g] est tuber, in quo sanguis conspiratus[h]
uberis venae similis invenitur. Atheroma[i] est tuber,
in quo farinosa[ii] congeries reperitur. Ganglion est
tuber, quod[2] fit ex duplicatione nervi, similis tuberi[l]
cum dolore immobili. Horum omnium una est curatio. Iumentum colligatum deponitur, et[m] contra
locum causae sagitta aut scalpello in longum dextra 2
ac sinistra pro mensura tumoris aperitur, ita ut media fasciola cutis, quae supra tuber est, intacta permaneat. Post[n] egestis vel eversis omnibus, quae
tumorem moverant, medicamentis competentibus,
et[o] quae supra declarata sunt, perducitur[p] ad cicatricem.

XXXI. Si iumento lingua fuerit incisa, statim eam.

tus S. M. (d) Hioc ad finem capitis om. S. M. (e) *cadet* C. *forte candet* cooiiciente Geso.

XXX. (a) *intomata* F. S. *antamata* S. M. *oncomata* C. (b) *sed* C. (c) *stechatoma* F. S. *stephilama* S. M. *stetatomaan* C. (d) *velut* S. M. C. (e) *Melicaeleps* S. M. (f) *conspissata* C. (g) *aneutrisma* F. S. *aneuresma* G. *anevesma* S. M. (h) *canspicitur urbaris bene* C. *ut varis venae* G. (i) *acteroma* F. S. *adheromata* C. Hinc. lacuna io C. ad c. XXXVII. (ii) *farciminasa* S. M. (2) *quod* om. S. *Glatinn* Goth. (l) Vulgo *tubera* et paslea *tuberum*. (m) *et* om. S. deinceps *circa locum aut* S. M. (n) Hioc ad finem omitt. S. M. *egestis vel crassis omnibus — moverunt*, *medicamentis omnibus*, *et quae — perducitur* Go. (o) Ita pro *ea* Go. (p) Ita Go. pro *produc*.

* Cap. XXXI. *Lingua — incisa*) In Hippiatricis p. 301. duorum auctorum remedia exstant. Hippocrates gallam cum vino nigro decoquit, et

fibulis consuito, deinde vino lavato, post gallam tundito et pulverem cernito: ex eo imponis, donec sanetur. cui dabis foenum mollissimum concisum, et pro hordeo furfures. Alii,[b] postquam fibulas acceperit,[c] linguaque vino fuerit elota, mel imponendum esse duxerunt, ut plagam purget et curet. Ad ultimum ex malo granato pulverem iniecerunt.

XXXII. Si iumento loculamenta[a] dentium (id[b] est gingivae) vel dentes doluerint, his[c] agnoscitur signis: hordeum solidum glutiet, macescit, salivarum plurimum effundit, gingivae intumescunt. Cretam Cimoliam cum aceto acerrimo macerato, et calentem extrinsecus maxillis inducito ne minus quinque diebus: gingivas autem interius cum pulvere corticis[d] mali granati et melle tertia die diutissime confricato, donec egesta sanie convalescat. Quod[e] evenit, cum humor acrior ex capite in maxillarum defluxerit venas.

XXXIII. Quod si animal iuxta collum vel[a] molares vel alio oris loco os fregerit, ut morsum claudere non possit, et apertis dentibus horreat propendentibus labris, continuo calida fomentabis, et labrum et quae sunt disrupta componis, fasciola tenuissima aceto et oleo madefacta[b] diligenter unam partem, deinde alteram compingis ad locum, et similiter fa-
2 sciato, ne iterum dissipetur: Cui et curcumam[c] con-

XXXI. (a) Vulgo *cum*. (b) hinc omitt. S. M. (c) Vulgo *acceperint*.
XXXII. (a) *loca* S. M. (b) inclusi ut glossam. (c) *his* F. (d) *corticis* om. Go. (e) Haec retrahenda erant et ante *Cretam* ponenda.
XXXIII. (a) *vel* om. Go. (b) *et* inserit S. (c) Vulgo *corbem* F. M.

centaurio luso pro granati pulvere utitur; Pelagonius irin cum melle laevigatam linguae vino elotae imponit. Aliter Iordanus Rufus cap. 19. pag. 19. et Lor. Rusius cap. 78. pag. 28.

Cap. XXXII. *Loculamenta*) Graece φάτνια dicuntur.

strictam oportet imponi, ne depravet dentes et labia.[d] Cum solveris ad curandum, manu quae ante composueris contineto, furfurem et farinam hordei mixta in cophino ad manducandum dabis, ita ut quamdiu manducat, manus tua a loco, quem continet, non recedat. Cum iam manducare noluerit, offerto ei aquam, ut bibat. Cum biberit, curato similiter, ut supra scriptum est. cui et succum ptisanae[e] convenit dari, si minus fortasse manducaverit. Quem tali observatione per dies quadraginta curatum restitues sanitati.

XXXIV. Iumento narium cartilago si corrupta sit, et sanguis reprimi non possit, spongiam Afram[a] et thuris masculi pollinem commixtum impone ad locum qui laesus est, et si vulnus factum fuerit in cartilagine, hac ratione curato. Interdum animal[b] despu- 2
matum remissus semel de palato sanguis non potest reprimi, propter quam necessitatem, sicut supra scriptum est, in loco, in quo sagitta ruptum est[c] palatum, spongiam imponis, caputque eius sursum constringe, et aqua frigida renes cerebrumque testiculosque perfundis. Quae res si tardius subvenit, 3
acaciam[d] nigram et thuris pollinem aequis ponderi-

crumenam. crumenam vel curcumam S. M. *curcumam* Go. (d) *Et inserit* S. M. (e) *per nares* addit S.

XXXIV. (a) *ustam* S. M. (b) An Graecismus est? Debebat certe *animali despumato* Go. (c) *tactum* S. M. (d) *aciam* S. M. vulgo *acatium*. In fine Goth. *sanguinet ipsa confricatione*.

Cap. XXXIV. *Corrupta sit*) Hippiatrica p. 304. ὅταν τὸ τραγανὸν τῶν ῥινῶν σχισθῇ etc. unde fortasse h. l. legendum *rupta* aut *perrupta fuerit*.

Spongiam) σπογγάριον μετὰ ὄξους καὶ ἀλεύρου λιβανωτοῦ ἐπιτιθεὶς δῆσον ἕως οὗ τραῦμα γένηται. De Afra spongia confer Addenda infra ad libri 5. c. 15. sect. 3.

Interdum) Haec usque ad finem cum capite sequenti pertinent ad unum idemque argumentum, de sanguine ex vena nimio fluente restinguendo; igitur compingenda erant in unum Caput.

bus ex aceto acerrimo temperabis, totumque caput illinies, donec sanguis ipsa constrictione claudatur.

XXXV. Mature periculum creat, cum incisa vena claudi non potest in palato; sed continuo[a] sanguinis profluvium inhibetur, si aut candenti cauterio fuerit meatus ille combustus, et suspensum altius caput. Cum per nares sanguis defluit, nec potest aliter retineri, coriandrum viridem sufficienter tundes, succumque eius expressum, substricto equo, naribus infundes, frigore naturali venas protinus claudit. chartam etiam et lanam combures, ipsumque pulverem per fistulam insufflabis naribus.

XXXVI. Mucorum etiam qualitates, qui per nares effluunt, convenit nosse; ex quibus genus passionis ostenditur, et causa cognita facilius curari potest. Mucus limpidus cotidianus est, et nisi nimius[a] fuerit, non debet esse suspectus. Crassus autem et

XXXV. (a) *cont. profluit sanguis. prohibetur autem, si* S. M. Accepit interpolator τὴν *continuo*, pro perpetuo, ut solent barbari Gesn.

XXXVI. (a) ita recte S. M. *minus* al. a. G. (b) *perstrict.* S. M. *rubius*

Cap. XXXVI. *Cotidianus*) Pelagonius in Hippiatricis p. 298. εἰ τοίνυν αἱ μύξαι διαυγεῖς ἔσονται καθημερινῆς ἐστι συνηθείας καὶ οὐδὲν ἕξουσι φαῦλον. εἰ δὲ παχύτεραι ἔσονται καὶ λευκότεραι — πυῤῥίζουσαι δὲ καὶ λεπταὶ ἀπὸ ψύξεως παλαιᾶς καὶ διὰ τοῦτο πυρετοὶ προσημαίνονται· λιπαρώτεραι δὲ καὶ ἀφρώδεις ἐκ τοῦ πνεύμονος ἀναπέμπονται· πυκνότεραι δὲ ἐκ τῶν γλανδουλῶν κατέρχονται. Vnde suspicor, verba *Coeruleus — adhibenda curatio est* esse ineptum additamentum, quod male antecedentia repetit. Igitur inclusi; nisi velis verba *indicat febrem* ita iungere superioribus *prodit iniuriam* et *indicat febrem*. Recte Gesner viderat, vitioso verbo *leptiperisis* esse substituendum *lexipyretos* ex graeco ληξιπύρετος i. e. febrifuga. Ceterum compara II. 40. 2. (vulgu I. 38. 2.)

Nimius) Hunc Crescentius IX. 24. *Cimonam*. Gallicus eius interpres vetus *cimorra* habet, interpretatus *morve*. Iordanus Rufus c. 15. *cymoito*, L. Rusius c. 71. *ciamorro* vocant. Cangius monet, Italis *Cimorro* esse quod Gallis *gourme*. In Lexico Italico Antonini reperio Scriptum *Cimurro*. In Cresceutio IX. c. 44. legitur *haemoagram* in Basil. editione *hemoygram* in antiqua mea, ubi Iordanus *cymoyra* habet rectius. De morbo *Gourme* vide *Paulet* sur les Maladies épizootic. P. II. p. 315.

candidus a cerebro defluit, et admonet ad medelam capitis festinandum. Rubens, tenuis, frigidus, veteris perfrictionis[b] prodit iniuriam. Propter quod thermanticis[c] potionibus calefieri animal oportet. Coeruleus, id est, fuscus, levis[d] ab interioribus venit, qui indicat febrem: et ideo conveniens lexipyretos[e] adhibenda curatio est. Crassus autem, spumo- 2
sus et pallidus a pulmonibus nascitur, qui suspiriosos[f] ostendit: quibus difficile, nisi festinatum fuerit, subvenitur. Fabaceus vero a glandulis serpit, quae celeriter aut eximendae sunt, aut ferro curandae, ne convertantur in morbum.

XXXVII. Saepe ictu vulneris animalibus per nares sanguis fuit, quod vitium cuferion[a] vocant, quod praecipue contingit, si equus ultra vires agatur ad cursum. omni[b] corpore oleo et aceto perungendum est animal, ac loco tepido statuendum, cooperiendum etiam diligenter, dandaque[c] opera, ut molliter cubet, nec ad deambulandum cogatur, sed cibo diligentius reparetur.[d] tunc erucae[e] unciam 1 cum lacte conteres, et per cornu naribus infundes. Quod si eruca[e] defuerit, aristolochiae unciam[f] 1, croci se-

— *perfricationis* Go. (c) *tragmanticis* S. M. (d) *lenis* S. M. (e) *liptomeris* S. M. *leptizoros odhibenda* Go. Vulgo: *leptiperesis id est, piretron.* (f) *suspitiosus ostenditur* S. M. *suspiciosus orditur* G. qui et supra *orditur* pro *ostenditur*. Idem deinde *faulcius vero* omisso *ferro*.

XXXVII. (a) *cyferion* S. *tyferion* G. qui in titulo habet *cuformo*. Idem deinde *cogatur* pro *agatur*. (b) *unde oleo* S. M. (c) *donda quoque* C. (d) *temperetur* S. M. (e) *rutae* C. et S. M. (f) *unciom mediom* S. M

Fabaceus) Supra II. 40. 2. (vulgo I. 38. 2.) *a colibus et glandulis et arteriis humor exit candidus et viscosus.*

In morbum) Supra III. (vulgo II.) 24. in morbum transeunt aliquando glandulae.

Cap. XXVII. *Cuferion*) Sambucus in titulo habet *De cyferino, id est, cum post cursum sanguis de naribus fluit.* In margine *cuferino.* Vnde, ut ex ipso argumento, apparet, verba *ictu vulneris* esse vitiosa.

miunciam[g] cum vino dulci conterito, et deiicito[h] per nares. Similiter coriandri viridis succum exprimes,[i] et naribus infundes.

XXXVIII. Si polypus oritur in naribus, praecluso spiramine strangulabitur, stertet, humidi profluent muci. periculosa[a] passio, nisi haec medicina subvenerit. Si prope polypus[b] fuerit, acutissimo execabitur ferramento, curandus[c] his rebus, quibus circumcisa sanantur. Si vero altius fuerit, cauterium plumbeum quadratum facies, ex quo calefacto polypum frequenter inures, et sic polypum sanas.

XXXIX. Iumentum si fuerit sideratum, his agnoscitur[a] signis. Labia eius et maxillae nec non etiam nares [eius[b]] depravantur in parte,[c] ita ut vix cibaria dentibus inlidat.[d] Quae etiam humoribus plena reperies, et cum voluerit bibere, os usque ad nares demerget in aquam; quia infirma sunt labia, quibus

(g) *unciam unam* S. M. (h) om. C. *iniice* S. M. *coniecto* G. (i) *exprimeos nar.* C.

XXXVIII. (a) *periculosa passio, nisi haec med. subvenerit* C. *peric. passio est, si haec medicina non subvenit* S. M. Vulgo *pericula passionis plurima haec — subvenit.* (b) *polyposus* C. (c) *curandus* C. *et cura his diebus* S. M. Vulgo *ferramento. Curandum.*

XXXIX. (a) *agnoscetur* C. *cognoscitur* G. (b) *eius* om. C. (c) *partem* C. G. (d) *conlidat* G. *colligat* C. S. M. (e) *angustus spiritus* S. M. (f)

Coriandri) Idem remedium posuit Colum. VI. 33.

Cap. XXXVIII. *Plumbeum quadratum*) Hippiatrica p. 70. *λέγεται δὲ ὑπό τινων καὶ μολύβδῳ παρατρίβειν αὐτόν.*

Cap. XXXIX. *Sideratum*) Compara sideralitia animalia infra V. 34. 35. (vulgo III. 35. 36.) ibique notata.

Usque ad nares) Ita semper equum bibere, asinum contra labris modo demissis attrahere aquam, statuebat *Buffon* Histoire naturelle Tom. VII. P. II. qui inde equorum pilullam derivabat. Sed recte monuit etiam Brugnone de Cura equitii p. 189. virum illustrem a vero aberrasse, et equum pariter ut asinum et mulum labris demissis modo attrahere aquam. Plinius 8. s. 66. quo quis acrior equus, in bibendo profundius nares mergit. unde Solinus cap. 45. quod non bene convenit cum dictis Vegetio; etsi Plinii opinionem sequuntur etiam Britanni hodieque, teste Berenger.

haustus[e] attrahitur.[f] Aceto et sale lingua eius et la- 2
bia diutissime perfricantur, donec sanguis emanet.[g]
Tertia die causticum crudum in illa parte labii im-
ponis,[h] quae sentit[i] iniuriam, cum cautela, ut prius
alliges linguam, ne medicamenti violentia noceat.
Cum medicamento labia perusta[k] videris,[l] aqua lava-
bis, deinde aceto et oleo fovebis, sicut alia vulnera,
et[m] hac ratione curabitur.[n] Si vero maxillam side- 3
ratam habuerit et tortam, haec[o] est cura. De tem-
poribus partis ipsius sanguinem detrahes,[p] fimum
bubulum[q] acerrimo aceto permiscebis,[r] et diutissime
decoques, et[s] parti temporum, ex qua sanguinem
extraxeris, calidum induces[t] saepius, ut exsiccet[v] et
curet, hac[x] usus[y] potione. Trixaginem,[z] hyssopum
silvaticum, origanum, serpillum, aristolochiam, man-
nam croci[a] pro aequis ponderibus[b] contundito atque
cribrato, ex quo pulvere plenum cochleare cum aqua
mulsa, oleo et vino per narem sinistram ad unam
heminam[c] quotidie oportet infundi.

XL. Convenit de cervicis curatione dicturo obser-
vationem indicare flebotomi: quia circa ea[a] loca fre-
quenter operatur. Detracturus sanguinem animal a
cibo abstinebis et potu, aequali loco[b] constitues.
tunc[c] lorum supra cervicem alius teneat, et[d] adstrin-

(unde) ins. S. (g) Ita pro *emanat* C. (h) *impones* C. (i) *sensit* C (k) *deusta* C. S. M. (l) *pervidebis* C. *perviderit* G. *perunxeris* S. M. (m) *et* om. C. (n) *sanabitur* C. (o) *haec est cura* om. C. *et tortam* omitt. Go. (p) *detrahes* F. S. (q) *bubalum* C. *bubilinum* G. (r) *miscebis* C. (s) *partim ex aqua sanguinem detrax.* C. (t) *inducis* F. S. (v) *et siccet* C. *exsiccet* S. M. Vulgo *exsiccetur.* (x) Hinc om. S. M. (y) *usurus* C. G. (z) *Traxagine ysopum* C. *traxaginem* G. (a) *crocum* C. *mannam* omitt. Go. (b) *partibus* C. *cribellato — cum aqua et vino per narem* G. (c) *eminam* hic et al. C.

XL. (a) *ea* om. S. (b) *solum* ins. S. *soli* Corb. (c) Hinc omittit S. M.

Cap. XL. *Tunc lorum*) Vulgo erat *locum*, quod correxi ex loco gemino

gat ad normam, ut vena facilius appareat. Deinde supra laqueum[e] de sinistrae manus pollice venam
2 deprimes[f] ne ludat;[g] cum[h] sagitta tangas.[i] Duae autem venae a capite summo descendunt, et conveniunt se sub maxillis usque ad gulam; inde a geminis venis inferius quatuor digitis ferramentum deprimis,[2] ne in gulam mittas, et bifurcum tangas, et iumentum occidas statim.[l] Sagittam duobus digitis tenebis, nec plus ferri imprimas,[m] quam extra digitos
3 eminebat. Nihilominus etiam mediano digito manum tuam moderando suspende, ut sit levior; ne vehementius imprimas quam oportet. quia non plus debet quam mucro descendere. Si parum apte proflnat sanguis, iumento foenum dabis, aut aliquid quod manducet. Agitatione maxillarum plus sanguinis vena profluet.

XLI. Si iumentum cervicem eiecerit aut laxaverit,

deinceps vulgo *locum*. (d) *atque constr.* C. *stringat ut appareat norma facilius* Go. (e) *lacum* C. (f) Ita pro *deprimas* C. (g) *eludat* malebat Gesn. (h) Ita pro *tum* C. Go. (i) *tangitur* C. (2) *deponito* Go. (l) Vulgo *occidas. Statim sagittam.* (m) *imprimat* Go.

supra I. 22. 3. Possis etiam *laqueum*. Ita enim paulo post pro *laqueum* Corb. habet *lacum*.

Bifurcum) Supra I. c. 22. ne gulam gurgulionemque rumpas et arteriam praecidas; hoc enim vitae periculum inferre consuevit. Gesner bifurcum interpretatur venarum coniunctionem. Male! Vocabulum sanum h. l. non puto. Ceterum de duabus his venis maxillarum nihil traditum reperi libro 6. cap. 4.

Cap. XLI. *Eiecerit*) Male dici vitium hoc cervicis ἐκβολὴν, rectius ἔκπτωσιν aut παραγωγὴν, recte monet Apsyrtus in Hippiatricis p. 81. ubi vulgarem a Vegetio descriptam methodum improbat his verbis: τινὲς ἐπιδέσμοις χρώμενοι διὰ τῶν πλαστίγγων καὶ κειριῶν (i. e. regulas et fascias) οὐδὲν ἀγαθὸν ποιοῦσιν. Deinde suum inventum prodit, ubi stantis equi cervix constringitur fibulis myricinis et laqueo lupo dicto obligatur. Apsyrtum sequuntur Hierocles et Theomnestus. Vegetii rationem Hippiatrica omittunt plane. Ceterum vitiosum Vegetii locum esse, viderat etiam Gesnerus, sed graeca Hippiatrica, unde auxilia peti posse putabat, non inspexerat. Posui in oratione Vegetii, quae liber Gotha-

aut certe vertibula[a] eiecerit vel extorserit, hac ratione curabitur. Deponito iumentum,[b] atque constringito, et cervicem eius extendito supra fossam, donec omnia vertibula laxentur. Post oleum vetus et axungiam 2
veterem tunsam colatamque permisces, et cum calefacto eodem unguento cervicem diligenter infundis, in[c] locum reponis, et fasciam tenuem et amplam ex oleo tepido et vino madefactam alligabis ad corpus. Lanas[d] quoque succidas ex oleo et vino infusas supra 3
connectes,[e] post regulis[f] oleagineis non minus quatuor digitis, ita ut tantum spatii sit inter regulas alligatas et connexas, et lino constringes. Et si aestas fuerit, quater in die suffundis; si hiems, bis. Cum modum[g] fecerit, regulas solves. hoc die quinquagesimo et primo; post unctionibus uteris,[h] donec ad

XLI. (a) Vulgo *vertibulas*. (b) *in terram* addit S. (c) *et superpone stupam infusam oleo tepido et vino ligando optime* S. M. (d) *vel etiam lanam succidam, quae melior est, et superpone ascellas quatuor digitis latis lino obvolutas, et liga decenter, et si aestas fuerit, quater in die suffundes* S M. (e) Ita pro *convertes* Go. (f) Ita pro *regula soleaginis* Go. nisi quod *solliaginis* habet. (g) *nodum* malebat Gesn. i. e. cum coierit firmiter. (h) *veteribus* Go. (i) *confirmabitur, uris reticulatim, et solenniter v. c.*

nus obtulit meliora, reliqua sequenti observatione persequar. De regulis his, quas Graeci πλάστιγγας appellant, vide infra ad cap. 47.

Connectes) Ita recte Goth. pro *convertes*. In simili cura cap. 47. *insuper lanarum munimenta coniunges et regulas circumduces.*

Non minus) Ex totius loci sententia, rei natura et lectione libri Sambuci locum ita constituo: *regulas oleagineas non minus quatuor digitis latas, lana obvolutas alligabis et connexas lino constringes.* aut si vulgo interserta verba servare velis *digitis latas alligabis, ita ut tantundem spatii sit inter regulas alligatas et lanas connexas, et lino constringes.*

Suffundis) Etiam in altera methodo Apsyrtus iubet καταβρέχειν τε ὄξει καὶ ἐλαίῳ δὶς τῆς ἡμέρας τὸν τόπον, ἄχρις ἂν ἀποπέσωσιν (οἱ πόρπακες), καταντλεῖν τε ὕδατι θερμῷ καὶ θεραπεύειν τὰ ἕλκη τῇ λιπαρᾷ. Theomnestus autem ter in die iubet ἀποβρέχειν ὀξελαίῳ. Similiter suffundere posuit infra cap. 47.

Modum fecerit) Gesneri interpretationem suae emendationis *nodum* vides in varietate lectionis positam. In simili cura infra cap. 47. est: *donec corpus indueat.*

sanitatem perducas. Si tardius confirmabitur,[1] ures reticulatim et solenniter usta curabis.

XLII. Si iumento malandria de cervice auferre
volueris, ita facies. Candentia prius cauteria praeparabis;
deinde ferramento decarnabis sic, ne nervos
tangas; et venulas quascunque videris emittere sanguinem,
aduris, ut possit cruoris fluxus inhiberi.
Cave[a] autem, ne cauteriis plus aduras, et indignatione
2 nervorum periculum facias. Post axungia veteri
cervicem perfricabis, ut fascia munies. Sequenti
quoque die cataplasma imponere incipies, ablataque[b]
ferunta lotio calido fovebis, deinde aceto et oleo diIues,
et medicamentis aptis curabis. Si iam videris
cicatricem pilos renovare, pulverem ex canino capite
combusto et adipem suillum recentem permisces, et

Go. Volgo *confirmabit vires, regulatim et sol.*

XLII. (a) *cave — facias* om. S. M. *cauteriis uras et ex indignat* S. (b) *ablato fervore* S. M. *ablata a loceo — fovebis et deinde* Go. Pro *ferunta*, cui corruptionis notam apposuerat Faber, omissam a Sambuco, aut legerim *ferutam* h. e. plagam, a cauterio factam: aut fervuram h. e. vulnus ex ustione. Certe *ablata* ad *cataplasma* refero, quo verbo etiam feminino genere utuntur Semibarbari: *ferutam* vero, vel *fervuram* quarto casu ad *fovebis* adiungo. Gesn. (c) *comburito — redibit* Go.

Vres) Ita recte Goth. ut sequentia demonstrant, etsi non intelligo, quam ob rem ustione opus sit in hac methodo. Contra in altera cutis perforatur, ibique poterit ustio locum habere, ut vulnus coëat. Forte quaedam exciderunt. Simili tamen in cura cap. 47. malagmate aut ustione utitur. Ustio vero siccat et siccata astringit.

Cap. XLII. *Malandria*) Gallis *Malandre.* Marcello Empirico cap. 19. hinc malandriosi, i. e. leprosi. Vide Cangii Glossar. lat. sub h. v. An eadem μελανδράκη, i. e. δοθιήν in Cangii Gloss. graeco h. v.? Vegetii locum omisit Gesneri Thesaurus. Sed idem vocabulum ex Codd. regiis et editione principe Parmensi in Plinio 26. c. 14. restitue ubi Vettonica ad *melanias veteres* laudatur. Ibi enim libri dicti *malandrias* nominant, teste Gallo Brotier. Eundem morbum descripsit Iordanus Rufus cap. 25. *del prurito over rogna.* Ad collum et caudae principium transtulit Lor. Rusio cap. 72. *De la scabie ò rogna e prurito che iven nel colo e nella coda del cavallo.* In collo Gallis *Roux vieux* dicitur. Cf. Vitet Médecine vétérinaire T. II. p. 372.

inducis: ex quo medicamento et sanitas consequitur, et pilorum redit[c] ornatus.

XLIII. Si cervix destillationem patiatur, tumidior videbitur quam oportet: foetorem habebit canceraticum cum humore nigro et liquido. cuius foramina scrutaberis diligenter, ne ulterius inter nervos aut armos,[a] sinum destillatione fecerit. Quod si accidit, pauca hinc difficulter evadunt. nam his signis discrimen[b] ostenditur; stridet de[c] pectore, et per nares humorem liquidum proiicit. hac ratione curabis. Foramina desuper[d] marrubio et sale pariter contuso implebis atque calcabis; subter[e] autem cataplasmate apposito laxabis. Et si loci conditio patietur, diaeresin[f] dabis, ut foras per plagam[g] humor emanet.[h] Tertio quoque die calida urina lavabis, deinde[i] traumatico et pannis lineis limpida et depurata[2] vulnera sanare incipies, cuius compositio talis est: ervi[l] pollinis sextarium, iris Illyricae uncias 2, thuris masculi uncias 2, miscebis, et facies cephalicum[m] medicamentum, quo uteris ad consummationem medelae.

XLIV. Quod si iumento scapulae fuerint dissolutae, diligenter inspicias;[a] ne quas inter nervos et com-

XLIII. (a) *armos sit* S. M. *amorsimum* Go. Vulgo *armorsimum destillationem*. (b) *discr.* om. C. (c) *in* S. M. (d) *de supra* C. *proiiciet atque hac ratione* Go. (e) *subtus* C. (f) *dieresim* F. S. *diaresim* S. M. (g) Ita C. et S. *plagas* al. a. G. (h) sic C. et S. *emanat* al. a. G. (i) *deinde* om. S. M. *dein* C. (2) *depurgata vul.* C. *curare* G. Vulgo *purata iam*. (l) *herbi pollinem sext.* C. *herbi polline* G. (m) *faliscum medicamentum, quod uteris usque ad consummationem* C. Vulgo erat *consumtionem*.

XLIV. (a) *inspicies si ne quas* C. (b) *accipiunt* S. M. (c) Ita pro *atque*

Cap. XLIII. *Sinum*) Gesner efficiebat ex lectione S. M. *armos sinum destillatio fecerit* vel *destillatione*. Fistulam armorum intelligi patet, quam pinxit Gibson tab. VIII.

Diaeresin) Plagam per dissectas partes factam recte interpretatur Gesner.

Cap. XLIV. *Inspicias*) Pendigines statuarum cava interstitia dixit Arnobius contra Gentes 6. p. 201. monente Gesner. Noster pro collectione

missuras pendigines faciat; quod si inveneris, quacunque parte plagas accipere [b] poterit, cataplasmatibus mollire, et scalpello vel cauterio aperire curabis, ut sanies illa collectionis [c] egeratur. Foraminibus [d] autem
2 traumaticum et linteola sicca calcabis.[e] Si quod inter nervos foramen factum fuerit, cautissime curato, ne ulterius aut ferrum aut cauterium [f] procedat, neque putorem [g] neque putredinem lavis, sed magis siccis omnibus curare [h] festina. Nam [i] omnis humor destillationi praestat augmentum. Quum incisa vel usta duxerint cicatricem, pro [a] confirmatione in ultimo causticum imponitur.

XLV. Si armos laeserit,[a] in medio crure utroque [b] solventur venae, et pulvere [c] thuris cum eo qui profluit sanguis [d] copiose [e] immisto armi liniantur.[f] Quod si plus profluat, quam necesse sit;[g] stercus ipsius iumenti fluentibus imponitur [h] venis, et fasciis alligatur.[i]
2 Postero quoque die quasi epaphaeresis [a] fit, et ex eisdem locis sanguis detrahitur,[l] atque similis [m] in

callectio defluat S. M. C. (d) *in foraminibus autem tragmaticum linteolo sicco calcabis* S. M. (e) Ita pro *dabis* etiam Corb. Ita c. 43. (f) *cautere procidat* C. (g) *tumorem* S. M. et C. (h) *curabis* C. (i) Omisso *Nam* S. M. et C. *Quivis humor distillationem praestat ad augmentum.* (a) *in confirmationem in ultimum imponetur causticum* C.

XLV. (a) Ita S. M. pro *armus laesus erit.* Etiam C. *laeserit* habet. (b) Ita ex Col. dedi pro *utraeque.* Corb. omittit. *utriusque* S. M. (c) Ita C. *pulverem* F. S. (d) Ita pro *sanguine* C. (e) Ita pro *copiosissime* C. et Go. (f) *lineantur* F. S. *linuntur* C. (g) *est* C. (h) *imponetur* C. (i) *alligatus* C. *alligabitur* G. qui paulo ante *proflurit.* (a) Ita C. *apoferesis* F. S. (l) *detrahatur* C. (m) *similes in omni masera procidet* C. (n) *absti-*

vitiosa et purulenta posuit etiam III. (vulgo II) 55. 4. ubi graece est τὸ κρεμάμενον.

Cap. XLVIII. *Medio crure*) Pelagonius in Hipp. p. 89. εἰ βλαβῇ ἵππος ὠμοπλάτην ἐκ τῶν φλεβῶν τῶν οὐσῶν ἐν μέσῳ τῶν ἀντικνημίων — καὶ λιβάνου ἀλεύρου — ἵνα δὲ μὴ ἔξαιμον γένηται τὸ ζῶον ἐκ τοῦ ἀφοδεύματος.

Epaphaeresis) Pelagonius: τῇ δ' ἐπιούσῃ πάλιν ἐκ τῶν αὐτῶν τόπων ἀπόλυε τὸ αἷμα. Iterum utitur vocabulo infra V. 24. (vulgo III. 25.) 5.

omnibus cura procedit. Ab hordeo abstinebitur,[n]
foéno sustentabitur[o] exiguo per triduum. deinde
porri succi[p] tres cyathos, et[q] olei heminam miscebis,
et per cornu faucibus infundes.[r] Post sextum diem 3
lente ingredi cogatur, et cum ambulaverit, mittatur
in piscinam vel flumen aut mare, uti natet, cum spar-
tea[s] et pannis[t] vincto pede. postea[v] firmioribus cibis
ad saginam pristinam revocandus est.[x] Si leviter 4
dolebit, vino et oleo tepefacto perfricetur in sole:
si validius dolebit, ventum[y] in armum mittito sicque[z]
pertundito a summa iuba infra digitos octo, ne car-
tilaginem tangas. Et cum inflaveris, ferula vel virga
molli armum[a] caedito, sale et oleo perfricato ipso
die, postero tracta[b] uteris: cuius haec erit composi-
tio: similae sextarios duos, si defuerit,[c] pollinis triti- 5

nebus eum Goth. (o) *sustentato exiguum* Goth. (p) *succi* addidi ex S. *succum* C. (q) *et* additum ex C. (r) *infundis* Goth. (s) Ita cum Morgagni Geso. *sparcia* F. S. *spartia* C. In Goth. est *ut flumen* (i. e. aut flumen) — *cui et parora — munito pede, et post.* (t) *penes vinctum pede* C. (v) *post* C. (x) *est* addit Corb. (y) *unctum farmium* suprascripto *varinum* Goth. (z) Ita Goth. Vulgo *atque*. Goth. *pertondito*. (a) *aurium* Goth. (b) Ita ex coniectura Gesneri dedi pro *stracta*. (c) Ita Goth. pro *defue-*

Triduum) μετὰ τρίτην ἡμέραν ἕως ἕκτης πράσου χυλὸν ὅσον τρεῖς κυάθους μετὰ ἐλαίου λίτρας ἡμισείας διὰ κέρατος —

Mittatur in piscinam) Brevius Pelagonius: ὅταν ἀναπατήσῃ κολυμβησάτω καὶ οὕτως ὁδῷ προβαίνων στερροτέρας τροφῆς προσφερομένης ὑγιανεῖ.

Cartilaginem) Pelagonius: διάτρησον τὸ σῶμα αὐτοῦ ἀρχόμενος ἀπὸ τῆς χαίτης μεταξὺ τοῦ δέρματος καὶ τοῦ τραγανοῦ ἀπὸ δακτύλων ὀκτώ, ὥστε αὐτοῦ μὴ ἅψασθαι, καὶ ἐμφυσήσας ἄνεμον ἔμβαλε, καὶ λεπτῇ ῥάβδῳ ἁπαλῶς πλῆττε τὰς ὠμοπλάτας, καὶ ἅλατι καὶ ἐλαίῳ ἀπότριβε αὐτῇ τῇ ἡμέρᾳ. τῇ δ' ἐπιούσῃ τράκτωμα ποίει. Vnde apparet, τραγανὸν esse cartilaginem. Deinde legendum in Vegetio: *molliter armum caedito*. Postea distinctio vulgaris: *perfricato, ipso die postero*. mutanda erat; quod feci. Denique recte coniecerat Gesnerus, vulgare vocabulum *stractam* esse mutandum in *tractam*. Similem cosae curam infra adhibet Veget. V. (vulgo III.) 22. s. 3. ubi inflationem vocat.

Similae) Pelagonius: σεμιδάλεως ἢ ἀλεύρου σιτίνου ἢ κριθίνου ξέστας δύο, ὠῶν δύο τὸ λευκὸν μόνον, λιβάνου γο. ας. ὄξει φοράσας τῇ χειρί, μετ' αὐτοῦ τὰς ὠμοπλάτας.

cei sextarios duos, cum aceto acri et [d] cum tribus ovis miscebis: sed ovorum solum album mittes. adiicies etiam pulveris thuris unciam semis. quae omnia manu subigis,[e] et in armos inducis, et per dies multos armum aqua calida cum flore foeni fovebis diligenter, ut mollescat, tractam [f] quotidie imponito, et prius quam ungatur, quotidie [g] de vino puro armum
6 lavato, deinde [h] additurus unguentum: baccas lauri selibram, olei sextarium, vini [i] boni sextarium, nitri uncias 3, sed nitrum et baccas lauri in pulverem re-
7 diges, et cribrabis. Ex quo in sole, cum calida armus fomentatus fuerit, inungatur ex tepido, et diutissime confricetur. Post synchrisma [2] ad curandos armos inducitur, et cum melius habuerit natatum mittito. Quod si eiecerit, iuxta consuetudinem ad rotam [l] armum reponito, et supra scriptis medicamenti curato.
8 Si non senserit, ultimum est ut uratur. Armi doloris haec sunt signa: pedem priorem tentum [m] quasi rigidum aforis extrahit. sed convenit inspici diligenter utrum ex percussura vel casu coeperit causa; [n] et [o] si

rint. (d) *et* om. G. (e) *subiges* Goth. (f) Vulgo *stractam.* (g) Ita S. M. Vulgo est *mollescat stractam quotidie imponito, de vino puro.* Nisi quod *et* ante *priusquam* addidi. (h) *deinde* addidi ex S. M. (i) *vini b. sext.* om. S. M. (2) Vulgo *syncrisma.* (l) *ad totum* G. (m) Ita S. M. alias *tantum.*

Flore foeni) Hunc omisit Pelagonius, qui reliqua sic: ἵνα καθυγρανθῶσι, καὶ ἀφ' ἑκάστης ἐκ τοῦ τρακτώματος ἐπιτίθει, προαποπλύνων οἴνῳ τὸν τόπον. Vnde patet, lectionem libri Sambuci esse integriorem.

Olei sextarium) Oleum omisit Pelagonius p. 90. qui deinceps: οἴνου παλαιοῦ λίτραν μίαν, νίτρου τὸ ἀρκοῦν.

Ad rotam) Pelagonius: εἰσάγων αὐτὴν τῇ αὐτῇ θεραπείᾳ χρήσῃ, ἥτις εἰ μὴ προχωροίη, καυτῆρα προσοίσεις. Vnde patet, h. l. legendum *si non processerit.*

Tentum) Apsyrtus p. 84. περιπατῶν ἐπισύρει τὸν ὄνυχα ἢ ἄνωθεν παρηγμένον ἐκνεύει τὸ ἄρθρον βαδίζοντος. Hippocrates ibid. p. 85. οὐ προφέρει εἰς τὰ ἔμπροσθεν, οὐδὲ συνάγει τὸν βραχίονα, ἀλλὰ ἐπισύρει τὸ σκέλος, ἐν δὲ τῇ καταβάσει καταφέρεται λίαν.

ex percussura[p] fuerit, prius[q] locis suis reponenda sunt membra, et sic reliqua facienda. Quod si ex humore vel sanguine armi gravabuntur, sanguinem emittis a pectore, vel[r] unctionibus uteris.

XLVI. Genu[a] vel basim si emoverit,[b] ad tormentum rotae vel machinae[c] locis suis eiecta restitues,[d] lanam succidam ex oleo et aceto infusam imponis, et alligabis ex more, tertio die solves fomentabisque; post resinam induces et piculam,[e] ad ultimum malagmate[f] uteris aut caustico.

XLVII. Impulsu axium vel rotarum in circo vel in aliis locis varietate casuum animalibus crura franguntur aut coxae vel articuli, in qua necessitate si extra cutem fractura[a] ossis eruperit, hoc est, si exerxin[b] fecerit, difficilem noveris et prope insanabilem curam. Similis desperatio est, si coxam fregerit aut acroteria,[c] aut supra gambam; insanabilis et casus, quia

(n) Ita S. M. *eam* alias. (o) *quodsi* S. M. (p) Ita S. M. (q) *prius* om. Go. (r) *vel* om. Goth.

XLVI. (a) *Si basin exierit, ad torculare mitte et sic locis* S. M. (b) Vulgo *semoverit*. (c) *macinea* G. (d) *et* addit S. (e) *picem liquidam* malebat Morgagni. (f) *malagma* F.

XLVII. (a) *fractum os* S. M. (b) Ita Gesner coniecit legendum esse pro *exbercen*, Goth. *exbersen*. Comparat Hippocraticum σύνερξιν l. e. σύγκλεισιν. (c) *ecroceria* F. et S. margo F. S. *acrocolia*. Goth. *acrocolli*. Caelio Acut. I, 11, 94. *Crura porcina, quae Graeci acrocolia vocant*. Celso 2, 23 sunt *trun-*

Cap. XLVI. *Genu*) Malim *sub rotulam mitte*, ut infra cap. 48. sect. 2. Tormentum rotae peperit torculare, h. l. ineptum. Rotam in tormento Graecorum, seu τροχὸν novimus, sed alienam ab hoc usu veterinario. Forte intelligitur machina, quam Celsus habet de femore luxato 8, c. 20. *etiamnum valentius intenditur membrum super scamnum, cui ab utraque parte axes sunt, ad quos habenae illae deligantur, qui ut in torcularibus conversi rumpere quoque si quis perseveraverit, non solum extendere nervos et musculos possunt*. Etiam Palladius I. 20. in instrumento torculariae cellae rotulas nominat. Rotam veterinariorum omisit Gesneri Thes. L. L. Rotula infra V. 47. (vulgo III. 48.) 2. nominata est plane diversa ab hac machina.

Cap. XLVII. *Supra gambam*) Hip-

2 non recipit ligaturam. Si vero fractura sit sine vulnere in his locis, quae constringi possunt, hac ratione curabis. Primo fracturam recompones, et fasciis[d] mundis scissilibus infusis ex vino et oleo conligabis: insuper lanarum munimenta coniunges, et regulas circumduces; iumentum autem in canterio[e] vel in scalis vel in suspenso loco, ne[f] fractura flebiliter commeet, cui quotidie mane et ad vesperam suffundes,[g] tertio

culi, monente Gesoero. (d) Ita recta Gesoer pro *fasciis*, *mundis* auctore Morgagni. (e) *canterio* S. M. *cauterio* alii a. Geso. (f) *ut fractura velut leviter* F. et S. sed margo utrobique cum Gesnero. *aut fracturam velut leviter commoveat* Goth. unde malim *ne fracturam vel leviter commoveat.* (g) *et vespere suffundis* G. (h) *facias* G. (i) *urtice* S. M. *et filicis radicis*

piatrica p. 197. ὅσα τῶν θραυσμάτων συμβαίνει ὑποκάτω τοῦ γόνατος ἐν τοῖς ὀπισθίοις, καὶ ἐμπροσθίοις, θεραπεύεται οὕτως· δεῖ κατατάσσειν εἰς τάξιν τὸ κάταγμα καὶ οὕτω δεσμεῖν, προσυποτιθέντα ἔρια ῥυπαρὰ τελαμῶσι λινοῖς διαβρόχοις ὄξει καὶ ἐλαίῳ, ὅσοι ἱκανοί εἰσιν, ἴσοις, μὴ διαῤῥόμβοις, ἠραιωμένοις καὶ ἀφεστηκόσι. (Pro his Hierocles brevius ἴσοις ἀκριβῶς καὶ συνημμένοις) καὶ ὡσαύτως ἐπιῤῥίπτειν τὰ ἔρια βεβρεγμένα καὶ καταλαμβάνειν, καὶ πλάστιγγας (regulas) προστιθέναι τρεῖς καὶ δεσμεύειν ἐξ ἑκατέρου μέρους — καὶ τηρεῖν ὀρθὸν τεσσαράκοντα ἡμέρας, ὧν ἐν ταῖς εἴκοσι λύειν δεῖ τρὶς καὶ πάλιν δεσμεύειν. et reliqua quae paulo sunt diversa et minus integra. Ceterum verba *Similis — ligaturam* paulum diversa leguntur infra V. 20. (vulgo III. 21.) s. 1.

Fasciis mundis) Ita recte Goth. pro *fascies*, quod de Morgagni coniectura correxerat etiam Gesner. Sed ea loco graeco apparet, vitium gravius adhuc haerere huic loco, quem redintegrabo inde, coniunctis scilicet quae hinc divulsa leguntur infra V. 20. (vulgo III. 21.) ita fere: *Primo fracturam recompones et in recenti lanam succidam fasciis mundis scissilibus infusis ex aceto et oleo colligabis per triduum, insuper lanarum munimenta coniunges, et regulas circumduces.* Ceterum scissiles fascias videtur dicere quas Graecus τελαμῶνας λινοὺς vel ἅμματα, igitur lineas.

Canterio) Ita pro *cauterio* ex S. M. scripsit Gesner. Goth. *conatrio — scalis aut in susp.* Ceterum malebat Gesner: *cantherio vel in scalis velut suspensum locato.* Satis bene; sequitur enim: *non ante permittes stare.* Et Hippiatr. p. 199. de fracto crure: κρεμάσας τὸ κτῆνος. De cantherio satis dictum fuit ad Columellam. Vide Indicem. Scalas videtur easdem dicere Celsus VIII. 15. de humero luxato: *sic brachium deligatum super scalae gallinariae gradum traiicitur ita altae, ut consistere homo ipse non possit:* et reliqua, quae lector ipse comparabit. Scalam gallinariam descripsit Columella VIII. 3. 6.

die solves, et expleta curatione ligabis. Quinto quoque VII aut IX die eadem facies,[h] donec corpus inducat. Post haec adiicies muscum de vitice,[i] aut salicis 3
radicem, et ova cruda quinque, verum non regulis, ut prius, sed circumductis ferulis alligabis. die tertio solves et fomentabis, de resina et axungia perunges: ubi [2] cura profecerit, malagma[l] vel causticum inducis, non ante tamen permittis stare iumentum, quam dies quadraginta praetereant. hoc autem tempus est, quo divulsa vel fracta solidantur.

XLVIII. Plerumque in genibus, vel articulis aut phlegmone [a] oritur, aut marmora,[b] aut mallones.[c]

G. (2) *nisi* G. (l) Pro reliquis huius capitis S. M. *hoc facies per dies quadraginta, et sic solidatur.*

XLVIII. (a) Vulgo *phlegmon.* (b) *marmoreum* S. (c) *mallon* S. M.

Cap. XLVIII *Phlegmon*) Gesner emendabat *phlegmone*. Sed infra V. 18. (vulgo III. 19.) de eadem re est: *sicut flegma in genibus diximus oportere curari*. ubi Codex Corb. *flagmina* habet scriptum. Equidem scripturam utramque corruptam esse censeo ex vocabulo *flemina*. Festus: *flemina dicuntur cum ex labore viae sanguis defluit circa talos*. Caper de orthogr. flemina est, *ubi abundant crura sanguine. Plemina, cum in manibus vel in pedibus callosi sunt sulci*. Plautus Epid. V. 2. 5. *ita dum te sequor, lassitudine invaserunt misero in genua flemina*. Rursus in Pseudolo IV. 7. 92. et Poenul. III. 1. 67. Idem vitium boa dici videtur Festo: *boa*, inquit, *crurum tumor viae labore collectus appellatur*. Glossarium vetus βόα ὁ τοὺς πόδας φλεγμαίνων. Plinius 23. s. 17. de vite nigra seu bryonia: *eadem in iumento hominèque flemina aut sanguinem, qui se ad talos deiecerit, circumligata sanat*. Sic enim ex libris scriptis dedit Harduinus, ubi vulgo erat *flegma*, plane ut in Vegetio. Ceterum non dubito ex graeco φλεγμονὴ latinam vocem *flemen*, *flemina* esse detortsm. Quare phlegmonem h. l. et infra restitui. Male cum aliis Gesner in Thes. flemen a graeco φλέγμα derivat. Disputationem meam confirmat locus Hippiatr. p. 156. ῥεύματα εἰς τὰ γόνατα ἐμπίπτοντα ἅτινα ῥωμαϊστὶ λέγεται φλιμέλια. Ibid. p. 161. est formula πρὸς νεαρὰν φλεγμίναν, nisi est pro φλεγμονὴν positum vitiose. Ecce etiam Isidorus Different. Verborum I. 105. *inter flemma et plemma hoc interest, quod flemma sit cum crura abundant sanguine, plemma cum in manibus vel pedibus callosis sulci nascuntur*. Placidus in Glossis: *Fleminum vestem in qua sanguis ambulando in pedes defluit*. Festus: *tama dicitur cum labore viae sanguis in crura*

Quae vitia ex malo humore generantur, et passionem cum deformitate tumoris ostendunt: sed ista distantia est, quod phlegmone[c] tuber[d] est molle, marmor duritiam ostendit ex nomine, mallo inflatus tuber est sine dolore. quibus recentibus potest facilius subve-
2 niri. Primo[e] lanam succidam ex oleo et aceto induces, contra aquam frigidam et currentem animal constitues. post sine ferro hac ratione curabis. Sinapis et salis Alexandrini -) 4, aceti cyathos 2, axungiae veteris selibram, simul conteres et induces, post diem
3 tertium solvis. Si aperturam fecerit, spongiam cum aceto et lasere[f] imponis, vulnera styptico curabis. Praeterea locum, quem curare volueris, inducto psilothro,[g] decalvas. Radicem filicis et ervum et ficus Afras[h] contundes in pila et induces in panno, per
4 triduum ligatum patieris manere. Alii[i] radicem filicis et ervum[2] cum axungia veteri et aceto acerrimo pu-

malones Goth. et deinceps *malon*. (d) *tumor est mollis, marmor ostendit mallon inflatum* S. M. (e) sect. 2, 3. omittit S. M. (f) *assa foetida* margo Goth. (g) Ita Goth. pro *plilotro*. Margo *silitro*. Correxerat iam antea Gesnerus. (h) Ita pro *aphros* Gesn. (i) *Tolle* S. M. (2) *herbam* S. M.

|

descendit, et tumorem facit. Lucilius: *inguen ne existat, papulae, tama, ne boa noxit.* Io. Frid. Gronovii annotatio ad locum Plauti Epidic. V. 2. 5. admodum inepta est, ubi *femina* male in *flemina* mutata fuisse censet a Grammaticis, et *femina* servari vult etiam in Poenulo, quoniam libri scripti omnes eam lectionem exhibeant. Rectius ad locum Plauti egregius Camerarius noster Apsyrti φλέμβλια et Hippocratis κέδματα comparavit. Cf. etiam ad Colum. VI. 12. 1. *Pleminia* gens in libris saepe vitiata fuit in *Fleminiam*. Vide Drakenborch ad Silium XVII. 459.

Contra aquam) Hippiatr. p. 163. contra φλεγμονὴν genuum et articulorum: ψυχρῷ ὕδατι καταντλεῖν τὰ φλεγμαίνοντα μέρη, ἢ εἰς ποταμὸν ἢ εἰς ῥεῖθρον εἰσάγειν καὶ ἀναπατεῖν ἐκεῖσε ποιεῖν.

Sinapis et salis) Post haec addunt Hippiatr. 162. καρδάμου γο. α.

Spongiam cum aceto) Hippiatr. p. 163. σπόγγον μετὰ λασάρου καὶ ὄξους καὶ ἰξοῦ καὶ οἴνου ἀφηψημένου καὶ ἀξουγγίου προσφέρειν.

Afras) Vulgo *Aphros*. In eadem sed diversa formula Hipp. p. 161. ἰσχάδων ἄφρων.

Filicis) In Hippiatr. p. 161. est βλάχνου ῥίζαν, quod nomen etiam filicem notat.

tant oportere misceri. [Item[l]] cineris quoque de foco uncias 3, calcis vivae uncias 6, vino subigito ad crassitudinem oxymellis, et antequam obdurescant, tubercula obline. Quod si assidue in recenti feceris 5
passionis molestia, siccabuntur;[m] si vetustiora sint, punctis subtiliter inurantur, ne nervi[n] igne vitientur. Talis quoque compositio spargere phlegmonen[o] asseritur. Rhododaphnes[p] uncias 3, bituminis, nitri ana uncias 3, axungiae veteris colatae uncias 3. Plerique 6
dixerunt cauterio cuprino candenti duobus punctis debere perrumpi,[q] et phlegmonen effundi, licinio[r] quoque intorto cum axungia et aceto et oleo loca, de quibus mucus[s] eiectus fuerit, satiare:[t] per fora-

(l) *Item — vitientur* om. S. M. *Item* om. Goth. hinc inclusi. (m) Ita Goth. pro *feceris, passionis — siccabitur.* (n) Vulgo *ne vi et igne.* Goth. *nervi et igne.* margo: *alii veni.* (o) Vulgo *phlegmon.* (p) sic S. M. *Rhododanes* F. et S. *Rhododamum* Goth. (q) Ita pro *praerumpi* Gesner. (r) *licineo* a. G. paulo antea *phlegmon* vulgo. (s) Ita pro *muscus* Gesner ex coniect. Morgagni *muero* Goth. (t) *sanari* S. M. *satiari* Goth. deinde *lemscum tritici*

Cineris de foco) Hipp. p. 157. *τέφραν ἐκ χαλκείου τὴν ἀναπεπταμένην ἐπὶ τὴν κάμινον.* Sed ipsa formula exstat p. 161. *Θερμοσποδιᾶς γο. ά. ἀσβέστου ζώσης γο. ά. μετ' οἴνου φυράσας καὶ μέλιτος παραφυλαξάμενος πρὶν ἢ ξηρανθῆναι οὕτω τῷ τραύματι ἐπίχριε.* unde vitium in utroque loco intelligitur. In nostro lego *mellis* pro *oxymellis*, in graeco *εἰς παχύτητα μέλιτος* vel simili modo.

Siccabuntur) Gothani libri lectionem confirmant Hippiatr. p. 161. *ἐπίμεινον δὲ, αὐτοὶ θεραπεύων, εἰ νεαρὰ τὰ κορδυλώματα ἦ· εἰ δὲ παλαιά, εὐφυῶς καυτηριάσας θεράπευε.* Sequentia ex eodem libro emendavi.

Phlegmonen) Hic et ubique vulgatum *phlegmon* correxi. Hippiatr. p. 158. *πῶς ἂν φλεγμοναὶ αἱ ἐν τοῖς γόνασι διαλυθῶσιν.* formula medicamentorum ibidem p. 161. exstat integrior, ubi bituminis pondus unciarum 3. adiicitur.

Rhododaphnes) Eadem formula est in Hippiatr. p. 161. *πρὸς φλεγμονὰς καὶ ὑδατίδας.*

Mucus eiectus) Quod Morgagni coniectando assecutus est dedi pro *muscus*. Graece enim in Hipp. p. 160. *καλλύριον ὅπερ τὸ μυξῶδες ἐκβάλλει.* Ceterum ad phlegmonem Vegetii, *flemina* aliis, pertinere videntur vitia, quae Iordanus in genubus vocat *spanenum*. Crescentius IX. 36. *circa garectum intrinsecus ex latere garecti paulo inferius inflationem inducentem circa venam magnam quae dicitur fontanella* etc. ubi ex Gallico vetere interprete, qui *Espa-*

mina etiam ustionis lemniscum trahi debere, ut quid-
7 quid humoris est, egeratur. Post haec cataplasma
ex [v] foenugraeco et vino [x] confectum inducis, cum [y]
usta ceciderint et tumor resederit, lemniscum [z] exi-
mis, traumatico curabis, ad ultimum causticum in-
8 ducis. Alii sagitta pertuso corio phlegmonen [a] effun-
dunt, et lanam madidam cum aceto et lasere [b] plagis
inserunt; sic spongiam cum pusca acri et lasere [b] su-
pra vulnus imponunt: tertia [c] die solvunt, lanam exi-
munt, et tetrapharmaco curant quinque diebus vel
9 septem. Si vero marmor habuerit, [d] ex quo validius

aut quicquid Goth. (v) Vulgo *et.* (x) *lino* S. M. (y) *combustio donec ceciderit* S. M. *induci cum ustum ceciderit* Goth. (z) *lenies cum removes reliquis omissis* S. M. (a) Vulgo *phlegmon.* (b) Vulgo *lasare.* recte Goth. qui verba *plagis — lasare* omittit. (c) *tertio* Goth. (d) om. S. *habuerunt*

vain habet, *spaveni* legi iussit Cangius, qui hodiernum nomen *Esparvin* apposuit. Sed *Spavano* nominat Iordanus cap. 31. et L. Rusius cap. 103. apud Rusium tamen iuxta *Scavano* appositum legitur veluti varietas lectionis. In Lexicis reperio etiam *Spavenio*. Hoc vitium nostri *Blutspat* dicunt, cuius situm cum vena fontanella pinxit *Gibson* T. II. tab. I. in eadem regione tumor durior natus *Knochenspat* dicitur, quem ibidem pictum videbis. Mallon forte idem est cum morbo, quem in genibus natum Crescentius IX. 55. *zarde*, Iordanus cap. 30. *la gerda*, Rusius cap. 104. *Jerda* vocant. Gallicus Crescentii interpres *Zardre* vertit. Est vitium quod Sollcysel *Jardon* vocat, et descripsit Gibson II. p. 249. Sed magis convenit nostratium *Windgalle.* Quam idem Crescentius cap. 37. sub capite genuum in posteriore parte natam vocat *tubam*, Gallicus eius vetus interpres *courve ou la courbe* cum Iordano c. 35. et Rusio cap. 105. appellat. Sub nomine *die Kürbe* descripsit Gibson germanice versus T. II. p. 246. pinxit in tab. II. fig. 2.

Marmor) Apsyrtus p. 163. *περὶ μαρμάρου* vocat *κονδυλώματα σκληρὰ καὶ πωρούμενα οἴδησιν ἔχοντα μάρμαρα*; nasci ait in pedum praecipue anteriorum corona solis mulis, raro asinis; equum nunquam fieri *μαρμαρωσσόν*, sed podagricum. Ita et Hierocles p. 164. Idem tamen Apsyrtus p. 259. in equo memorat *σκληρώματα μέγαλα ἃ καλοῦνται πῶροι*, quae praecipue in coronae pedum anteriorum latere interiore nascantur, raro in posterioribus; maxime omnium equis accidere ait vitium gregalibus. Videtur esse vitium, quod Crescentius IX. 49. *furmam*, id est, *furmellos*, Gallicus interpres vetus *Furine*, Iordanus cap. 42. *furma*, Rufius cap. 106. *furina* vocant. Puto idem esse vitium *formam*, quod nostri *die Schale* vocant, pictum a Gibsono in

claudicet, et vix flectat articulos, inurendus est levi-
ter.[e] Cui post feruntam malagmam,[f] quae cupressina
appellatûr, oportet imponi. ex qua curatione sanitas
redditur, et[g] deformitas permanet. Si autem mallon[h] 10
in genibus vel articulis excreverit, continuo curam
adhiberi oportet, ne neglecta passione deformitatem
tumor augeat, vel obduratione diuturna convertatur
in marmor. Aperies in pedibus sive genibus dextra 11
ac sinistra vel ferro vel cauterio cuprino, sicut supe-
rius declaratum est. lemniscum traiicies cum aceto
et sale et oleo, et[i] supra cataplasma imponis, donec
fervor desinat, et saniem faciat. Post purgatis vitiis,
lemniscos eximis, et traumaticum imponis, et ternis
diebus interpositis solves, et medicamentum renova-
bis, donec sanetur.

XLIX. Si aquatilia in articulis vel in gambis fuerint, frigido ferro omnino non sunt tangenda; ne abundantia humoris iumento discrimen importet. Sed utendum est scarificatione subtili, et detractione sanguinis; post quae lanis [a] calidissimis, tam cum

Goth. (e) *linitur* Goth. (f) Ita vulg. *malagma* corrigebat Gesn. (g) *at* malebat Gesn. (h) *malon* Goth. (i) Vulgo *ut*.

XLIX. (a) Ita pro *lavis valid.* habet S. M. *clarissimis* G. (b) reliqua cap.

Tab. II. Corticis idem apud nos nomen est, quod ad ungulas equi olim nostri transtulerunt.

Cum aceto) Infra III. (vulgo II.) 18. s. 3. *pannos vel lemniscos ex aceto et oleo sub cute per foramina traiice per triduum.*

Et supra cataplasma) Ita sum ausus corrigere vulgatum *ut supra cataplasma imponis*. Scilicet etiam supra s. 7. traiectis lemniscis imponit cataplasma; sed non erat necesse, ut iterum Vegetius lectorem illuc ablegaret; praecessit enim: *sicut superius declaratum est.*

Cap. XLIX. *Aquatilia*) Supra I. 25. 6. nominavit. Gesnerus ὑδατίδας dici graece suspicabatur. Ozaenas ipse in fine huius capitis vocat, et Hippiatrica. Nescio an sint eaedem, quas Crescentius IX. 43. gallas dixit, et Iordanus Rufus libro I. cap. ultimo apud Cangium Gloss. Latin. h. v. et Iordanus Italice versus cum L. Rusio. Nostrates videntur easdem *Wassergallen* vocare.

2 aceto quam cum optimo sale tunso et oleo vel axungia per dies quinque conliganda sunt loca. Si tardius haec cura profecerit, utendum est ferventissimo caustico, ut faciat ustiones. Alia[b] quoque ratione sanantur, si sletam[c] qua tinctores utuntur, et salem pro dimidia parte commisceas, lanamque succidam ex aceto alliges, post diem tertium soluturus. Si aperturam fecerit, farinam hordeaceam ex melle coctam cum lini semine et foenugraeco inducis; ad ultimum
3 malagma crudum impones. Praeterea atramentum sutorium,[d] gallulas minutas, et alumen aequis ponderibus tunsum cum axungia miscebis, addito pulvere mali granati, nitro et aceto; quae in commune decocta vitium, si adiungatur,[e] emendat. Ficus siccae cum sinapi contusae mixto aceto imponuntur. Post diem tertium soluto medicamento, si tardius profecerit, eadem cura renovatur. Cum melius habere
4 coeperit, alecem[f] impone articulis. Alii opopanacem

om. S. M. (c) quae sit *fleta*, qui *trictores?* nec invenio, neque comminiscor. GESN. Sed recte Goth. *tinctores*, deinde *foenugraeco* pro *foenigraeco*. (d) *scriptorium* in hac re commendat Eumelus Hipp. 2. p. 113. *a*. Ruell. GESN. (e) debebat *adiungantur*, *emendant*. In Goth. est *vitium supponat*. deinde *mixto cum aceto*. (f) *allicem* S. Vulgo *alliccem*. Deinde *opopana-*

Sletam) Videtur esse vel lixivium, stacte, vel alumen. Marcellus Emp. c. 12. alumen quo infectores utuntur nominat. *Tinctores* quos e Goth. restitui, assecutus erat Stadus, qui praeterea *faeculam* vel *herbam* corrigebat. Nunc demum video feliciter coniecisse Stadum. Ecce enim Marcellus p. 129. ubi mentagrae seu impeligini remedia dat: *si fecula vini, qua tinctores utuntur, cum aqua permixta locum perunxeris — et continuo destringas, nam si diutius fuerit, altius vis eius insidet et ulcus grande facict.*

Attramentum sutorium) Hippiatrica p. 294. *μέλαν καλλιγραφικόν, κηκίδας, στυπτηρίαν ἐξ ἴσου κόψας μετὰ ἀξουγγίου μῖξον καὶ μήλου φλοιοῦ καὶ ὄξους καὶ ἁλὸς καὶ νίτρου τὸ ἀρκοῦν καὶ ἐπιτίθει.*

Ficus siccae) Hipp. p. 295. *σῦκα καὶ σίναπι κόψας ὄξος τε μετὰ στυπτηρίας ὑγρᾶς προσβαλὼν ἐπιτίθει.* unde videtur h. l. excidisse alumen liquidum.

Opopanacem) Hipp. *ὀποπάνακα μετὰ κριθίνου ἀλεύρου συνεψήσας ὥστε ἐμπλαστρώδη γινέσθαι.*

cum farina hordeacea coctum in modum cataplasmatis imponunt. Nonnulli fabam fractam in aqua decoquunt, et mixto melle deterunt, et in panno inducentes curant. Ad ultimum malagma cupressinum imponunt. Plures calcem vivam et cineres ex melle et vino commiseent, et ozaenis frequenter imponunt. Ad ultimum caustico utuntur. Quae genera curarum, 5
et posterioribus pedibus adhibenda veterum censet auctoritas. Vsus invenit, addito sale et aceto ciliciis[g] ozaenas defricare, donec cruor aut tumor emanet. Quae observatio etiamsi non persanaverit, sequentes tamen adiuvat curas.

L. Interdum reumatici iumentorum interdum ventosi sunt pedes: quae vitia nunquam tangenda sunt ferro, sed exsiccanda per malagma vel causticum, et aliquando urenda leviter per venas, et cauteriis[a] meatus, qui humorem suscipiunt, angustentur, et constringantur, ut[b] pro tempore afferant medicinam: quia in[c] totum, etiamsi intercisae et adustae sunt venae, non poterit talis causa sanari.

LI. Impetigines quoque in articulis vel genibus inter nervos commissuralibus locis aliquando nascuntur, et fit vulnus simile rhagadio, et non facile sanatur, nisi stalticis vel stypticis rebus, non sine alligatura, vel interdum adustione curetur. Malagmas quoque eonvenientes oportet imponi.

LII. Vrigines[a] etiam in pedibus, cruribus ungui-

cum — coctam Go. (g) *cibis ozim* Go.

L. (a) *cauterii* F. S. nobiscum S. M. *supernas* pro *per venas* G. idem *malagma* dedit pro *malagmas*. (b) *(meatus)* ins. S. (c) *si in totum et intensae et adversae* S. M.

LII. (a) Vulgo *Vligines*. (b) *acritudo humorum consuevit generare, et*

Cap. LII. *Vrigines*) Ita recte vulgatum *uligines* correxit Meursius Critic. Arnob. p 175. monente Gesnero. Simile est vocabulum *ustigo*

busque vel sub armis aliquando generantur, quas quidam dulcedines vocant; habent similitudinem scabiei. Quae cum se diffuderint, pedes exulcerant ad similitudinem leprae, et urgente prurigine animalia sibi partes illas corrodunt, vel alternis pedibus confricando vulnerant. Quod vitium a [b] crudo vel putrido humore consuevit generari, et idem curatur detractione sanguinis, unctionibus et purgationibus ventris. si radix cucumeris silvatici cum nitri pulvere misceatur infusa per fauces, humores pessimos purgat.

LIII. Podagra vero nonnunquam solet occupare iumenta, cum hominum vitium transit in pecudes: cuius passionis haec sunt signa. nec stare potest, nec ambulare, sed si cogatur, claudicat, et saepe se proiiciet, sicut indigesta ex hordeo animalia faciunt, quae [a]
2 propter dolorem non coquunt cibum. et ideo fit hor-

ideo curantur S. M.

vel *ostigo*, quam eandem *mentiginem* vocat in ovibus Columella. At infra VI. (vulgo IV.) 24. est *malagma ad uligines* sine varietate scripturae. Quodsi *urigines* verae hoc in loco sint, infra etiam easdem reponi malim. Quid si *ossilaginem* vel ut paulo post est in Editis *ossulaginem* IV. 14. 1 et 3. cum ustagine Columellae comparaverim, atque utramque cum uredine et urigine ab urendo deduxerim, quasi *ustaginem* et *ustilaginem* dictam?

Dulcedines) Cicero Legg. I. 17. *quia dulcedine hac et scabie carent.* Infra Vegetius V. 14. (vulgo III. 15.) 4. dulcedinem iterum dixit ubi Hippiatrica ἐρεθισμός habent. Gratius Cyneg. 413. *At si deformis lacerum dulcedine corpus persequitur scabies.* Sed video, iisdem locis iam usum esse Gesnerum in Thes. L. L.

Cap. LIII. *Indigesta ex hordeo*) Apsyrtus Hippiatric. p. 164. κατακλίνεταιψξοικώς τῷ κεκριθιακότι.

Quae propter) Gesner malebat: *quia — coquit.* Hippiatrica post superiora: καὶ ἐστὶν ἀνόρεκτος πρὸς πᾶν τὸ προσφερόμενον καὶ τὸ στόμα θερμὸν ἔχει καὶ κατάξηρον, τήν τε ὑπερώαν μετέωρον. οἶτε ὄρχεις αὐτοῦ ἐνάλλονται ἐναλλὰξ καθ' ἕνα, καὶ ὁ καυλὸς προπίπτει καὶ ἐπαίρεται καὶ οἱ πόδες ἐν τῇ στάσει προσλαμβάνονται τὰ κόπρια διὰ τὴν πύρωσιν ὡς καὶ ἐν τῇ ὑποτρίψει. Quae mihi revocant in mentem locum Aristotelis H. A. VIII. c. 24. ubi inter equorum

ridum, et corpus eius calebit, venae etiam exstabunt,
natura submissa erit, in pedibus stercus haerebit pro-
pter nimium eorum calorem, sicut subtritis solet
evenire. Cui proderit, si non sinatur accumbere, sed 3
minutim deambulet loco sicco, donec sudet; multo-
rum manibus confricandum est, ut vehementius sudet.
sanguinem ei detrahes a capite a superioribus venis,
sed non multum. sequenti die de posterioribus locis
detrahes supra talos. tertio de gambis vel de sub ipsis
dolorum locis. Memineris semper parum oportere 4
detrahere. Aquam calidam dabis in potu, in qua
adiicies pulverem nitri, et triticeam farinam, polli-
nem [b] quoque thuris acetabulum plenum in vino ma-
ceratum infundis, et triduo per nares singulas coty-
las. betas [c] etiam excoques, et aquam earum ad tres 5
cyathos suffundes, et exercebis eum singulis diebus.
ventrem quoque eidem expurgabis ut auferatur hu-
mor pessimus, qui descendit in venas. Hoc genus 6

LIII. (a) Forte leg. *quia — coquit* Gesn. (b) reliqua cap. om. S. M. (c) *bleetas* G.

gregalium morbos primo loco memorat podagram, eiusque signum ponit: ὁ γὰρ ὄρχις ἅλλεται ὁ δεξιός. ἢ κατὰ μέσον ὀλίγον κάτωθεν τῶν μυκτήρων ἔγκοιλόν τι γίνεται καὶ ῥυτιδῶδες. Ita enim cum Gaza Codex Mediceus postrema recte scribit, quanquam fateor ne sic quidem signum intelligere.

Deambulet loco) Ita recte Goth. pro *deambulare et loco*. Hippiatrica: ἐλαυνόμενος κατ᾽ ὀλίγον ἐν σκέπῃ μέχρι τοῦ ἱδρῶτος.

Superioribus venis) ἐκ τῆς ὑπερώας μὴ πολὺ Hippiatrica.

Supra talos) ὑποκάτω τῶν ἀγκυλῶν παρὰ τοὺς ἀστραγάλους ὡσαύτως μὴ πολλῇ τῇ ῥύσει, ἔκ τε τῶν ἐμπροσθίων. ποτίζειν δὲ αὐτὸν etc.

Pollinem thuris) Hippiatr. ἔστι δὲ καὶ τοῦτο. ἱρανθέμου ῥίζης δράκα καὶ μάννης ὀξύβαφον διέντα ἐν οἴνῳ ἐγχυματίζειν διὰ τῶν ῥινῶν, καθ᾽ ἡμέραν κοτύλην μέχρις ἡμερῶν τριῶν, καὶ πτελέας φλοιὸν κόπτοντα ἐν ὅλμῳ καὶ οἴνῳ πλύνοντα ἐγχυματίζειν ὁμοίως. Est ergo μάννα h. l. quae alias μάννα λιβάνου dicitur.

Ad tres cyathos) Plenius Hippiatrica: καὶ τῇ ἀφεψήματι ἐκπιεσθέντε μίξαντα ἐλαίου κυάθους τρεῖς κοτύλαις τρισὶν ὡσαύτως ἐγχυματίζειν καὶ γυμνάζειν αὐτόν.

purgationis adhibebis: thymi acetabulum plenum in vino veteri dulci macerabis, et singulas cotylas per nares eidem infundis, foenum viride adponis: quod si defuerit, siccum nitro aspersum dabis: si nihil profecerit, castretur, et vitio carebit. nam podagra raro vexat eunuchos.

LIV. Orthocola[a] etiam iumenta vel stillosa dicuntur, quae contractionem nervorum patiuntur in pedibus, et de capitibus ungularum calcant, et sunt rigidis[b] articulis, ut planas ungulas in terram ponere
2 non possint.[c] Quod vitium nascitur ex enormitate
onerum et labore confragosarum viarum. sed hac ratione curantur: sanguinem ei de sub cirro vel de coronis detrahes, ungulas bene compones, pollinem ex hordeo et resina cum axungia decoques, et ter[d] in die perunges. tepida quoque aqua[e] in qua verbenae decoctae fuerint, confovebis, et tota eius crura acopo
3 perfricabis. Post[f] dies quinque cataplasmabis cum
ex polline hordei et lini semine et foenigraeci[g] aequis partibus ex vino decoctis:[h] cataplasma imponis in

LIV. (a) *Articulosa* S. M. In titulo *de Articulis*, in textu *arthicula* Goth. (b) Ita S. M. pro *rigidi articuli plenas* nisi quod *et* habet. (c) Vulgo *possunt*. (d) *lautum die* S. M. (e) Vulgo *aqua* deest. *quoque aqua verbenae decocta cum fuerint* G. Valgo *verbena decocta fuerit*. (f) Reliqua om. S. M. (g) Vulgo *foenigraeco*. Goth. *foenugraeci*. (h) *decocta cataplasmabis* Goth.

Thymi acetabulum) Hippiatr. ἑρπυθίμου ὀξύβαφον οἴνῳ δεύντα γλυκεῖ καὶ εὐώδει ὅσον εἰς κοτύλην ἐγχεῖν εἰς τοὺς μυκτῆρας.

Eunuchos) Celsus IV. 24. *quae in podagricis chiragricisve esse consuerunt, ea raro vel castratos vel pueros ante foeminae coitum, vel mulieres — tentant.*

Cap. LIV. (*Orthocola*) Graece ὀρθόκωλος vel ὀρθόκυλλος in contractione nervorum dicitur contraria ratione τῇ ἀγκύλῃ et ἀγκυλώσει, de qua Celsus V. 18. Locum Galeni de ὀρθοκώλῳ habet Foesius in Oecon. Hipp. sub ἀγκύλη. In Hippiatricis p. 262. est: οἱ τὰ γόνατα ὑγρὰ ἔχοντες — καὶ ἀκοπώτεροι δέ εἰσιν ἐν τοῖς ἔργοις τῶν σκληρὰ ἐχόντων, καὶ ὅμοια τοῖς ὀρθοκοίλοις ἢ πασσάλοις λεγομένοις. ubi corrige ὀρθοκώλοις.

omnibus cruribus ante acopo perunctis ab articulis[i]
usque ad genua: quae loca lanis succidis munies et
fasciabis, et ter in die paulatim incedere facies. Si 4
hoc non profecerit, malagmam hanc articulis[i] eius
imponis. Ammoniaci,[2] galbani, opopanacis, medullae
cervinae lib. 2, resinae terbentinae uncias 2, apochy-
matis[l] libram, resinae frixae libram S. oleum vetus
quod sufficiat, lento igne decoques et colabis, impo-
nes in aluta[m] per dies plurimos omnibus pedibus,
donec sani sunt. Sed necessaria festinatio est, quia
sic solent remanere si tardius cura praestetur.[n] Alii 5
vero urendos censent paulatim in articulis, sed raro
etiam prodest ista medicina.*

LV. Animalium ungulae asperitate ac longitudine
itinerum deteruntur et impediunt incessum. Ex tor-

(i) Ita correxit cum Morg. Gesner vulgatum *auriculis*. (2) Vulgo *Armeniaci*. Goth. *Armoniaci*. Recte margo Io. A. Fabricii. (l) Ita margo I. A. F. vulgo. *apocimatis*. (m) Ita corr. Gesn. vulgatum *alutam* Goth. *ablutam*. (n) Vulgo *praestitur* corr. Gesn. *profertur* Goth.

Apochymatis) Ita ex margine libri I. A. Fabricii correxit Gesner vulgatum *apocimatis*. Eadem varietas librorum est infra V. 27. 4. (vulgo III. 28. 4.) et VI. 14. 1. (vulgo IV. 14. 1.) Recte monuit Gesner ex Dioscor. I. 98. zopissam ab aliis ἀπόχυμα dici, οὖσαν διαχυτικὴν, διὰ τὸ ἐν θαλάσσῃ βρέχεσθαι. Sed vulgatam putabat Gesner ex eodem loco defendi. Scilicet Plinius 24. s. 26. *zopissam eradi navibus diximus cera marino sale macerato. Optima haec a tirocinio navium. Additur autem in malagmata ad discutiendas collectiones*. Idem 16. s. 23. zopissam interpretatur *derasam navibus maritimis picem cum cera*. Hinc putabat Gesner recte eandem ἀπόξυμα quasi rasuram navis dici. Sed in Hippiatricis saepius etiam ἀπόχυμα scriptum legitur. Gesneri Thes. L. L. plane has formas verborum adeoque ipsam veram omisit.

Cap. LV. *Deteruntur*) Subterere Cato et Columella dixerunt; subtriginem dicere licebit vitium, ut intertriginem. L. Rusio c. 528. *subiattura o sobattitura*, Iordanus Rufus c. 54. *subatuto sotto la suola del piede* vocavit. In Hippiatr. p. 254. est ἐπὶ ὑποτρίψῃ ζώων, ubi collectiones soli ὑποθλάσματα dicuntur. Vnde apparet, quae p. 240 seqq. leguntur περὶ θλάσματος, ad eundem morbum pertinere.

tura[a] quoque, si in aspero vel lapidoso itinere iumenta coguntur ad cursum, indignationes oriuntur. Postremo etiam si nulla causa praecesserit, otiosa in stabulis ex collectione humorum incipiunt claudicare.
2 Oportet[b] autem solum ungulae celeriter aperiri, ut per inferiores partes apostemata digerantur,[c] ne eruptionem super coronulas faciant, et difficile ac tar-
3 dius[d] cura procedat. Cuius haec sunt signa: Pedem priorem planum (non[e]) ponet; quod si suspendere videris gressum, ut diligentius intelligas causam, ungulam subradis, et locum quem videris nigriorem, digito pulsabis, si cesserit in dolore, et maturum
4 fuerit, aperies, et saniem emittis. pendiginem circumcides ad vivum. ex oleo roseo et aceto et sale cum

LV. (a) *contusione* S. M. voloiloe *contorsione?* Est graece *στρέμμα, χάλασμα*. (b) *oportet — procedat* omittit S. M. (c) Ita Goth. pro *apostema digeratur*. (d) *tardior* Goth. sequens *cura* om. S. (e) *non* addidi. (f) *cal-*

Super coronulas) Apsyrtus p. 241. εἰ δὲ συμβαίνει τὸ θλᾶσμα ἀναῤῥῆξαι εἰς τὸ ἄνω, τουτέστι παρὰ τὴν ἔκφυσιν τῆς ὁπλῆς, ὃ μάλιστα συμβαίνει τοῖς σκληρόποσι τῶν ζώων. Fistulam hanc coronarum vocavit et pinxit Gibson II. tab. IX. Hippiatrica p. 254. ὁ δὲ στερεόπους ἂν ὑποτρίψῃ. φλεβοτομείσθω ἐκ τῶν μεσοκυνίων, ἵνα μὴ φλεγμαινόμενον ἐν τῇ στεφάνῃ περίῤῥηξιν λάβῃ· ἄθετοι δέ εἰσιν ἐν αὐτῇ κεντήσεις. αἰτιῶνται γὰρ τὴν ὁπλήν.

Planum non ponet) Negationem Gesnerus ex III. (vulgo II.) 54. 1. addendam esse recte monuit; idem priorem pedem interpretatur partem pedis priorem seu anteriorem. Quod mihi non placet. Nam equus, cum vitio pedis non laborat, totum planum ponit. Igitur quaedam verba excidisse suspicor. Apsyrtus Hippiatr. p. 240. θλάσμα pedum posteriorum his ipsis signis, anteriorum difficilius et serius agnosci ait: ἄκρῳ τῷ ὄνυχι ἐπιβαίνει. Sic et Hierocles p. 241. ubi signum addunt θερμὴν τὴν ὁπλὴν, i. e. ungulam calentem; quae h. l. excidisse cum verbis aliquot videtur. Vna voce θερμοπλᾶν eundem pedis morbum significavit Apsyrtus p. 253. cf. idem p. 163. Vide Hesychius: θέρμοπλα· ἵππου νόσημα περὶ τοὺς πόδας. ubi Is. Vossius ex Hippiatricis MSS. laudavit Caput περὶ θερμοπλήσεως p. 100 et 101. Ceterum *plenum* malebat Gesner; male. Sic est *ungulas planas ponere* Cap. 54. 1. Deinceps. Goth. omittit *si* ante *suspendere*.

Pendiginem) Similis est locus Hippiatr. p. 264. de pede torto: τὸν ὄνυχα κάτωθεν τῇ σμίλῃ ὑπότεμνε — εἰ δὲ καὶ πλέον εἴη τὸ κρεμάμενον, τέμνε μέχρι τῆς ζώσης σαρκὸς etc.

stercore ipsius linteola imponis, animal calceabis,[f]
tertio die solvis. si caro excrescit, gramen decoques
cum oleo et impones. Si videris carnem ipsam ni- 5
grescere, inspicies ne aliquam fracturam habeat,
neque[g] clavum aut lapidem acutum, aut spinam.
propter quod fomentis et resina utaris, ut possit
educi. Cum purum videris vulnus, traumaticum im-
ponc. Post quod adiieies fuliginem siccam. Cum 6
autem compleveris curam, resinam remissam[h] et sul-
phur imponito. Quod[i] si adhuc in alto apostema fue-
rit, hordeum vel fabam in aqua decoques, et exinde
fomentabis, ut exinde ad maturitatem possit adduci.
Subtritos pedes fomentabis aqua calida, axungiaque 7
veteri perunges. deinde testa candenti decoquis, oleo
post et sulphure pariter contrito lamina[2] candente
leviter ures[l] per triduum. Si vero contuderit, san- 8
guinem de corona emittes, et calida fomentabis,
axungia veteri perunges, ovinum quoque stereus cum

ciabis F. S. *canciabis* S. M. *calcabis* Goth. (g) *aut* S. M. (h) *tenuissimam* S. M. (i) *quod — fuerit* om. S. M. (2) Ita pro *lana* Gesner ex III, 4, 38. III, 4, 8. (l) *inures* Goth.

Stercore) Si nimius sanguis effluat, Hippiatr. iubent eadem facere et τὰς ἁρμονίας σὺν τῷ ὄνυχι μετὰ ὀθόνης καταδεσμεῖν.

Excrescit) Hipp. εἰ δὲ ὑπερσάρκωσις γένηται. Huc pertinet locus Laur. Rusii cap. 127. *Suole venire sotto la ungia del piè nel mezo de la sola una offensione fatta da qualche ferro ò osso ò pietra ò legno ò altra cosa simile che gli entri in sino al tuello — vi viene nascere una certa carne soverchia — a guisa di un fico secco — chiamato volgarmente lo fico.* Ita plane etiam Iordanus Rufus cap. 53. ex Iordano Crescentius IX. c. 56. *de morbo qui dicitur ficus.* Gibson II. p. 438. hoc vitium descripsit sub nomine cancri pedum et germanice *Feigwarzsen*, pinxit in tabula X. Pulmunculum mox dicet Vegetius cap. 56. φοίνικας Hippiatrica.

Testa candenti decoquis) In Hippiatricis p. 254. est: καὶ ἐπ' ὀστράκου ζέοντος ἀποτίθεσθαι μέχρις οὗ πρᾴως ἐνέγκῃ. λοιπὸν δὲ μετὰ ταῦτα σκορόδῳ καὶ θείῳ λελειωμένοις χρῶ ἐπικαίων σιδήρῳ ζέοντι ἐπὶ ἡμέραις τρισί. Vnde legendum h. l. *allio* pro *oleo*. Vide mox ad Cap. 58. sect. 2.

Contuderit) Forte hoc proprie Graecis θλάσμα dicitur.

aceto permiscebis, et imponis, quamvis alii caprinum efficacius credant.

LVI. Si iumentum ad aperturam pulmunculum fecerit, scias totum solum, hoc[a] est assem, hac ratione tollendum. ungulam subradis, deinde inter commissuram calcis et assis in circuitum incidis, sublevabis a parte priore, et solum calcis retroversus expelles; ubicunque pulmunculus fuerit, radis ad vinum, et adiicies linamentum[b] ex oleo et aceto et sale et stercore ipsius [imponas] et calceas, tertia
2 die solvis et tollis. post hoc fomentabis:[c] farinam hor-

LVI. (a) *hoc cum hac* S. M. *in aperturam — totum hoc osse a se hoc* Goth. (b) Vulgo *lanam*. S. M. *liniincntum*. Goth. *lavamentum*. (c) *ferruminabis*

1 Cap. LVI. *Pulmunculum*) Infra c. 61. de dorso est *pulmunculus*. In ungula φοίνικας habent Hippiatrica p. 241. quod idem vitium esse docent, quae de θλάσματι pedum praecedunt, et quae sequuntur: τὰ δὲ θλάσματα μάλιστα τοῖς ὑποζυγίοις καὶ νωταγωγοῖς συμβαίνει ἤτοι ἡμιόνοις καὶ ὄνοις, ἐξ ὧν θλασμάτων οἱ φοίνικες ἐν ταῖς ὁπλαῖς μᾶλλον ῥᾳδίως γίνονται. Forte a palma fuit *palmunculus*. Idem vitium supra cap. 55. s. 4. carnem excrescentem dixerat, ubi *ficum* a Iordano, Crescentio et Rusio vocari admonui.

Sublevabis a parte) Similis est locus I. 26. s. 2. de sanguine e solo pedis mittendo: *totum ungulae solum in circuito scalpello circumscribes, ut a corona ungula* (*ungulae* S. M.) *sublevetur ex parte, tunc circumcisorium inseres inter unguem et solum, et cum bene elimpidaveris* etc. quae quidem non magis intelligo quam hunc locum nostrum. Tandem reperi, quod lucem mihi aliquam afferret. Crescentius enim IX. c. 53 *de dissolutiva ungularum* sic tradit: *Si vero humores decursi ad pedes actione infusionis iam dictae inter ungulas ex incongrua cura fuerint antiquati, oportet pedes claudicantes penitus desolari — incidatur ergo subtus ungula circa extremitatem ungulae rosvecta,* (vide ad I. 26. s. 2. notam) *deinde violenter extremitates ungulae extirpentur extrinsecus.* Quae duxit ex Iordano cap. 56. *delle dissolature*: similiter Rusius cap. 130. *delle dissolature de l'ungie — taglia con una rosneta la sola del piè sotto la ungia di ogni banda circa la estremità del giro; poi rivolta la suola del piè la estirperai à forza da la parte di fuora.* unde facile sensum verborum Vegetii intelliges.

Lavamentum) Ita vulgo legitur; correxi cum Morgagno Epist. III. sect. 14. hic et postea sect. 2. ubi erat *liniamento*. Sic cap. 55. sect. 4. *ex oleo roseo et aceto et sale cum stercore ipsius linteola imponis.* Unde apparet, sequens *imponas*, a Gesnero recte inclusum, a varietate in margine posita ortum esse.

deaccam, resinam et acetum decoques, per triduum impones; hoc enim medicamento etiam fracturam curabis, si frequenter apponas. post etiam traumaticum cum linamento[d] impone, et cum corpus fecerit, corium mali granati et bitumen Indaicum ex aceto decoques, et impones triduo, et cum solveris, iterum impone, donec obdurescat in cornu.[e]

LVII. Si exungulaverit iumentum, cura difficilis, sed profutura, si non egebit industria: papyrum candelarum purgatam subtiliter carpis, intingis in ovi crudi albumento, circa nudatum pedem in circuitum pones, panno et fasciolo superligabis, post diem tertium solvis, fomentabis farina frumentacea, resina, aceto et melle pariter decoctis, interdum lomentum pro farina mittis. Si vulnus non erit purum, vino 2
tepido lavabis, linamenta[b] cum melle impone: cum purgaveris,[c] traumatico uteris. Cum autem duxerit cicatricem, corium fabae[d] cum pelle cervina combures, ex melle temperabis, addito pulvere bituminis Indaici et mali granati cum aceto: alternis diebus medicamentum renovabis, donec cornu ungulam faciat. Ad ultimum sparteam[e] veterem contundes, ex aceto in olla nova decoques, ex quo ungulam obdu- 3
rescentem obvolves, et ad plenam revocas sanitatem. Si suffusiones pedes patiantur, ficus siccas cum sale pro aequa parte contunde,[f] et ungulis impone.

S. M. (d) Vulgo *liniamento.* (e) *corium* S. M. Paulo ante *solvit* G.

LVII. (a) *Iumentum* F. *stercus* S. M. quod recte reiicit Rhodius Lex. Scribo. h. v. (b) Vulgo *liniamenta.* (c) Vulgo *purgaverit.* cf. cap. 60. lit. e. (d) *fove cum melle quod vino coniungis*, et S. M. *favae cum melle cum vino* G. (e) *sparciam* edili a. G. (f) edili a. G. *contonde.*

CAP. LVII. *Si exungulaverit*) Hoc accidere gregalibus equis in podagra, narrat Aristoteles H. A. VIII. 24. ὅταν δὲ ἀποβάλλωσι, πάλιν φύουσιν εὐθύς. γίνεται γὰρ ἅμα τῆς ἑτέρας ὑποφυομένης ἡ τῆς ἑτέρας ὁπλῆς ἀποβολή.

LVIII. Animalibus exiguae[a] ungulae crescunt, vel attritae reparantur, si allii capita 7, rutae[b] manipulos 3, aluminis tunsi et cribrati uncias 7, axungiae veteris pondera 2, stercoris asinini plenam manum commisceas ac decoques et utaris. Prudentius consilium est, pedum tueri sanitatem, quam passionem curare. Corroborantur autem ungulae, si iumenta mundissime et sine[c] stercore vel humore stabulentur,
2 et roboreis pontilibus[d] (stabula) consternantur. Articuli quoque vel suffragines post iter calido[e] foveantur vino. Naturaliter autem molles ungulae solidantur, si hederae seminis duas partes et aluminis rotundi unam partem pariter contundas, et calceatis[f] pedibus per multos dies inducas. Item subtritis pedibus prodest, picis liquidae selibram, aceti heminam, salis libram, hederae foliis quantum sufficit pariter contundis, et laboranti quotidie pedes pe-
3 runges. Mollissimae ungulae hoc uno medicamine, quo potentius nihil est, assolent indurari. lacertum

LVIII. (a) *exungulae* Goth. (b) *ruti* F. *ruti manip.* 4. Goth. (c) *et* ex Go. addidi; *sine* om. S. (d) Ita pro *pontibus* Goth. et coniecerat Gesner. *stabula* de meo inserui. (e) *calida fov.* et *vino* S. M (f) *calciatis* a. Gesn.

Cap. LVIII. *Decoques*) Regula et temporum consecutio postulat, *decoquas* scribi.

Plenam manum) Hippiatrica p. 255. σκορόδων κεφαλὰς τρεῖς, πηγάνου δεσμὴν, στυπτηρίας κεκομμένης γο ἓξ, ἀξουγγίου παλαιοῦ λίτρας β. κόπρου ὀνείας δράκα etc. Est ergo δρὰξ plena manus. Cf. II. 28. vulgo I. 50. s. 29.

Stabula) addidi de meo. Columella VI. 30. de eadem re: *si aut stabula roboreis axibus constrata* etc.

Calceatis pedibus) Hippiatrica p. 255. κισσοῦ σπέρματος μέρη δύο στυπτηρίας στρογγύλης ἓν λειώσας τοῖς ὄνυξι πρόσαγε ἄχρις οὗ ἀνάσχηται· καὶ μετὰ τοῦτο σκόροδον καὶ ἄσφαλτον ἅμα λειώσας ἐν πλατεῖ σιδήρῳ ἀποθέμενος ζέοντι πρόσκαιε ἐπὶ ἡμέραις τρισὶ. Pedes scilicet postea calceantur, ut in alio medicamine Hippiatricorum ibidem.

Lacertum) Hippiatrica pag. 296. ἐλαίου ξέ. γ σαύρας τὰς χλωρὰς καθεὶς εἰς τὸ ἔλαιον δύο που ἢ καὶ τρεῖς καὶ πωμάσας τὴν χύτραν καθέψησον ὡς κατακαυθῆναι τὰς σαύρας εἰς τὸ ἔλαιον, καὶ ἐξελὼν τὰ ὀστᾶ αὐτῶν ἐπίβαλλε ἀσφάλτου λείας γο. στ. πίσ-

vivum viridem in ollam novam mittis, adiicies olei
veteris libram 1, aluminis scissi (bituminis)[g] Iudaici
selibram, cerae libram, absinthii tunsi selibram, et
decoques cum lacerto. Cum fuerit resolutum, ca-
lentia universa colabis, abiectisque ossibus et pur- 4
gamentis liquatum medicamen in ollam remittes, et
cum ungues indurare volueris, ungulam subradis,
et factum unguentum in cannam viridem mittes,
adhibitis carbonibus, prope fervens per cannam in-
stillas ungulis: provisurus ne coronam tangas aut
ranulas,[h] sed[i] his exceptis, in solo et in circuitu so-
lidaturus ungulam confricabis. Memineris autem
ungulas excrescendo renovari, et ideo interpositis 5
diebus[2] vel singulis mensibus talis cura non deerit,
per quam naturae emendatur infirmitas.

LIX. Animalium dorsa ut laboris plurimum sen-
tiunt, ita diligentius sunt curanda.[a] Exceptis enim
his, qui deputati sunt circo, reliquum mulorum,
equorum asinorumque genus sub sellis aut sagmis
solo tergo praestat officium. Vnde laudabilior in-
dustria est, quae incolumitatem tuetur, quam quae
cupit laesa curare.[b] Nam diligentia defendit a vitio,
si centones vel saga primum sufficientia deinde mol- 2
lia imponantur, et lota[c] atque ad tempus diligenter
excussa, ne aliquid sordium[d] aut asperitatis inhae-
reat, quod sub pondere inulceret[e] pellem. tunc[f]

(g) *scissi* ex Goth. addidi; deinceps *bituminis* de meo et Gesneri coniect. inserui. (h) *ramulas, quae excrescendo renovantur* S. M. (i) Ita pro *si* Goth. et coniec. Gesner. (2) an deest numerus? Gesn.

LIX. (a) *servanda* S. M. (b) *curare* S. M. *cepit* Goth. Vulgo *curari*. (c) *lata* S. M. (d) Ita pro *sordidum* emend. Gesn. (e) *exulceret* S. M.

σης ὑγρᾶς ξε. στ'. στέατος χοιρείου παλαιοῦ λίτρας β. καὶ πάντα συνεψήσας ἱκανῶς χρῶ ἀλείφων τὴν ὁπλήν.

quae sunt minus integra, etsi iterum p. 212. sic leguntur.

sagmarum vel sellarum mensura conveniens et apta qualitas debet adhiberi. Si enim ista minora fuerint vel maiora, angustiora, vel ultra modum lata, vel quae non congruunt, graviter nocent. Hinc enim collisiones, suppurationes apostemataque nascuntur, cum nimis locus inaequali premitur pondere, vel discentes[g] tracturam mercurius aut spina deteritur. Ipsorum[h] quoque ponderum, etiamsi in stratis nulla sit culpa, enormitas nocet, et ideo temperanda est mensura, ne inferat vulnus.

LX. Quod si dorsum sedentis iniuria tumere iam coeperit, in recenti statim mallonem ceparum, id est calamos[a] siccos, unde fasces dependent,[b] in aquam[c] ferventissimam mittis, et aliquamdiu maceratum, calidum super tumorem impones, fascia constringes, vel cordiscum superimpones, una quoque

(f) forte *tum* G. (g) *vel discindens fractus incurrit* S. M. In Goth. est: *locus inaequalis premitur vel distendentes tractaturam.* Vulgo *locis inaequalibus.* (h) Ita Go. pro *pondere.*

LX. (a) *calernos* S. M. *malonem* — *calurnos* G. (b) *rependent* S. M.

Cap. LIX. *discentes*) Lectionem Codd. Sambuci *vel discendens fractus incurrit* Gesner interpretatur coniiciendo *distendens farctura inuritur*, quasi farctura sint centones vel saga clitellis vel sellae substernenda. Melius Conr. Gesner in Equo p. 560. emendabat *vel indecente stratura.* Mercurium iterum nominat VI. (vulgo VI.) 2. Sequens *stratorum culpa* confirmat Gesneri correctionem.

Cap. LX. *Mallonem*) Hippiatrica p. 93. πρὸς τραῦμα νώτου κατὰ ἀπειρίαν τοῦ καθεζομένου γινόμενον· τὸν ἀπόδεσμον τῶν κρομμύων, ἐξ οὗ ταῦτα ἠρτημένα ἐτύγχανεν, τουτέστι τὰ ξηρανθέντα φύλλα εἰς θερμὸν ἐμβαλὼν καὶ ζέσας ἐπίθες ἄνω τῆς φλεγμονῆς τοῦ ζώου ἕως θερμὰ εἴη καὶ ἐπίδησον μετὰ φασκίας, ἢ εἰ βούλει καὶ αὐτὴν τὴν σέλλαν τῷ ἵππῳ ἐπίθες, ὥστε μίαν ἡμέραν καὶ νύκτα οὕτω μεῖναι. Vides, cordiscum esse sellam. Ceterum eadem supra II. 35. (vulgo I. 63.) verbis variatis leguntur, ubi est: *mallonem ceparum sive ipsas cepas — una nocte omnis aufertur inflatio.* Vnde apparet, vitiosum esse h. l. *palpabitur.* Mallo est coma. Vide Cangium h. v.

Cordiscum) Crescent. *folia caulium cum axungia porci trita superponantur, et sella vel panellum supponatur, ut prematur medicina super ipsum coriu continue — ad idem valet cinis suppositus cum oleo agitatus.* Gesner

nocte manere patieris. absque suppuratione palpabitur tumor. Quod si clavum fecerit, farinam hor- 2
deaceam cum foliis caulium contundis pariter, et tepidam impones. Cinerem quoque cum oleo miscebis, et inducis, quam diu clavus cadat: cum ceciderit, lipara[d] utere cum minutissimis pannis, vel mel cum linteolis: cum ulcus purgaveris,[e] Lycio[f] percurabis.

LXI. Si pulmunculus natus fuerit in dorso, difficile est eum medicamentorum appositione[a] siccari: sed si parvulus fuerit, cautere et praecipue cuprino aperiendus est, ut sanies quam collegerat,[b] egeratur: tunc curandus est, sicut moris est usta curari. sed commodius est, pulmunculum decussatim[c] ferro secare et eximere, ita ut pellem admodum praecidas, ne cum cicatricem duxerit, inveniatur epidermis:[d]
oleum, acetum et salem continuo addis in plagam, 2

(c) *quam* S. sph. (d) *lyppara* F. *lippara* G. *lyppa* S. M. (e) Ita pro *purgaverit* S. M. *curaberis* Go. pro eo habet. (f) *licio* edd.

LXI. (a) (*curare vel*) ins. S. (b) *colligerat* edd. a. G. *quam collecturam fecerit* G. (c) *densatum* S. M. (d) *epidarmus* F. *epideriderinus* S. M.

in Indice interpretatur *fascia constringere*, *cordiscum imponere*, et derivat a chorda. Sed Glossae veteres ἐφίππιον interpretautur *scordiscus*. Vide de scordisco Turnebi Advers. XXIV. 3. et Cangii Glossar. Latin. h. v. L. Rusio in cura huius vitii posuit: *poi li poni a sella ò pannello e cegnalo stretto, in modo che venghi a premersi verso il corno.*

Clavum fecerit) Vitium hoc *cornu* vocat Albertus XXII. p. 218. b. *quod corium in carne dorsu vel sola caro antea laesa videantur sicut cornu indurata.* Crescentius IX. 27. similiter et L. Rusio cap. 80. p. 42.

Minutissimis pannis) L. Rusio: *empi la piaga di stoppa ben minuzzata e avolta tutta in polve di calce viva e mele.*

Cap. LXI. *Pulmunculum*) Hippiatrica p. 93. εἰ δὲ πνεύμονα ποιήσει τοῦτον σιδήρῳ ἀπότεμνε καὶ ἐπιτίθει ἀφόδευμα ἵππου μετὰ ἐλαίου καὶ ὄξους καὶ ἅλατος φρυκτοῦ. Albertus Magnus p. 218. a. *raduncculum* vocat. Crescentius IX. 28. hic morbus dicitur laesio pulmonis vulgo. Cura a utroque diversa adhibetur. Iordanus Rufus cap. 22. *polmone della schena*, Laur. Rusius c. 81. *polmone ò polmoncello* vocat.

Epidermis) Puto esse, quam Graeci medici vocant ἐφελκίδα: ulceri obductam crustam, ut Celsus vocavit.

et ne nimius sanguis erumpat, stercus ipsius vulneri superponis, et colligabis; die tertio,[e] folia caulium tunsa cum oleo et aceto imponuntur per dies quinque. Cum iam ducere cicatricem coeperit, Lycio[f] curabitur.

LXII. Si vero fecerit vulnus, indulgebis otium, ut diligentius[a] curetur, et recepta sanitas confirmetur induciis, nec imponendus est labor, qui rescindat adhuc teneras cicatrices. Sanatur autem[b] ulcus, si gallas Syriacas combustas cum melle superimponas. Pulveres quoque corticum pini et florem[c] calcis vivae aequo pondere miscebis, et vulneribus inspergis.
2 Pilulas quoque cypressi tunsas et cribratas, et cortices quercus tritos et in pulverem redactos mittis. Praeterea ossa sepiarum et testas etiam ostrearum in pulverem rediges, et aerei quoque vasis fuliginem pariter miscebis, quae bene tunsa si frequenter asperseris, siccatum vulnus ducet celerius cicatricem.

LXIII. Quod si pili tardius crescunt, vivam testudinem supra sarmenta combures, et cineres eius in novum cacabum mittes, additis unciis 3 aluminis crudi, medullae[a] cervinae quod sufficit, et[b] vino infuso decoques, et diebus plurimis imponis. revo-

(e) *postero* S. M. (f) *licio* edd. ante Gesn. hic et cap. antec. *lotio* Goth.
LXII. (a) *et* ins. S. (b) *omne* S. M. (c) Vulgo *flos*. Deinde pro *ostrearum* Goth. *bestiarum*.
LXIII. (a) *etiam* ins. C. (b) *ex* C. (c) *faba combusta* C. (d) *ficuum*

Cap. LXII. *Gallas*) Hippiatr. p. 93. εἰ τραῦμα ἐν νώτῳ σχῇ. κηκῖδας συριακὰς τρίψας καὶ μέλιτι ἀναδεύσας τῷ τραύματι ἐπιτίθει.

Cap. LXIII. *Vivam*) Goth. *vivas testudines feminas combures*. Hippiatrica p. 168. χελώνην ἐπάνω κληματίδων καύσας κἀκεῖθεν ξηρίον ποιήσας ἐν χύτρᾳ καινῇ ἔμβαλλε, πρόσμιξον δ' αὐτῇ καὶ στυπτηρίας ὠμῆς γο. γ', οὐ μὴν ἀλλὰ καὶ μυελοῦ ἐλαφείου τὸ ἀρκοῦν μετὰ οἴνου λειώσας τῇ χύτρᾳ ἐπίβαλλε καὶ ἐπίχρισον ἐξ αὐτοῦ ἐπὶ ἡμέραις πολλαῖς, καὶ οὕτω ποιήσεις αὐτὰ αὐξηθῆναι.

Revocare pilos) Goth. *renovare creditur*, omisso *pilos*.

care pilos creditur. Pulvis de fabis[c] combustis vel de lupinis crudis vel de foliis fici[d] combustis, sevo[e] commixtus superponitur[f] assidue. Quod si nulla praecedente causa decidunt[g] pili, spicam[h] nardi et uvas passas pariter tundes, et ex[i] aceto decoques, calidumque medicamentum glabro[2] corpori impones.

LXIV. Si album pilum nigrescere cupias, atramenti sutorii[a] scrupulos 7, rhododaphnes[b] succi[c] scrupulos 4, sevi[d] caprini quod sufficit, pariter temperabis et uteris.

LXV. Si e diverso albos[a] pilos facere volueris, cucumeris silvestris radicum[b] libram unam, nitri scrupulos[c] 12, in pulverem[d] coges,[e] heminam[f] mellis adiicies, quibus permixtis[g] uteris.

C. Go. (e) *vino* F. M. *si vino* C. *si vino remixto* Go. (f) *superponatur* C. (g) *decidant* C. Paulo antea Go. *vel si nulla praecedente cum decidunt.* (h) *spicanardi*, *uvas* F. S. nobiscum C. (i) *ex* om. C. (2) *clavorum* C.

LXIV. (a) Ita pro *sutoricii* C. *veteris drachmam* 1 S. M. *atramentis veteris scrupulas* 6 Goth. (b) *odolaphinis* F. S. *rhododaphnis* S. M. *rododafnnis* C. (c) Vulgo *succum. succi drachmas III* S. M. (d) *cepl cparini* F. *sepi caprini* Goth. deinde *reparabis et utaris* idem. *sepi* S. *sibi* C. Vulgo *sebi.*

LXV. (a) *album pilum* C. (b) *radicem* C. (c) *scrip.* C. recte. (d) Ita pro *pulveres* C. (e) Ita pro *cogis* C. (f) *emin.* C. (g) *mixtis* C.

Fabis) Hippiatrica ibid. ἀπὸ θέρμων καυθέντων ξηρίον ποιήσας ἢ φάβατος ὡσαύτως φρυγέντος ἐπίπασσε τῷ τόπῳ.

Spicam nardi) Hippiatrica l. c. ναρδόσταχυν μετ' ἀσταφίδων συγκόψας ὄξει ζέσον καὶ οὕτω θερμοῦ ὄντος τοῦ βοηθήματος τὸ σῶμα τὸ φαλακρὸν ἀπότριβε.

Cap. LXV. *Sutorii*) Hippiat. p. 469. μέλανος καλλιγραφικοῦ γρά. α΄ ῥοδοδάφνης ξύλου γρά. δ΄. στέατος αἰγείου τὸ ἀρκοῦν συμμίξας καὶ λειώσας ἐπίχρισον. Iam olim. h. l. cum graecis comparaverat C. Gesner Hist. Quadrup. p. 492.

Cap. LXV. *Albos*) Hippiatrica l. c. radicis cucumeris silvestris denarum 4. nitri den. 2. mellis heminam, aequam olei partem miscent. Hordei tosti pulverem in cicatricibus equorum adspersum pilos concolores, non albos, inducere, monet Alexander Aphrodis. Problem I.

VEGETII RENATI

ARTIS VETERINARIAE

SIVE

MVLOMEDICINAE

LIBER QVARTVS.

(VVLGO TERTIVS.)

PROLOGVS

Mulomedicinae me[b] commentarios ordinante,[c] ci-
vium atque amicorum frequens querela accepti[d]
operis continuationem suspendit, deflentium aegritu-
dines mortesque clamosissimas[e] boum, cum magno-
pere peterent publicandum, si quid pro salute tam
commodorum animalium scriptum reperiretur in li-
2 bris. Cedens itaque familiarium honestissimae vo-
luntati ex diversis auctoribus enucleata collegi, pe-

VARIETAS LECTIONIS ET NOTAE.

(a) *Haec praefatio cum quatuor sequentibus capitibus, quae de bobus agunt, constituunt librum IV. Digestorum mulomedicinae in MS. Codice Corbeiensi, in quo tamen et praefatio, et tria capita cum parte quarti desunt. Sed id quod dixi et ex iis quae supersunt, et ex catalogo capitum, qui libro praemittitur, collegimus. Notandum autem est, quae hic in quatuor capita, in codice illo Corbeiensi in quadraginta quatuor capitula dividi.* Haec adscripta exemplo I. A. Fabricii. (b) *me* om. S. M. (c) *ordinanti* S. M. *commendatoris ordinatione* Goth. Idem deinde *continuatione.* (d) forte *incepti* aut *occepti* adeo. Gesn. (e) *damnosissimas boum pro magnopere supplicantium* S. M. suspicatur Gesn. *calamitosiss.* Goth. *magno opere.* Idem post

destrique sermone in libellum contuli; cuius erit
praecipua felicitas, si eum nec scholasticus fastidiat,
et bubulcus intelligat. Maximo[f] autem incitamento 3
mihi fuit ipsorum boum utilitas et gratia, sine quibus
nec terra excoli, nec humanum genus sustentari
ullatenus poterunt. Cuncta igitur legumina sive fru-
menta bobus merito aratrisque debentur: vinearum
ipsarum usus periret, nisi eorum adminiculis subve-
hendis carpenta sudarent. Quid de diversorum one- 4
rum comparatione[g] referamus? dum inter mobilia et
quidquid gravius est absque vehiculis pene reddatur
immobile. Reliqua quoque animalia ipsaeque cohor-
tales aves ex[h] eorum capiunt labore substantiam.
Vnde enim equis hordeum, unde cibum canibus,
unde porcis pabulum dominorum solertia ministra-
ret, ni pararentur boum labore frumenta? Et ne 5
longum faciam, bobus debent alimenta, quidquid
ali potest.[i] Apud alios genus mulorum, apud alios
camelorum, apud paucos elephantorum licet exiguus
usus est: nulla potest natio esse sine bobus. Po- 6
stremo, ut ad providentissimorum virorum scripta
redeamus, quorum firmatur auctoritate,[2] Iustitiam
iumentorum caede violatam[l] derelictis terris ad si-
derum remeasse consortium.[m] Quid potest laudabi-
lius reperiri, quam ut numen[n] aequissimum boum
fugaretur interitu? quod, dum homicidia fierent,
permanebat in terris. Duplicem igitur solicitudinem 7
oportet impendi, ut sanitas incorrupta maneat, et

libellum addit *parvissimum*. (f) om. hinc ad *s*. 6 S. M. (g) *comportatione* Morg. IV, 24. (h) *et* F. (i) *potest aptius. Alias* Goth. (2) Ita vulgatum *auctoritas* correxit Morgagni qui praeterea *horum* malebat. (l) Ita correxit Gesner vulgatum *violenta*. In Goth. est *iustitia — violentam — laudabile*. (m) Ita vulgatum *consortem* correxit Morgagni. (n) Ita cum Morgagni scripsi pro *nomen*.

aegritudo, quae ex casu vel negligentia sive labore contracta est, competentis medicinae curetur ratione.

I. Vt longaevi et sani sint boves, bubulcum convenit providere [a] vel dominum, quatenus frigoribus calidissimo [b] cubili muniantur, et si fieri potest, sem-
2 per foco vicini sint boves. Quodam [c] enim beneficio naturali eiusmodi animalibus semper ignis commodum [d] est, sive quod inutilis et pestifer humor exudat, sive conceptum ex pastu vel opere frigus expellitur, sive et [e] flammarum halitu interna [f] curantur.
3 Praesepium oportet exstructum esse diligenter, ne quid pabuli inter pedes animalium pereat. Bovile autem loco sicco [g] statuendum est, assidueque mundandum est, ita ut [h] quotidie pabulum ad edendum inutile substernatur, ut boves siccius et mollius cu-
4 bent. Par [i] quoque studium est, cum boves revocantur ex opere, ut colla eorum ex vino tepido per-
5 fundantur, et diutissime perfricentur.[2] Cum vero de via vel pastu redeunt lutulenti,[l] adhibita, priusquam deducantur [m] ad bovile, aqua diluendi pedes, ne inhaerentes corpori sordes ulcera generent, vel ungulas faciant molliores, vel certe molestiam manducantibus, vel inquietudinem afferant dormituris.
6 Sed [n] hieme omni solertia frigus est prohibendum, velut [o] aestivis mensibus pura aura quaerenda. Per

Cap. I. (a) *praevidere* S. M. *pervidere* — *quatenus* G. in Fabr. et S. est *quatinus*. deinde Goth. *in pastu* — *extrusum diligenter*. (b) *calidissimum cubile muniatur* S. M. (c) *Quod* S. (d) *accommodatus atque utilis est, ut pestifer humor recedat, et frigus excellatur* S. M. (e) *et* S. M. vulgo *in* additur. (f) *interiora curentur* S. M. (g) *calido* S. M. (h) *ut* S. M. et Goth. pro vulgato *quod*. (i) *Parum quoque fastidium* F. S. nobiscum S. M. (2) *fricentur* S. M. ac — *confricentur* Goth. (l) *luculentia* F. S. nobiscum S. M. (m) *induc in ovile* S. M. *in ovile* Goth. (n) *sicut* S. M. (o) *ita* S.

Cap. I. *Lutulenti*) In Samb. margine est: *lentulenti priusquam inducantur in ovile adhibita*, aliter atque inde laudavit Gesner.

diem igitur sub[p] umbra, per noctem sub divo boves stare convenit. Non enim pauciores, si aestuaverint, 7
quam si alserint, colligunt morbos. Praeterea unum ovum crudum cum hemina salis et sextarium vini per singula capita septimo (die)[q] diffundi percommodum est. Iuvat etiam si[r] allium tunsum hircino 8
misceas sevo,[s] herbam quoque verbenam additam deteras, rutam herbam, etiam[t] pollinem inungas,[v] et cum vino per os digeras. Cavendum praecipue 9
est, ne aut cursu nimio aut longo itinere fatigentur, vel[x] (ullis) gravioribus certe oneribus affligantur. nimiam enim lassitudinem sequitur aegritudo, et omne animal est[y] debile, si rumpitur. Aquam qui- 10
dem istius generis animal non requirit nitidissimam, nec usque adeo laeditur, si sordidam biberit. Sed[z] tamen bubulci diligentis[a] est procurare,[b] ut mundam semper et optimam bibant. Maxime autem stu- 11
dendum est, ut competentibus redundantibusque cibariis[c] saturi semper habeantur et pingues. Omnis enim aegritudo exordium sumit ex macie. Exhaustum[d] animal celerius labor frangit, aestus vexat, frigus penetrat. Non solum enim aestivis mensibus 12
pascuum sufficit, nisi[e] frondes diversi generis addantur, et[f] minuat varietas ipsa fastidium. Hieme autem[g] non tantum paleis, sed foeno quoque et hordeo et saepius ervo saginandi sunt boves. Nullus autem 13
uberiores ciborum repudiabit expensas, qui consi-

M. *mensibus auram quaerendum* Goth. (p) *in* S. M. (q) (*die*) ins. S. (r) *si* om. S. (s) *sepo* hic et al. F. (t) *ervi* S. M. (v) *teras* S. M. Deinde *dirigas* Goth. (x) *vel gravioribus fat.* S. M. G. omisso *ullis*. (y) *incipit* S. M. (z) *est* S. M. Paulo antea *laeserit* mutavi ex Goth. (a) Ita scripsi ex conj. Morgagni. Vulgo *diligentius*. Typ. T. *diligentissime* S. M. (b) *praecurare* S. (c) *cibariis saturatos semper habeant* S. M. etiam Goth. *cibariis* inserit. (d) *Vacuum igitur* S. M. Paulo antea Goth. *a macie*. (e) Ita pro *ubi* S. M. (f) *et — fastidium* om. S. M. (g) (*autem*) ins. S. G. (h) Vulgo *sunt*.

derare voluerit, boum per inopiam percutium quam cariora sint[h] pretia.

II. Adversum[a] boum morbos non minor adhibenda
est diligentia quam equorum. nam equinum genus
morbus qui appellatur malleus, diverso genere pas-
sionum migrando[b] per plures contagiones consumit;
boves quoque idem morbus interficit,[c] sed a diversis
diverso nomine vocatur, quem plerumque vulgus acha-
2 num appellat.[d] Hic morbus bovem si quando tenta-
verit, istis agnoscitur signis; erit pilo horridus, et
tristis stupentibus oculis, cervice deiecta, salivis as-
sidue per os fluentibus, incessus pigrior, spina rigi-
3 dior, fastidium maximum, pauca[e] ruminatio. Cui si
inter initia subvenire tentaveris, discrimen evadet:
si per negligentiam adhibeatur tardior cura, vetu-
stioris morbi non potest superari pernicies roborata.[f]
4 Inter exordia igitur taediandi bovi adversus omnes
morbos potio ista succurrerit: tres semis[g] uncias
squillae minutatim concisas, praeterea radices tene-
rae populi[h] effossas et diligenter lotas contundes[i] in
pila, et tria ex iis pondera, addito sextario salis, in
vini septem sextarios mittes, et per septem dies per
5 os bobus singulos sextarios digeres. Quod si toto
anno adversus omnes aegritudines desperatas boves

II. (a) Hic incipere Caput alterum in Codice monuit Samb. igitur vulgarem distinctionem mutavi. (b) Ita pro *emigrans* S M. *migrantem* Go. deinceps *contagione* Gesnerianae ex Samb. correxi. (c) *consuevit interficere* S. M. (d) (*achanum*) addit Samb. (e) *parva* S. M. (f) (*Potio contra omnes morbos boum*) addit Samb. quod fuisse lemma arguit Gesner. (g) *semis* om. S. M. (h) Ita pro *popirum* S. M. *popine* Go. (i) Ante Gesn. *contondes*. deinceps *ex his* Fab. S. *his* Go. idem pro *vini* habet *munici*.

Cap. II. *Vulgus*) Post hoc vocabulum editio Fabri apponit signum lacunae, quam explevimus ex Codice.

Populi) Vide infra ad V. 74. (vulgo III. 75.) notam. Stadus coniiciebat *peponum*.

Pondera) Conr. Gesner corrigebat *pondo*. Idem deinceps pro *stagnare*

stagnare[z] volueris, incipiente vere, id est ab idibus
Februarii, quindecim diebus continuis hanc potio-
nem dabis omnibus diebus, quae usque adeo saluta-
ris est, ut approbatum sit integro anno boves sic
curatos nullius morbi contagione tentari. Talis etiam 6
compositio et morbis resistit, et vires animalium
firmat: folii capparis,[l] folii mirti silvestris,[m] folii[n]
cypressi ana uncias tres[o] diligentissime deteres, in-
fundes in congium aquae, et una nocte sub divo
manere patieris, et inde ieiuno[p] bovi tepefactum per
triduum singulos sextarios dabis, quae potio ad sta-
gnanda animalia quater in anno facienda est ultimis
temporibus veris, aestatis, autumni et hiemis. Mor- 7
bos aegritudinesque depellit. tres uncias baccarum
lauri, gentianae, aristolochiae longae, myrrhae,[q]
betonicae diligentissime detere, et misce cum mero;
ex quo trinas heminas triduo iugiter iumento per os
dabis. Spicae quoque allii tritae cum vino quoque 8
per nares infusae purgant capita iumentorum. Ova
cruda cum melle iumentorum faucibus inseruntur,
atque ita[r] fastidium ac nausea[s] discutitur. Expedit
tamen salem pabulis misceri; marrubium quoque
tritum mane cum oleo vinoque diffundere. Thuris 9
pulverem cum mero sive per nares inieceris, sive
per os dederis, prodest. Nec minores medicinae

(z) *praeservare* S. M. (l) Ita pro *caprinis* S. M. et Go. (m) *ana uncias III* addit S. (n) *foliis* S. (o) *uncias sex* S. M. (p) Ita pro *unoquoque bove tepefacto* S. M. (q) (*enulae*) addit S. (r) *ita* — *discutitur* om. S. (s) *nauseaque* Go. (t) Ita pro *horum* S. M. *hora* pro *horum copia* Golh·

malebat *servare* vel *salivare*. Infra V. 74. (vulgo III. 75.) est in eadem doctrina: *si desperatas valetudines praeoccupare volueris.*

Talis etiam) Haec minus integra habet Columella VI. 4. 1.

Capparis) Ita libri habent, vulgatum *caprinis* Conr. Gesner mutabat in *lupini*, Sladus in *carpini*.

bobus horti[t] copia subministrantur. Nam porros, rutam, apium, et herbam sabinae[v] si quis large deterat et misceat vino, ternasque heminas praebeat
10 ad potandum, aegrotantibus subvenit. Plurimique caulem vitis albae concisam atque serpillum et squillae partem in aqua macerant, ternasque heminas per triduum digerunt; quae potio ventrem purgat,
11 vires quoque[x] confirmat. Ad interna autem curanda praecipue amurca creditur salutaris, si tantundem aquae misceas, et animal bibere consuescat. Sed quia licet sitiat, potum fastidit[y] ignotum, primo cibi asperguntur; deinde aqua exigua portione medicatur, ad ultimum pari mensura miscetur, et usque ad
12 saturitatem sitientibus datur. Quocunque autem tempore, sed maxime aestate, si boves concitentur ad cursum, aut alvus eorum ad perniciem solvitur, aut febriculae commoventur. Natura enim pigrum et labori potius quam velocitati accommodum,[z] vehe-
13 menter laeditur, si ad opus cogatur insuetum. Periculosum quoque est, si ad praesepia sues aut gallinae pervenerint. Nam bos cum gallinae fimum inter pabula sumserit, statim nimio ventris dolore torquetur, inflatusque[a] moritur: cui[b] hac ratione succurri convenit: Apii seminis uncias 3, cimini[c] sextarium[d]

(v) Ita pro *savinae* Gesn. (x) *viresque* Go. (y) Ita pro *fastidiat — potio medic. — pro mensura* scripsi cum Morgagni III. 40. (z) *animal* inseri vult Gesn. (a) (*ipsa hora*) addit S. (b) *si statim hac ratione non succurris* S. M. (c) *Aminei* malebat Gesner. (d) *sextarios sex* S. M. *sextarium semi-*

Horti copia) Ita S. M. Vulgatum *horum copia* Conr. Gesner mutabat in *per illorum inopiam*.

Cimini) Infra. V. 84. 2. (vulgo III. 85. 2.) est *vini veteris sextarius*, et quidem rectius, ut ex Hippiatricis p. 223. docebimus infra. Mellis etiam hemina ibi rectius ponitur. Ciminum hinc tolli et vinum substitui volebat etiam Morgagni, et Gesnerus *Aminei* legendum suspicabatur. Vterque tamen Hippiatricorum locum ignorabat, ubi morbus vocatur ὀρνιθία.

semis, et duas lib. mellis commisces, et tepidum per
os infundes, et tam diu ambulare compellis et con-
frieas manibus plurimorum, donec ventrem potio
moveat. Gisni quoque cum vino deterere, et per 14
os dare creditur salutare remedium. Lixivium quo-
que ex arbore ulmi vel cuiuscumque generis ligni
cinerem, dummodo bene cretum,[e] cum oleo miscere,[f]
et liquidum ac tepidum diffundere per fauces, ad-
versus stercus pullinum[g] prodest. Si autem porcinum 15
stercus bos devoraverit, statim pestilentiam contagio-
nis solius[h] mallei sustinet morbi. Qui cum semel in
gregem vel armentorum vel domitorum incesserit
iumentorum, statim omnia animalia, quae levem su-
spicionem[i] habuerunt, de possessione[2] tollenda sunt,
et distribuenda illis locis, ubi nullum pecus pascitur;
ut nec sibi invicem nec aliis noceant. nam pascendo
herbas inficiunt, bibendo fontes, stabula[l] praesepia:
et quamvis sani boves, odore morbidorum afflante

nis Go. suprascr. *semis*. Idam postea *diffundes*. (e) *cribratum sit* S. M. Vulgo *coctum*. In Go. *decoctum* sed ex correctione *coctum*. (f) Ita Go. pro *miscebis*. (g) Ita pro *plurimum* S. M. (h) *illius* S. M. (i) (*languoris*) addit S. (2) *pascuo* S. M. (l) Ita pro *stabulo* Go. *stabula et* S. sequens *et* om. S.

Gisni) Infra *tres pilulas gipsi*. Noster VI. (vulgo IV.) 8. gisni resoluti pastillum unum habet. Morgagni Epist. IV. 28. recte damnavit gipsum, qui homini et animalibus intus sumtus vitae periculum affert. Coniicit igitur legendum *githi* vel *githni*, et intelligi melanthii capitula cum seminibus. Vulgo autem auctore Sosipatro Instit. Grammat. I. dictum fuisse *gicti* annotat. Infra cap. 8. libri VI. (vulgo IV.) Codex habet pro *gisni* scriptum *gyfru*. Conr. Gesner *folia fici* vel *caprifici* intelligi suspicabatur ex Apsyrto. Glossa Codicis Gothani: *Gismi, id est cimolea.*

Bene coctum) Infra *bene cretum*. ubi Codex *tritum* habet. Cretum seu cribratum h. l. praefert Morgagni, quia et infra cap. 46. est *lixivium quoque cineris diligentissime cretum cum oleo.*

Solius mallei) Haec vitiosa et lacunosa esse, suspicatus sum in Praefatione ad Vegetium.

Stabula) Cf. infra V. 22. 5. (vulgo III. 23. 5.)

depereunt. Vsque eo etiam mortua cadavera ultra fines villae proiicienda sunt, et altissime obruenda sunt sub terris, ne forte ipsorum corporum interna sanorum contingantur et pereant.

1 III. (vulgo II. sect. 16). Vno [a] quidem vocabulo
16 pestilentia appellatur, sed habet plurimas species (et
diversas),[b] quas enumerare non [c] piget, ut facilius
2 ipsa principia a diligentibus intelligi possint. Est
17 itaque humidus (morbus),[d] quoties [e] per os et nares
humor effluit bobus, et fastidium aegritudoque consequitur. Est siccus, quoties [f] nullus humor apparet, sed animal quotidie macescit, et fit deterius, nec iuxta consuetudinem appetit cibos. Est articularis, quoties interdum de prioribus interdum de posterioribus pedibus claudicant boves, cum habeant ungulas sanas. Est et subrenalis, quoties [g] a posterioribus debilitas
3 incipit, et quasi [h] lumbi dolere creduntur. Est far-
18 ciminosus, quoties [i] per totum corpus bobus tuber-
cula exeunt, aperiunt se, et quasi sanantur, et iterum
4 in aliis locis exeunt. Est et subtercutaneus, quoties
19 humor pessimus in diversis partibus corporis [k] bobus
erumpit et decurrit. Est elephantiosis,[l] quoties velut scabies minutae pustulae circa nares vel collum exeunt [m] ad similitudinem lenticulae. Est et insania,[n]

XXIII. (a) Novum Caput cum Codd. Sambuci exordior, quod ibi inscribitur: *De speciebus pestilentiae boum.* (d) (*diversas*) add. S. equidem adiunxi *et.* (c) Ita pro vulgato *non licet* (*vel riget*): *facilius* scripsi ex coniect. Gesneri. (d) Ita pro *humor* scripsi ex coniect. Gesneri. Lemma Corb. *signa morbi humidi.* (e) *quotiens — defluit* Go. (f) *quotiens* Go. (g) *quotiens* S. (h) Ita pro *appareat et quia* S. M. (i) *quotiens* S. (2) (*per corium*) addit S. (l) *elephantiotes* S. M. *elephantiosus* Go. (m) Ita S. M. pro *cicatrices exeunt extra corium et ad.* (n) Ita S. M. pro *Est mania.*

CAP. III. *Est et insania*) Eandem infra V. 22 (vulgo III. 23.) alienatum, maleum, orabum vel arabum aut aridum in equis vocat et iisdem notis designat.

quae refectis bobus eripit sensum, ut nec audiant
more solito, nec videant: ex qua passione celerrime
moriuntur, quamvis hilares pinguesque videantur.
Hi omnes morbi contagione sunt pleni; et si unum 5
animal apprehenderint, celeriter ad omnia [o] trans- 20
eunt; et sic interdum aut integris armentis aut omni-
bus domitis afferunt interitus. Vnde omni studio quae
semel tentata fuerunt segreganda sunt animalia, et
ad ea loca mittenda, ubi nullum animal pascatur; ne
contagione sua omnibus periculum inferant,[p] et ne-
gligentia domini (sicut solet a stultis) divinae impu-
tetur offensae. Evincendi tamen sunt, et exquisitis 6
remediis expellendi acerbissimi morbi.[q] Panacem [r] a 21
seplasiariis [s] comparas. Eryngion autem herba dici- 7
tur, quae in littore nascitur prope undam maris: 22
florem habet quasi aureum vel galbineum; folia eius
sunt quasi folia cardui silvestris, inter arenas littorum
largissime spargit radices: [t] has effodies, et in umbra
siccatas servabis. adversus morbum tam equorum
quam boum plurimum prosunt. Ex quibus potio 8
componitur ista: Radicis panacis, itemque radicis 23
herbae eryngii ternas uncias, seminis quoque foeni-
culi [v] uncias 3 pariter deteris [x] diligenter, addisque
farinae triticeae sextarium, ita ut prius frumentum
frangas et molas: quae omnia de calida fervente con-
spergis, et cum melle vel sapa novenas offas inde

(o) *plura* S. M. (p) Vulgo *generet.* S. M. *inferat.* (q) *expellendi. Quamvis acerb. m.* (*variis expensis curantur.*) Samb. (r) Hinc ad finem sect. 7. omitt. S. M. (s) Ita pro *supplassariis* Gesn. scribi volebat. (t) *Spargi-* pro *spargitur* dedit Goth. *radices* addi voluit Gesner. (v) Ita pro *foeni* S. M. (x) Vulgo *deteres.* (y) Ita S. M. pro *offas singulis diebus digeres.*

Panacem a sept.) Ita vulgatum *supplassariis* corrigi voluit Morgagni.

Spargit radices) Compara locum supra. 17. 14. plane geminum, ubi tamen species variantur.

Frangas) Columella: *fricti ac moliti tritici farina.* In Goth. est. *frangas et sic moles.*

9 21 dabis[y] singulis bobus. Praeterea sanguinem marinae testudinis colliges, et cum vino per os dabis. quam quia invenire difficile est, vulgarium testudinum prodesse aestimant. quod utrum bene opinentur,[z] usus viderit. nam auctores de terrestri testudine tacuerunt.[a]
10 25 Pulverem myrrhae[b] et cassiae fistulae, necnon etiam thuris pro aequa parte admisces; ex eo unam semis unciam cum sextario vini veteris in die per nares bovis infundis. Quod medicamentum per triduum
11 26 facies. Morbi quoque quos superius nominavimus amari sunt, et non nisi amaris potionibus superantur.[c] Nam contraria contrariis potionibus curantur ratione medicinae. Ideoque pulverem herbae absinthii et crudorum lupinorum, herbae quoque centaureae vel peucedani aequis ponderibus diligenter misces, et in sextario vini veteris trina cochlearia singulis diebus,
12 27 additis unciis 3 olei,[d] per os dabis. Praesens quoque remedium experimenta docuerunt.[e] radiculam herbae consiliginis[f] (quam alii pulmonariam vocant, alii tantum[g] radiculam) sinistra manu ante ortum solis collige; quia sic maiorem vim habere creditur: tunc[h] ad acum [vel acutum] cuprinum pars auriculae, quae lata est, quasi in circulo signatur, adprematque[i]
13 28 ut rupta cute leviter sanguis exeat. Quod cum ex utraque parte feceris, medium orbiculum perforas ad acum, et in eodem foramine inseres (radiculam),[z] quod [ubi exierit,[l]] omnis pestilentiae virus per

(z) Ita volebat Gesn. pro *opinantur.* (a) Ita pro *tractaverunt* S. M. paulo antea: *testudine prodesse posse* Go. (b) *myrrhae* addidi ex S. et Go. postea *nares bovi* Go. (c) *curantur* S. M. (d) (*singulis bobus*) addit S. (e) Ita S. M. pro *experimentaverunt.* Huc pertinet lemma Corb. *de bubus radicandis.* (f) *cum silig.* Goth. (g) Ita voluit Gesner pro *tantundem. concidundem* Go. (h) verba *vel acutum* varietatem puto, ideo inclusi. *ad acum* est pro *acu.* (i) Vulgatum *adprematque* Gesner mutabat in *adpremiturque.* Go. *designatur acciprum itaque ut rupta.* unde malim *quasi circulo designatur utque premitur.* (z) (*radiculam*) addidi. (l) *ubi exierit*

ipsum defluit vulnus, donec ille solus locus, qui de-
signatus est, putrescat et decidat, atque ita animal
liberetur. Visci[m] folia cum vino trita defunduntur 44
in nares,[n] atque ita singulis bobus sive universis gre- 29
gibus, cum morbum incurrerint, subvenitur. Suffi- 45
menta quoque plurimum iuvant, sulphur, bitumen, 30
allium, origanum, semen coriandri aequaliter[o] misce,
et vivis carbonibus insperge, et cooperta capita[p]
boum supra vas, in quo suffimenta incenderis, diutis-
sime continebis, ut fumus os eorum[q] ac nares impleat,
atque ita ad cerebrum et interna salutare[r] remedium
penetret. Sed et totum suffimentare percommodum 46
est, ut ab eodem morbi[s] pernicies expellatur, et cae- 30
tera pestilentiae contagio[t] non coinquinet. Generalia
igitur remedia adversus morbos generales contagio-
sosque retulimus; nunc adversus valetudines, quae
singulis animalibus accidunt, nec in alia transeunt,
remedia subiungemus.[v]

IV. (vulgo III). Cruditas plurimum nocet; cuius haec sunt signa: crebri ructus, cibi fastidium, sonitus ventris, intensiones[a] nervorum, oculi hebetes: propter quae nec bos ruminat, neque lingua se[b] deter-

inclusi, ut sensum turbantia verba. (m) Vulgo *usci* a. G. (n) (*et sic animal liberatur*) inserit S. (o) *aequal. m. et vivis* ex S. addidi. (p) *capita* voluit addi Gesn. (q) Vulgo *capiat* additur. *caput* S. M. *capit* Go. (r) Ita pro *salutari remedio* S. (s) Ita pro *morbo* Morg. et Gesn. (t) *contagione* Go. (v) *conscribamus* S. M. *subcumbimus* Go.

IV. Hoc capite et sequentibus continentur Columellae 6. c. 6. it. 7 et 8. quorum segmenta ut facilius conferri possint, in margine interiori notanda curaverat Gesner. (a) *contractiones* S. M. (b) Ita pro *linguam det.* Morg.

Cooperta capita) Vulgo deerat *capita* et deinceps legebatur *fumus. os eorum capiat ac nares impleat.* ubi S. M. pro *capiat* habet *caput*, Goth. *capit.* Scilicet ex *capita* ortum est *capiat*, et ipsum vocabulum suo loco demotum in alienum migravit. Si comparaveris locum plane geminum I. 49. 3. veram emendationem esse agnosces.

git ut solet. Proderit[c] aquae calidae duos congios ut[d] bibi possit digerere per fauces. post quos statim brassicae[e] triginta caules modice[f] decoques, et ex aceto dabis, suspensumque animal ab alio cibo penitus abstinebis.
2 Alii cruditate laborantes clausos in bovili detinent, nec cibos praebent. quibus[g] lentisci et oleastri cacuminum pondera 4 deterunt, et cum lib. mellis atque aquae[h] congio miscent, quae una nocte sub divo mittunt, atque ita faucibus digerunt. Deinde interposita hora, macerati infusique[i] ervi 4 lib. obiiciunt, ab alio quoque cibo vel potione prohi-
3 bent.* Nam si neglecta fuerit cruditas, ventris inflatio intestinorumque subsequitur, exprimit gemitus, cibosque capere non sinit, nec in loco[l] consistere, decumbere et volutari[m] cogit, caudamque frequenter commovet. De experimento medicina est, caudam iuxta clunes resticula vel lino vehementer astringi, vinique sextarium cum hemina olei tepidum dare[n] per fauces, atque ita per mille quingentos passus bovem currentem trahere: si dolor permanserit, ungulas eius secare, et uncta manu per anum fimum
4 extrahere, et rursus agere currentem. Si tardius proficit, tres partes lauri diu conteruntur, et cum duplici aquae calidae dantur. Si[o] ista non valent, myrtae[p] silvestris foliorum duae lib. tunduntur in pila, et duo sextarii[q] ex calida aqua miscentur, ac per vas ligneum faucibus infunduntur. atque ita sub cauda quatuor digitis ab ano percussa vena sanguis emitti-

(c) Ita pro *Prodest itaque ut* Morgagn. *Prodest calidae* S. M. (d) Ita S. M. pro *ubi*. (e) *brassica* F. (f) Ita pro *modicas* Morgagni. (g) Ita pro *praeterea* S. M. (h) *aquae* om. S. (i) Ita pro *macerata infusaque* malebat Gesn. nisi forte alterum vocabulum alterius est interpretatio. (k) Ita pro *prohibeatur* malebat Gesn. (l) *loca* S. (m) Ita pro *volutare* Goth. qui *voluptari*. deinceps *commovere* malebat Morgagni. (n) *dari* — *trahi* malebat Gesn. (o) *Si laurus non adest* S. M. (p) Colum. *myrti*. (q) Ita

tur.[r] Qui cum satis effluxerit, papyro ligata cauda restringitur,[s] post concitatus bos agitur usque dum anhelet. Ante detractionem tamen sanguinis adhi- 5
bentur ista [t] remedia: tribus heminis vini quatuor unciae contriti allii[v] permiscentur, post quam [x] potionem cogitur currere: duae quoque unciae salis cum decem unciis ceparum atteruntur: mel quoque decoctum admiscetur; ex quo facta collyria longiora non parum valida immittunt in anum, ut ventrem resolvant: atque ita bos currere cogitur. Ventris 6
quoque et intestinorum dolor sedatur, si anseres natantes et maxime anates animal aspexerit. Nam anas mulos, etiam equinum genus conspectu sui celeriter sanat. Sed interdum nulla[y] medicina convenit, 7
sequiturque torminum[z] vitium, quorum signum est, si cruentum[a] mucosumque ventrem ediderit. singulare remedium est cupressi baccae[b] quindecim,[c] quindecim gallae diligentissime tritae, et [d] quantum utraeque ponderantur tanti ponderis vetustissimus caeseus,

pro *duae* S. M. (r) Vulgo *emittatur*. (s) Malim *restinguitur*. (t) *ista* om. S. (v) Ita pro *olei* ex S. M. Gesn. *tritici olei* Go. (x) Ita pro *post quae — cogetur* scripsi. (y) Ita pro *in illa* ex S. M. Gesn. (z) Ita pro *omnium* ex S. M. Gesn. (a) Ita pro *excuentum mulosumque* cum Morg. Gesn. *muscosumque* Go. (b) Ita pro *cupressinae* scripsi. S. M. *cupressi baccas et Gaubrae ana XV. bene tritas et tantundem vetustissimi casei.* (c) Vulgo additur: *verbenae.* (d) *et* addidi cum Morgagn. *est utraque ponderantur pen-*

Cap. IV. *Decem unciis*) Columella *decem cepis*, quod praeferendum esse, rationibus physicis et medicis demonstravit Morgagni. Vult enim acritudine salis et ceparum provitare alvum; cui consilio non sufficere videtur ceparum dextans; nec satis longa et crassa inde fieri collyria posse censet vir doctissimus, cui assentior.

Mulos) Malim *mulos etiam et equinum.*

Cupressi baccae) Sequor S. M. cum Colum. concinentem. Vulgatam *cupressinae quindecim, verbenae quindecim gallae*. Morgagni defendebat ex loco Celsi II. 33.

Et quantum) Cum Morg. *et* addidi. Goth. *utraque ponderantur pen tanti.* Voluitne *pendent?* Certe *ponderant* malim.

quibus pariter detritis admiscentur vini austeri sextarii 4, et in potu dantur, ita ut lentisci [e] mixtaque ole-
8 stri cacumina praebeantur. Si venter coeperit fluere,[f] corpus et vires carpit operique [g] inutilem reddit, quia ex cibariis ad medullam [h] bovis nil pervenit, et [i] sic viride per ventrem proiicit quale [2] manducaverit.
9 Quae cum acciderint, prima die a cibo et potu abstinendum est, ita ut [l] nec secunda die bibere permittatur; cacumina tamen oleastri et cannae silvestris, itemque baccae lentisci et myrti dandae sunt; nec post triduum etiam potestas bibendi nisi perparum
10 concedenda est. Sunt qui ex foliis lauri teneris libram 1, abrotanum hortense pari portione deterunt cum aquae calidae 2 sextariis, atque ita faucibus in-
11 fundunt, et [m] pabula quae superius [n] praebent. Aliqui vero 2 lib. ex vinaceis [o] ad focum torrent et conterunt, et cum [p] sextario vini austeri [q] ad bibendum dant, et commemorata [r] saepius [s] cacumina obiiciunt. Quod si neque proluvies ventris erit, neque intestinorum dolor, recusat tamen cibos, et praegravato capite erit: [1] lacrymae quoque oculis et pituita naribus currit, usque ad ossa frons media uratur, auresque

tanti Go. (e) Vulgo *lentisco.* (f) Vulgo sequitur: *et videris egere.* S. M. *et viride quale manducant, prima die* etc. (g) Vulgo *capite plerumque.* (h) Vulgo *medelam.* (i) Vulgo *quod sic videris.* Go. *sic vide.* (2) Vulgo *quam quod.* S. *inquam* dedit. (l) Ita Go. pro *quod.* (m) Vulgo *pabulaque* omisso *et.* (n) *saepius* S. M. (o) *binnnceis* S. M. Paulo antea *aliquanti* Go. (p) *II sextariis* ex Colum. malebat Morgagn. (q) *austeris* a. G. (r) *cummerata* a. G. recte Goth. (s) *superius* malebat Gesn. (1) *est* ma-

Viride) Morgagni corrigebat: *et viridis, et quale manducant, egerere.* Sed dedi lectionem S. M. ubi vulgo erat: *fluere et videris egere corpus et vires capito plerumque inutilem reddit — medelam — pervenit, quod sic videris per ventrem proiicit, quam quod manducaverit.* Scilicet h. l. resecui verba *et videris egere*; deinde ex vulgato *capito plerumque* effeci *carpit operique.* Ex vulgato *medelam* Gesner recte effecit *medullam.* Gesner ita legebat: *si v. c. fluere et viridia egerere, vires carpit operique inut.*

ferro discindantur, sed usturae igne[v] factae ut sane-
scant, veteri urina bovis ipsius confricandae sunt.
aures vero scissae picula[x] oleoque curantur.

V. (vulgo IV. sect. 12). Periculosum fastidium 1
bobus ranulae faciunt, quae aperiendae sunt, et allio
cum sale pariter trito ipsa vulnera confricanda, ut
omnis humor exeat provocatus.[a] Melius creditur,
si ad acutam cannam exseces ranulam. post vino os
lavatur. interposito unius horae spatio virides herbae
vel frondes dantur. Tam diu autem sustentantur
mollibus cibis, donec facta vulnera cicatrices ducant.
Si neque ranula fuerit, et non appetent[b] cibum, al- 2
lium tritum cum oleo naribus infundes.[c]

VI. (vulgo IV.) Bos si febrire coeperit, quod ex 1
venarum inquietudine, et calore totius corporis vel
oris intelliges, una die a cibo est penitus abstinendus,
ita ut postero ieiuno eidem sub cauda exiguum san-
guinem detrahas; atque interposita hora triginta[a]
parvos[b] coliculos[c] decoques, et ex oleo ac liquamine
per os digeres, eamque escam per dies quinque ieiuno
dabis. Praeterea cacumina lentisci[d] vel olivarum,
vel tenerrimam[e] quamque frondem, ac pampinos, si
eodem tempore sunt, praebebis in cibo. Labra quo- 2
que eius deterges ad[f] spongiam, et aquam frigidam
ter in die offeres ad bibendum, ita ut intra[g] tectum

lebat Morgagn. (v) Ita pro *igneae* cum Morgag. Gesner. (x) *pice* Colum.

V. Novum hic caput exordior cum Samb. Codd. ubi inscribitur: *de ranulis oris.* quod monere omiserat Gesoer. (a) *provoc.* om. Go. (b) *appeterent* Go. (c) *et salis et herloancii: nullum similiter naribus digeres.* ubi latent vestigia huius loci Columellae: *vel sale et cunila defricare fauces vel eandem partem allio tuso et halecula linire.*

VI. Eadem suot io Columella 6, 9.

(a) Ita pro *trigesimae* cum Morgago. Gesn. (b) *strignum ex oleo et liquam. coquis et per os.* Go. *coculeos diriges.* (c) Ita pro *aculeos* Morgagni. (d) *lentium* F. *lentis* S. *lentisci* S. M. Geso. (e) Ita pro *tenerrimum quemque* Morgagui. (f) *spongia* S. M. (g) Ita S. M. pro infra. (h) *pastu* F.

bos febriens teneatur, nec antequam sanatus est dimittatur in pastum.[h] Febrientis autem ista sunt signa: lacrymae profluunt, gravatur caput, oculi semiclausi sunt, labra salivis madida, longior et cum quodam impedimento tractus spiritus, frequenter et gemitus.

1 VII. (vulgo IV. sect. 4). Tussis[a] boum non minus
4 diligenter sananda est quam equorum: quae[b] si recens fuerit, sextarius farinae hordeaceae cum uno ovo crudo et hemina passi per os datur ieiuno: gramen quoque concisum tunsumque admixta farina fabae fresae[c] et pollinis lentis sine[d] cortice sextariis duobus aquae calidae miscetur, agitataque diligenter per
2 os diffunditur. Veterem tussim sanant duae librae
5 hyssopi maceratae ex aquae sextariis tribus; quod infusum teritur, et cum duabus partibus farinae lentis[e] miscetur, et per os datur; super quod aqua hyssopi, in qua[f] [decoctum] infusum decoctumque
3 etiam est[g] propinatur ad cornu. Porri etiam succus
6 expressus cum oleo, et ipsa fibra[h] cum hordeacea farina remedium praestant. Radices quoque eius

VII. Novum caput exordior, quanquam Codd. Sambuci a sectione demum 2. novum caput ordiuntur cum titulo: *Ad veterem tussim.* (a) Columella 6, 10. (b) *quae* addidi ex S. (c) Vulgo *frixae.* (d) *sine cortice sext. duobus* addidi ex S. M. Vulgo *lentis sextario.* (e) *lentis* addidi ex S. M. et Go. (f) Ita pro *aqua* S. M. et Gesn. (g) ex S. M. addidi *est.* (h) Ita

Cap. VII. *Fresae*) Vulgo *frixae.* Columella *fresae*, et Plinius 22. cap. 25. fresam laudat ad tussim; quoniam tamen Columella ipse deinde ad tussin laudavit hordeum torrefactum molitum, et Vegetius cap. 65. farinam fabae frixae, capite autem 69. lentem et semen lini et foenigraeci frigere iubet, ideirco vulgatam movere nolebat Morgagni. Verum torrefactum hordeum Columellae est potius ptisana, ut deinceps videbimus. Deinde in loco Vegetii V. 64. (vulgo III. 65.) Codices meliores habent *frisae* seu *fresae*, in posteriore V. 68. (vulgo III. 69.) Codices meliores habent *terere* non *frigere.* Igitur non dubitavi *fresae* scribere.

Decoctum) Morgagni substituit *videlicet.* Reliquas eius emendationes, ex Columella ductas, verbo significavit Gesner in varietate lectionis.

diligenter lotae, et cum farre triticeo contusae, ieiunoque datae, discutiunt vetustissimam tussim. Idem praestat ervum sine valvulis[i] cum ptisana hordei molitum,[2] et cum aqua tepida vel mulsa in fauces salivati more[l] dimissum.

VIII. (vulgo IV. sect. 7.) Suppuratio, quam apo- 1
stema dicunt, melius ferro aperitur quam medica- 7
mento;[a] post, cum expressum pus aut sanies fuerit, sinus ipse, qui eam continebat, urina bubulina calida lavatur, ac linamentis ac stuppis sive linteolis pice liquida et oleo infusis curatur. Quod si colli- 2
gari[b] ea pars, ubi est ulcus, non potest, lamina[c] 8
candente sevum caprinum aut bubulinum stillatur. Aliquanti[d] cum vitiosam partem inusserint,[e] tunc urina veteri humana lavant, atque ita aequis ponderibus picem[f] liquidam cum veteri axungia incoquunt et liniunt.

IX. (vulgo IV. sect. 9.) Sanguis cum ex aliqua ne- 1
cessitate ad pedes venerit boum, claudicationem af- 10
fert. Quod cum accidit, inspicito ungulam, invenies eam ultra solitum calere, et vitiatam partem premi vehementer bos non patitur. Sed si sanguis adhuc super ungulas in cruribus est, ad triduum triti salis perfricatione discutitur. Quod si tantum[a] in ungues 2 11

pro *ipsi febri* Morgagni. (i) Ita pro *si in pabulis* Morgagni. (2) Ita pro *mollitum* Gesn. (l) Ita pro *salivanti ore* Morgagni. *salviat in ore* Go.

VIII. Novom caput mecum exordiuntur Codd. Samb. cum titulo *de Apostemate*. Cf. Columella 6, 11. (a) *quam med.* ex S. addidi. (b) *collui* malebat Morgagni. (c) Vulgo *lana*. Go. *ad lanam candentem*. deinceps vulgo *sepum*. (d) *Quidam vero* S. M. (e) Ita pro *inunxerint* Morgagni. (f) Ita pro *pice liquida* Morgagn.

IX. Novum caput mecum exordiuntur Codd. Samb. *De sanguine qui*

Cap. IX. *Ad pedes venerit*) Columella VI. 12. *demissum*.

Ad triduum) Colum. *assidua*.

Quod si tantum) Ex Colum. *quod si iam* malebat Morg. Forte fuit *quod si tamen*.

descenderit, cultello leniter[b] inter duos[c] ungues aperies, et mundabis deintus, et postea stuppam sale atque aceto infusam applicabis, ac[d] solea spartea pes calceatur, maximeque[e] datur opera, bos ut in aquam
3 ne mittat pedem, sed ut sicce stabulet. Qui sanguis
11 nisi emissus fuerit, famicem[f] creabit, qui suppuratus tarde curabitur. Nam[g] primo ferro circumcisus expurgatur ad vivum. Deinde pannis aceto et oleo et sale madefactis impletur, mox axungia veteri et sevo[h] hircino pari pondere ferro candenti stillantibus[i]
4 curatur, et perducitur ad sanitatem. Si sanguis in in-
12 teriori parte ungulae est, nec aperturam facit, et tamen[k] claudicat animal, extrema ipsius ungulae ad vivum resecantur, et ita emittitur,[l] ac stuppa vel linteolis cum sale et oleo et[m] aceto infusis pes involutus spartea[n] munitur. Mediam vero ungulam ab inferiori parte non expedit aperire,[o] nisi eo loco in quo suppuratio facta est.

4 X. (vulgo IV. sect. 13.) Si claudicat ex dolore
13 nervorum, oleo et sale genua poplitesque et crura confricanda sunt.... calido aceto, et lini semen aut milium detritum infusumque aqua mulsa imponendum est, et spongia quoque ferventi aqua infusa et expressa conspersaque postmodum melle genibus

pedes laedit. Cf. Columella 6, 12. (a) *iam* malebat Morgagni. (b) *leviter* idem malebat. (c) Vulgo *duas*. (d) Ita pro *ad solum; spartea opere* Morgagni. *sporte aperiri* Go. (e) Ita pro *maxime quae datur operantibus, et in aquam non — ubi siccum est ambulet* Morgagni. Goth. *sed ut ficca*. (f) Ita pro *saniem creabit. Quo suppuratio etiam curab.* S. M. *ramicem — suppuratio tarde cur*. S. M. *famicem — Quod suppuratus tarde* Go. (g) Hic librum de cura boum incipit Cod. Corb. (h) Vulgo *sepo*. (i) *stillantibusque* Goth. (k) Ita pro *tantum* Go. postea *resecatur*. (l) Ita pro *remitt*. Go. (m) *et* addidi. (n) *parta* Edd. a. G. (o) Ita pro *aperiri* Go.

Cap. X. *Confricanda*) Lacunam, cuius notam posui ex Colum. supplebis: *donec sanetur. Si genua intumuerint fovenda sunt* etc.

circumdatur, ac fasciis alligatur. Quod si humor 2
est cum tumore, fermentum vel farina hordeacea 14
ex passo aut aqua mulsa incocta imponitur, et cum
maturaverit suppuratio, scinditur ferro, emissaque
sanie, ut supra docuimus, percuratur. Potest etiam 3
radix lilii vel scilla[a] cum sale, vel herba sanguinalis, 15
quam polygonon[b] Graeci appellant, vel marrubium
ferro aperta sanare. Omnis autem corporis dolor,
si sine vulnere est, recens fomentis melius[c] discuti-
tur: vetus autem uritur, et supra vulnus vel butyrum
vel caprina instillatur axungia.

XI. (vulgo IV. sect. 16.) Scabies[a] sanatur trito al- 1
lio defricata: eodemque remedio rabiosi canis sanatur 16
morsus,[b] vel lupini vulnus illatum. Vetus quoque
salsamentum utramque perhibetur plagam curare.
Ad scabiem quoque praesentior medicina ista est: si
cunila[c] bubula sulphurque conteritur, admixtaque
myrrha cum oleo atque aceto decoquitur, et cum
tepescere coeperit, alumen scissum tritum inspergi-
tur:[d] quod medicamentum candente[e] sole illinitum
prodest. Vlceribus gallarum tritarum pulvis insper-
gitur. Succus quoque marrubii impositus cum fuli-
gine sanat.

XII. (vulgo IV. sect. 17.) Infesta[a] pestis est bu- 1 17

X. Novum caput mecum exordiuntur Codd. Samb. *Ad claudicationem.* (a) Vulgo *squilla*. (b) *paluganon* a. G. *pelaganon* Goth. (c) Ita pro *mellinis* S. M. et Go.

XI. Novum caput mecum exordiuntur Samb. Codices *Ad scabiem boum.* Conf. Colum. 6, 13, 1. ex quo Gesner. (a) Vulgatam *scavies anatis trita oleo defr.* correxit Gesner. *scabie sanata* Go. *scabies scabiosa trita* cum S. M. (b) Ita pro *morbus* Gesner et Go. (c) *cumulam bubulam* a. G. (d) *quo ungatur ad solem fortiter* addit S. (e) Ita pro *candentis olei* Gesn.

XII. Novum caput mecum exordiuntur Codd. Samb. *De peste adhaerente.*

Cap. XI. *Lupini*) Morgagni malebat: *lupi* vel *lupinum vulnus*.

Myrrha) Apud Columellam est *amurca*.

bulo[b] pecori, quam coriaginem[c] rustici vocant, cum pellis ita dorso haeret, ut apprehensa manibus deduci non possit a costis: quae res non aliter accidit quam si bos ex languore aliquo ad maciem deductus est, aut sudans in opere[d] faciendo refrixit,[e] aut si lassus[f] sub onere vehementer est infusus in pluvia.
2 18 quae quoniam[g] perniciosa sunt, custodire debemus, ut, cum ab opere redierint boves adhuc aestuantes anhelantesque, vino aspergantur, et offula panis infusa faucibus eorum inseratur.[h] Quod si praedictum vitium inhaeserit, expedit decoquere laurum, et cum calida et oleo et vino spinam dorsumque animalis confricare contra pilum, ac per omnes partes apprehendere pellem, et velut a costis separare. quod
3 19 aut in loco calidissimo faciendum est, aut sub divo sole fervente. Aliquanti[i] feces[2] vini et axungiae commiscent, eoque medicamento tepido post fomentum praedictum utuntur.

4 20 XIII. (vulgo IV. sect. 20.) Est[a] etiam gravis pernicies, cum pulmones exulcerantur; unde tussis et

(a) *Pessima* S. M. (b) *bubalum* F. *bubulum* S. Vulgo *bubulino.* Mecum Go. (c) *maginium* a. G. signum vitii apposuerat F. *maginsum* Goth. (d) Ita pro *corpore faciente* ex S. M. Gesn. *faciendo* Gu. (e) Vulgo *refriguit.* (f) Vulgo *lapsus.* (g) Ita pro *quandoque* S. M. (h) Ita pro *inferatur* Morgagnl. (i) *aliq. utuntur* om. S. M. (2) *fraces vino* malebat Morg.

XIII. Novum caput hinc exorditur S. M. (a) Ita pro *Et cum* ex S. M.

Cap. XII. *Infusus in pluvia*) Hinc ortum nomen eiusdem morbi apud Rusium Cap. 152. *Del cavallo infustico.* Sed is exscripsit Iordanum Rufum, mulomedicum Friderici secundi, qui cap. XII. p. 15. b. edit. Venetae 1563. *cavallo infustito* habet; indidem sua duxit Crescentius IX. 21. ubi pessime editum legitur: *infestatus, quae cognoscitur, quia equus videtur habere collum parum extensum, ita quod digitis vix potest capi vel astringi.* Lege *corium.* Ita enim Iordanus Rufus: *chel se arta la pelle che apena tu la puoi con li deti ne strenger.* Remedia vi ipsa etsi non specie conveniunt cum Vegetianis. Gallicus Crescentii interpres *Infesture* posuit.

Offula panis) In Columella est *adipis.*

macies, ad ultimum vero phtisis invadit, quae ne mortem[b] afferant, radix consiliginis (perforatae[c] auriculae inseritur, et) succi[d] porri hemina pari mensurae olei miscetur, et bibendi sunt cum vini sextario per dies plurimos.

XIV. (vulgo IV. sect. 21.) Nonnunquam et tumor 1
palati ciborum fastidium facit crebrumque suspirium. 21
Prodest palatum ferro aperire ut profluat sanguis, cui ervum sine corio maceratum ad manducandum dabis, viridemque frondem vel quodlibet aliud molle pabulum dum sanetur. Si in opere bos[a] contuderit 2
collum, praestantissimum remedium est, sanguis ab 22
aure emissus. At si id totum[b] in tempore, quae vocatur avia cum sale trita et imposita.

XV. (vulgo IV. sect. 23.) Si cervix mota et eiecta[a] 1
est, considerabimus in quam partem[b] declinet, et 23
ex diversa parte sanguinem detrahimus[c] ex ea vena, quae in aure videtur amplissima, quae sarmento[d] prius verberanda est, et cum intumuerit, ferro aperiatur, effusoque sanguine postero die ex eo loco emittitur cruor, et biduo vacatio operis datur. Tertio 2
vero die levis iniungitur labor, et paulatim ad operis 24
consuetudinem revocatur. Quod si cervix in neutram partem eiecta[a] est, mediaque intumuit, ex utraque auricula sanguis emittitur. Qui si intra[e] triduum, quod bos vitium ceperit,[f] emissus non est, intume-

Gesn. *Etiam gravis pernicies et.* unde posui *est* pro *ut* ante *ne.* (q) *cum* ex Col. addidi et punctum positum post *afferant* delevi. (c) *perf. aur. inseritur et ex* Col. addidi. *Cui* ante *radix* addit Sambucus. (d) Vulgo *succus porri omnium hemina per mensuram.* Go. *omnium* omittit.

XIV. (a) Ita correxit Morgagn. vulgatum *operibus.* (b) Ex Col. legit Morg. *aut si id factum non erit, herba quae vocatur.* In Goth. est *vocatur aviaticum sale tritum.* Vulgo *amati amaticum sale tantum et imposito.*

XV. (a) Ita cum Gesn. scripsi pro *deiecta* ex II. 41. 1. (b) *partem* ex Col. addidi cum Morgagni. (c) *detrahemus* ex Col Morg. (d) Ita S. M. *sarcocata* vulgo. Goth. *sarcocuto.* (e) Ita Goth. pro *inter.* (f) Vulgo *coe-*

scit collum, nervique tenduntur,[g] et ita nata durities
3 iugum non patitur. Tali vitio comperimus aptum
25 esse medicamentum:[h] ex pice liquida et bubula medulla, hircino sevo,[i] (et axungia veteri,) oleo quoque veteri aequis ponderibus compositio[k] incoquitur, qua[l] utendum est cum bos ab opere disiungitur.[m] in piscina in qua bibit,[n] tumor cervicis[o] lavatur, confricaturque diligenter praedicto medicamento, detersaque diluitur.[p] Si ex toto propter tumorem cervi-
4 saque diluitur.
26 cis iugum recusat, paucis diebus requies ab opere danda est, et cervix cum aqua frigida lavanda, et spuma argenti linienda est. Celsus quidem tumenti[q] cervici herbam quae vocatur avia,[r] ut supra dixi, contundi et imponi iubet. Clavorum[s] qui cervicem infestant minor est cura. Nam facile sanantur per
5 ardentem lucernam oleo instillato. Melius tamen
27 est custodire ne nascantur, neve[t] etiam colla calvescant; quae non aliter glabra fiunt, nisi cum sudore aut pluvia cervix madefacta est in opere. Quod si acciderit, pulvere lateritio trito priusquam disiungatur,[v] bovis colla conspergi oportet. Et cum exsiccati fuerint, exinde oleo (iterum) infundi.

perit. (g) *tentantur* Goth. sed punctis suppositis damnat. (h) *quod* addebat Morgagni. (i) Vulgo *sepo*. (k) Ita Goth. Vulgo *impositum concoquitur.* (l) Vulgo *quo*. Goth. *quod*. (m) Vulgo *et in.* quod correxi ex Goth. (n) Ita S. M. Vulgo *quolibet*. Goth. *in ea piscina qualibus.* (o) Ita ex Col. correx. Morg. vulgatum *tumore cervix.* (p) Colum. *desiccatur et illinitur.* (q) Ita S. M. pro *iumenti.* (r) *ama* F. S. *avena* S. M. Correxit Morg. et sic Goth. habet. (s) *Clavorum* addidi ex Colum. cum Morg. et vulgatum *quae* correxi. S. M. *quae — infundi* plane omittit. (t) Ita ex Col. Morg. pro *venae. Etiam — calvescant.* (v) Vulgo *deiungatur.* Morgag. malebat *disiungantur boves.* Idem deinceps malebat *siccati fu. subinde.*

Cap. XV. *Exsiccati*) Codex Florent. a Morgagni III. 25. laudatus: *cum siccati fuerint, vino et oleo infundi.* Hunc igitur sequutus Morgagni recte delet *iterum*, quod inclusi.

XVI. (vulgo IV. sect. 28.) Si talum vel ungulam vomer laeserit, picem duram et axungiam cum sulphure et lana succida involvito,[a] et candente ferro supra vulnus imponito, et ure:[b] quod remedium optimum[c] facit, si clavum calcaverit, aut acuta testa vel lapide ungula pertunditur: quae tamen si altius vulnerata est, latius ferro circumciditur, et[d] ita inuritur ut supra praecepi. Deinde spartea[e] calceata per triduum aceto suffuso curatur. Quod si vomer crus vulneraverit,[f] lactuca marina, quam Graeci tithymalum[g] vocant, admixto sale imponitur. 28

XVII. (vulgo IV. sect. 29.) Subtriti etiam pedes eluuntur calefacta bubulina urina. deinde favillam[a] sarmentorum ferventem calcare compellitur, et pice liquida cum oleo vel axungia cornua eius unguntur. Minus tamen claudicant, si ab opere disiunctis frigida pedes laventur, et suffragines coronaeque ac scissura ipsius ungulae veteri axungia defricentur. 29

XVIII. (vulgo IV. sect. 30.) Frequenter etiam vel ab asperitate itineris, vel in proscindendo duritiae[a] soli, aut obviis radicibus obluctatus convellit armos. 30

XVI. Cf. Colum. 6, 15. (a) *involuta — imposito* Goth. (b) Ita S. M. pro *ungito*. (c) Col. *optime — surculum calc.* (d) *et* ins. Morg. (e) Ita ex Col. Morg. pro *ex parte*. (f) Ita S. M. pro *intraverit*. (g) Vulgo *cyniolam*. Goth. *cimalam*.

XVII. (a) Ante Gesn. *faulla fervente*.

XVIII. Cf. Colum. 6, 16. (a) Vulgo *duritiam — obvolutatus*. Goth.

Cap. XVIII. *Armos*) Mulio saepius coxendices, si credimus Hippocrati de Articulis p. 784. τοῖσι γὰρ βουσὶ τότε ἐκπίπτουσι μάλιστα οἱ μηροὶ ἐκ τῆς κοτύλης ἡνίκ' ἂν αὐτοὶ σφῶν αὐτῶν λεπτότατοι ἔωσι· γίνονται δὲ καὶ βόες λεπτότατοι τοῦ χειμῶνος τελευτῶντος. τότε οὖν καὶ ἐξαρθρέουσι μάλιστα ὅτι πάντων τῶν προβάτων βόες ὅτι μάλιστα πονέουσι ταύτην τὴν ὥρην, καὶ βοῶν ἀρόται, ὅτι κατὰ τὸν χειμῶνα ἐργάζονται· τούτοισι τοίνυν ἐκπίπτει μάλιστα. οὗτοι γὰρ μάλιστα λεπτύνονται· τὰ μὲν γὰρ ἄλλα βοσκήματα δύναται βραχεῖαν τὴν πόην βόσκεσθαι, βοῦς δὲ οὐ μάλα, πρὶν βαθεῖα γένηται. τοῖσι μὲν γὰρ ἄλλοις ἐστὶ λεπτὴ ἡ προβολὴ τοῦ

quod cum acciderit, ex prioribus cruribus sanguis emittitur, si dextrum[b] ex sinistro. Et si vehementius utrumque vitiaverit, etiam in anterioribus[c] cruribus venae solvuntur.

1 XIX. (vulgo IV. sect. 31.) Perfractis[a] vero corni-
31 bus, linteola sale atque aceto et oleo imbuta ponuntur, superligatisque per triduum eadem infunduntur. Quarta die tantum[b] axungia cum pice arida[c] et cortice pini pari pondere imponitur, et ad ultimum cum iam cicatricem producunt, subito[d] infricatur.

XX. (vulgo IV. sect. 31.) Solent autem neglecta ulcera vermes creare, qui[a] si mane ex aqua frigida perfundantur, rigore eius contracti[b] decidunt; vel si haec ratio nihil profecerit, marrubium aut porrum conteritur, admixto sale imponitur; vel calcis vivae pulvis inspergitur, aut cucurbitae viridis succus cum
2 aceto mittitur. Ideoque universis ulceribus picem
32 liquidam, oleum vetus et axungiam oportet adhiberi, et extra vulnera etiam eodem medicamento circumliniri, ne infestentur a muscis, vel vermes creent cum vulneribus insederint.[c]

duritia. (b) Ita pro *dextram — utramque* Goth. (c) *posterioribus* malebat Gesner.

XIX. (a) *praefractis* Col. (b) *tandem* malebat Geso. (c) *liquida* Colum. (d) *fuligo* Columella.

XX. (a) Vulgo *quae.* (b) *contracti* Go. (c) Ita pro *inciderint* Goth.

χείλους. λεπτὴ δὲ ἡ ἄνω γνάθος, βουσὶ δὲ παχεῖα μὲν ἡ προβολὴ τοῦ χείλους, παχεῖα δὲ καὶ ἀμβλεῖα ἡ ἄνω γνάθος. διὰ ταῦτα ὑποβάλλειν ὑπὸ τὰς βραχείας πόας οὐ δύνανται. τὰ δὲ αὖ μώνυχα τῶν ζώων ἅτε ἀμφώδοντα ἐόντα δύναται μὲν σαρκάζειν, δύναται δὲ ὑπὸ τὴν βραχεῖαν πόην ὑποβάλλειν τοὺς ὀδόντας. καὶ ἥδεται τῇ οὕτως ἐχούσῃ πόῃ μᾶλλον ἢ τῇ βαθείῃ. καὶ γάρ τὸ ἐπίπαν ἀμείνων καὶ στερεωτέρη ἡ βραχεῖα πόη τῆς βαθείης, ὅτι καὶ πρὶν ἐκκαρπεῖν τὴν βαθεῖαν· ἀτὰρ καὶ ἄλλως ὁ βοῦς χαλαρὸν φύσει τὸ ἄρθρον τοῦτο ἔχει μᾶλλον τῶν ἄλλων. διὰ τοῦτο καὶ εἰλίπουν ἐστὶ μᾶλλον τῶν ἄλλων ζώων, καὶ μάλιστα ὅταν λεπτὸν καὶ γηραλέον ἔῃ. διὰ ταῦτα πάντα καὶ ἐκπέπτει βοΐ μάλιστα.

XXI. (vulgo IV. sect. 33.) Serpentis quoque ictus 1
mortiferus est bobus; sed et minorum animalium 33
noxium virus. Nam vipera et caecilia,[a] cum in pa-
scuis bos improvide supercumbit, stimulatae[b] morsus
imprimunt.[c] Araneus quoque, quem Graeci myga-
len[d] appellant, parvi quidem corporis, non parvam
solet inferre perniciem. Verum viperae venenum
depellit, supra tumorem, qui inflatur ex ictu, sca-
rificatio ferro facta, ita ut herba, quam personatam[e]
vocant, imponatur trita cum sale. Creditur[f] radix 2
si contusa ponatur,[g] vel siler montanum reperiatur, 34
et trifolium Symonianum,[h] quod confragosis locis
efficacissimum nascitur, odoris gravis, bitumini simi-
lis, propter quod a Graecis asphaltion[i] appellatur,
nostri autem propter figuram acutum trifolium vo-
cant. nam longis et hirsutis[k] foliis viret, caulemque
robustiorem facit quam pratense. huius herbae suc- 3
cus cum vino faucibus infundatur, atque ipsa folia 35
cum sale trita imponantur in plagam. Quod si viri-
dem minime reperiunt, semina eius collecta et trita
dantur ad potandum cum vino. Radices quoque eius
cum suo[l] caule tritae, addita hordeacea farina et
sale, cum aqua mulsa scarificationi superponuntur.
Est etiam praesens remedium, si fraxini cacumina 4
36

XXI. Cf. Columella 6, 17. (a) *celicia* F. S. *cicilia* Goth. (b) Hoc pro vulgato *stimulo* effeci ex Gothano *stimulare*. (c) *Mus* addit Morgagni. (d) Ita pro *migalten* Gesner. (e) Ita pro *personatiam* cum Morgag. Gesn. (f) *cuius efficacior creditur radix, si contusa ponatur vel siler montanum reperiatur trifolium confragosis locis* etc. ex Codice manuscripto nescio quo laudat H. Iunius Epist. apud Crenium Animadv. P. 10. p. 40. Hoc ille argumento usus etiam in Columella *Simonianum trifolium* tollere conatus est. (g) Ita pro *conatur* Gesn. et Goth. (h) *Symonianum* dedit Gesn. *silonianum cum fragocis* Go. ex quo vulgatum *quod fragosis* correxi. (i) Ita pro *asphalton* margo Fabri et Gesn. (k) *irtosis* Goth. (l) Ita pro *succo caulis* Morgagni. (m) *vel totidem* addit Goth. (n) *ipsius* Gothano.

tenera conteras [m] cum sextariis vini quatuor vel olei,
expressumque succum faucibus infundis: itemque
cacumina eiusdem [n] arboris cum sale trita laesis par-
tibus [o] superponas. Caeciliae [p] enim morsus tumorem
suppuratumque generat. idemque facit muris aranei.
Sed caeciliae morsus sanatur, si acu aerea locum lae-
sum compungas, et creta cimolia [q] ex aceto oblinis: [r]
5 Muris vero pernicies, si animal ipsum oleo mersum
37 neces, et plagam dentium ex eodem confrices. quod
si non fuerit, contritum ciminum cum picula [s] et
axungia, ut similitudinem malagmae habeat, impo-
6 38 situm plagae perniciem submovet. Quod si antequam
tumor discutiatur, suppuratio fuerit generata, opti-
mum est ignea lamina vel cauterio collectionem ape-
rire, quidquid vitiosum est inurere, atque ita cum
liquida pice et oleo inlinere. Quidam vivum murem
araneum creta figulari circumdant, et collo [t] boum
suspendunt, morsusque ipsius bestiae submovent.

4 39 XXII. (vulgo IV. sect. 39.) Oculorum vitia plurima
melle [a] sanantur. Nam sive intumuerunt, aqua
mulsa triticea farina conspergitur et imponitur; sive
album in oculo est, salis fossilis Hispani vel Ammo-
niaci, [b] vel ... cum [c] melle permixti vitium extenuant.
Idem praestat trita [d] sepiae testa et per fistulam oculo

(o) Ita pro *naribus* Morgagni. (p) *Celiciae* a. G. (q) *cimolea* a. G. (r) *oblinas* malebat Gesner. (s) *pice liquida* malebat Morg. (t) Ita pro *colla* Goth. et Gesn.

XXII. (a) Vulgo *in illis*. (b) Vulgo *Armeniaci*. Goth. *Armoniaci* bis habet. (c) Vulgo sine lacunae nota *vel cum*. (d) Ita pro *tritae* cum Mor-

Cap. XXI. *Conteras*) Quod Goth. interserit abhinc: *vel totidem*, lacunam arguit, ex Columella supplendam.

Cap. XXII. *Melle*) Ita pro vulgato *in illis* scripsi, iubente Morgagni.

Vel.... cum) Signum lacunae cum Morgagni posui, plura enim deesse, patet ex Columella. Gesner malebat: *sales fossiles*. In vulgata supplere licebit *vel Cappadocis micae cum melle permixtae et tritae*.

ter in die insufflata.[e] Prodest etiam radix, quam 2
Graeci silphion[f] vocant, nostri autem laserpitium; 40
huiusmodi quantum volueris ponderis cum decima
parte salis Ammoniaci tritum[g] fistula oculo insufflas.[h]
quae radix tunsa et cum oleo lentisci mixta vitium
expurgat.

XXIII. (vulgo IV. sect. 40.) Si genae humorem
profundunt, lacrymisque visus confunditur, quam
epiphoram vocant, polenta (ex hordeo[a]) mulsa[b] aqua
conspersa super genas superciliaque imposita reprimit humorem. Pastinaca quoque agrestis...,[c] quam 2
armoraciam[d] vocant, cum melle trita oculorum sedat 41
dolorem. Memineris vero quoties mel aliosve succos
remedio adhibes, ut prius pice liquida cum oleo circumlinias oculos, ne a muscis apibusve vel vespis infestentur, quas dulcedo mellis invitat.[e]

XXIV. (vulgo IV. sect. 42.) Plurimum quoque[a] 1
hirudo, id est, sanguisuga, cum foris iuxta fauces 42
haeret, sanguinem trahit; eam a iumento[b] digitis
oportet auferri: sed si interius sit, ut manu detrahi
non possit, cannam vel fistulam perforatam inserito
faucibus, ac per eam calidum oleum infundes. Nam eo 2
contactu bestiolae importunitas recedit. Odor quo- 43
que cimicis[c] super carbones impositi ubi sanguisugam afflaverit, evellet a vulnere. Quod si stomachum
vel intestinum tenuerit, calido aceto per cornu infuso necatur.

gag. Gesn. (e) *insufflari* Go. (f) *sulfion* Go. Vulgo a. G. *silpion*. (g) Vulgo *Armeniaci et cum.* correxit Gesner. (h) *influas* S.

XXIII. (a) Haec duo vocabula ut glossam inclusi. (b) Ita pro *mulsae aquae* Morgagni. *conspergique* Goth. (c) signum lacunae poni voluit Morgagni. (d) Vulgo *Armoneaceam*. Go. *armoriaciam*. (e) *inuscat* Go. voluit *inviscat*.

XXIV. Conf. Colum. 6, 18. (a) Ita pro *Plurimumque* voluit Gesner scribi. (b) *incremento* Go. (c) Ita pro *cimini* Morgagni.

1 44 XXV. (vulgo IV. sect. 44.) Machinae[a] quoque describenda est fabrica, qua conclusa cuiusvis generis iumenta bovesque curantur, ut et tutus ad pecudem medendum[b] accessus sit, nec luctando quadrupes aut membra convexet,[c] ac sic remedia respuat.[d] Roboreis[e] assibus compingis solum quod in longitudinem[f] novem pedes debet habere, in latitudinem[g] pars prior[h] duos, semipedem: pars vero quae ad posteriora[i] animalium pertinet quatuor pedes:[k] ....
2 45 texuntur ita ut velut[l] in caveam ductum non possit exire. Sed a parte posteriori paululum latiorem,[m] a priore strictiorem machinam compingi[n] oportet.
3 46 Cui transversum tigillum[o] ad modum iugi confirmandum est, ad quod equorum capita, vel boum cornua religantur. Nam reliquum corpus ad temones socios vel funibus alligetur, ut iuvamentum[p] praestetur ad medentis arbitrium.[q] Machina omnium maiorum animalium medela solet esse communis*).

XXV. Confer Colum. 6, 19. (a) Ita pro *Machina* Goth. (b) *medenti* malebat Gesner. *ut et* dedi pro *ut ei*. (c) Vulgo *convexet*. Goth. *connexet*. (d) Vulgo *despuet*. (e) Vulgo *Roboreas asses constringis, solium*. (f) Ita Go. pro *longitudine*. (g) Vulgo *altitudinem*. (h) Vulgo *posterior*. (i) Vulgo *priora*. (k) lacunae signum apposui. (l) Ita pro *velum in caudam* Morgagni. (m) *altiorem* malebat Morgagni. (n) *compungi* Goth. (o) Ita pro *trigillum* Gesner. (p) pro *iumentum* dictum putabat Gesner. (q) Ita Goth. pro *Quae machina ad omnium m. an. medelam*. Ibidem vocabulum *sane* interseritur et ab Excerptore Codicis nota apposita refertur ad *arbitrium*. Forte fuit *Sane machina*.

*) Hic addit Sambuc. (*Robiosis equis et canibus da bibere mensuram de iliermia et sanantur.*) Deinde est alia observatio, a Fabro iam proposita et paulum immutatis verbis a Sambuco ita concepta: *Quae ab initio huius libri usque ad hunc locum habentur, non reperiuntur in vetustiore Codice: adeoque pro uno sumuntur capite: itaque subsequens reputabitur caput secundum.* Ad istam libri Fabriani clausulam excerptor Codicis Gothani apposuit: *et sic quoque MS.* In margine autem libri Fabriciani ista reperit

Velut in caveam) Ita cum Morgagni vulgatum *velum in caudam* ex Col. correxi, et ante *texuntur* notam lacunae posui. Gesner legi volebat: *nisi in caudam*.

scripta Gesnerus: *Hic in MSto Corbiensi sequuntur tria capita parva, et postea ex corpore Gargilii Martialis de curis boum alia novemdecim capita, quae omnia huc pertinent.* Martialis quidem fragmenta a Perizonio excerpta ex apographo Biblioth. Lugduno-Batavae Vegetio subiecta publicavit Gesner; tria vero ista parva capita ex eodem Lugd. Bibl. apographo ex Codice Corbeiensi anno 1537. facto excerpta per doctissimum Laur. Santenium humanissime mecum communicavit egregius Dav. Ruhnkenius. En tibi ea: *Contra Sanguinis fluxum c. 45. Iumentis ad fluxum sanguinis, si de naribus effluat, scribis in charta pura et lino collo suspendis. Focus alget, aqua sitit, cibaria esurit, mula parit Tasca masca venas omnes. Ad luxaturam c. 46. Item aliud remedium ad luxaturam incantabis sic: Betat, relta, acum, sinapi, non sapit nec frictim.* (huius vocabuli dubia scriptura est.) *Ad lumbricos, coscos* (cossos) *et tineas, semen coriandi emm. sicale sext. excoques et aquam ipsam fundis, coriandrum teris diligenter et ambas speciem* (species) *misces, et aceti acri emm. Haec omnia rursum agitabis et ita animalibus ad cornum per triduum dabis. c.* 48. Quarum ineptiarum, tertii capitis obscuram scripturam si exceperis, originem exquirere apud alios scriptores operae pretium mihi non videbatur esse.

CVRAE BOVM

EX CORPORE

GARGILII MARTIALIS.

Ad boum morbum. Salem tritum per cornu cum

Ad Gargilium de Curis Boum. Omnia haec ita descripta, cum vitiis etiam apertis, prout in Codice Lugduuensi leguntur, exhibuit cum Schoettgenio Gesner, ut eruditi, quae ab illis tolli non potuissent corruptelae, ex autiquae lectionis vestigiis emeodarent. Caeterum haec quoque exstaro

Cura boum ex corpore Gargilii Martialis) Hoc cum titulo positum exstat fragmentum, quod ex Codice Vegetii Bibliothecae Lugduno - Batavae a Iac. Perizonio descriptum in usum Chr. Schoettgenii primus edidit I. M. Gesner Vegetioque subiecit. Exemplum Lugdunense manu recentioro anno 1537. nona Octobris ex exemplari monasterii Corbeiensis, quod tunc temporis Coloniae apud S. Pantaleonis depositum erat, ex subscriptione libro extremo addita retulit ad Schoettgenium Perizonius; quod mihi confirmarunt litterae humanissimae egregii Dav. Ruhnkenii, addentis: Apographum primum fuisse P. Scriverii, postea Is. Vossii, cuius inter libros asservat Bibliotheca Lugdunensis. Huius fragmenti edendi spem iam olim fecerat Ioh. Rhodius in Lexico Scribon. p. 367. Ad eundem Gargilium referebat Schoettgenius hunc ex Praefatione Victorii locum, ubi de vetustissimo Codice S. R. R. in divi Marci bibliotheca, qui Catonem et Varronem refert: *Nec tamen cuncti, qui in eo continebantur auctores, ad nos pervenerunt: nam duo toti vetustate collapsi sunt et M. Varronis extrema etiam pars defecit. Quemadmodum autem ex vetere inscriptione, quae in fronte libri est, cognoscimus, Iunii Moderati Columellae XII. libri illic etiam erant, et unus ante illos Claudii Martialis: literae tamen et antiquitate et frequenti attritu in prima parte libri ita deletae sunt, ut rubricam superinducere opus fuerit (rubrica enim notatae huiuscemodi inscriptiones in eo sunt), quare macula aliqua in his nominibus esse potest: Martialis tamen aperte legitur. Martialem autem veterem fuisse rei rusticae scriptorem, testimonio etiam Palladii didicimus. Servius quoque, Virgilii interpres, cum locum illum e IV. 148. Georgicorum declararet: atque aliis post commemoranda relinquo: Gargilium, inquit, Martialem significat. Sitne idem Palladii et Servii Martialis, studiose quaerere nunc minime oportet.* Eundem esse Martialem Palladii et Servii, affirmare non dubitavit Schoettgen; in quo non haben, cur coniecturam eius improbem. Magis mihi

vino in potionem dabis. Boves morbos ne noceat, dato sumptas salis, terna lauri folia, et totidem porri sectivi, et ulpici alii ternas spicas, turis grandis grana terna, herbae sabinae erbas ternas, rutae cauliculos ternos, sambuci carbones ternos. Haec omnia sub 2
dio coeli per triduum ex eadem potionem dato: adiecto scilicet vino. Quod ita partieris, ut aequas

sed aliis verbis ap. Columellam 6, 4. monuit Schoettg. (a) Colum. 6,

licebit dubitare, an idem sit Gargilius quem Lampridius in Alexandro Severo c. 37. eius temporis scriptorem vocat. Vopiscus autem in Probo cap. 2. inter Suetonium Tranquillum, Fabium Marcellinum et Iulium Capitolinum collocat; unde seculi tertii a nato Christo scriptorem pronunciavit Schoettgen. De historia imperatorum romanorum scripta a Gargilio Martiali nisi ex Lampridii et Vopisci locis non constat. De scriptis rem rusticam tradentibus Palladium antestatur Schoettgen. Verum si quis diligenter singula loca, ubi Martialis a Palladio laudatur, inspexerit, facile in eam potius suspicionem adducetur, ut putet, non tam omnem rusticam rem, quam hortensiorum arbustorumque culturam a Martiali fuisse tractatam. Quam opinionem videtur etiam Servii testimonium confirmare. Caeterum plurima argumenta, quae ex Martialis libris excerpta posuit Palladius, in Plinii etiam historia naturali iisdem fere verbis relata reperi; adeoque suspicari coepi, Martialem ipsum sua non ex suo duxisse ingenio, sed ex antiquiore scriptore excerpta hortensis rei praecepta posteritati prodidisse, famae eius atque auctoritati faventa Palladii fide et diligentia.

Manifestissimus est locus Cassiodori c. 28. Divinarum Lectionum: *Quod si huius studii requirantur auctores, de hortis scripsit pulcherrime Gargilius Martialis, qui et nutrimenta olerum et virtutes eorum diligenter exposuit, ut ex illius commentarii lectione, praestante domino, unusquisque et saturari valeat et sanari.* Vnde constat, hortensiorum culturam ita fuisse a Gargilio tractatam, ut fructuum singulorum usum medicum adiunctum exponeret, quod ut olim a M. Catone, ita deinde in Geoponicis factum esse scimus. Barthii suspicionem Gargilio huic adscribentis librum de Arboribus Colum. recte iam reiecit et Palladii testimonio comparato infirmavit Schoettgenius, cuius ex Dissertatione brevi de Gargilio Martiali haec excerpsi.

Pontedera in Epist. LIII. p. 466. Fragmentum hoc de curis boum barbarum et spurium pronunciavit. Recte! usum tamen non contemnendum habere ad Catonem reliquosque huius collectionis scriptores emendandos, satis docuisse mihi videor in notis ad Catonem; monuit etiam ipse Pontedera, ex Catone multa inesse, sed vitiose exscripta. Reliqua posui in Praefatione ad Vegetium.

Morbos ne noceat) Gesner malebat *morbus — allii, — turiones ternos.* Sed vide ad Catonis cap. 70. unde haec ducta sunt, quod ille non animadverterat.

potiones per triduum accipiat. Sane is, qui dabit,
sublime stet, et vaso ligneo infundat in os, deiciat
3 in gutture. Boves[a] si aegrotare coeperint, dato con-
tinuo ovum gallinacium, quod crudum integrum[b]
facito ut devorent: Postero die caput ulpici allii.[c]
Bos si aegrotat, quotidie ei dato unam eminam[d] vini,
et exercere bene vivere medium. si aegrotat, herbam
centauream contrita[e] ex vino infunde per cornum.
4 Bos si aegrotat, muriam salsamenti optimam, et ma-
lum terrae aquae sext. aceti sil. ruta conterito et
labris perfricato. Vel radicem herbae personaciae[f]
conterito, et primo die dato unc. 1, vinique sext. 1,
et aquae. Bos si aegrotat, iunci radicem decoques
5 et per cornum dabis. Bos si tussiet, aut si suspira-
vit, terrae malum, ovum crudum et adipem suillum,
et vinum vetus, adipem tamen prius liquefacito et
6 dato, iuvat; vel marrubium cum vino datur. Si bos
collum subtorserit, ebulo contrito perunguitur, saepe[g]
vel medullam taurina, prius tamen axungiam perfri-
cato. Si in collum nervi laboraverint, sumito cor-
ticem novam de subero, comburito ut carbones fiant,
et terito ex vino veteri et axungia inter se commixto
7 et perfricato. Si[h] collo pili saepius defluunt, ulmi
vernaculi radicem ex vino decoquito[i] ad tertias, et
eum, cum opus non faciet, saepius perunguito, vel
adipem ursinam vel medullam taurinam, prius tamen
8 axungia perfricato. Si bovi intestina dolebunt, su-

4, 2. Gesn. (b) Ita pro *integro — devoret* Schoettg. malebat. (c) Ita pro *alii* malebat Gesn. (d) *heminam* G. (e) *contritam* G. (f) *personatam* vocat Colum. 6, 17, 1. Sch. (g) *sepum* mal. G. (h) Ita pro *perfricato, si collo — defluunt. Vlmi* Sch. (i) Ita pro *decoquitur* maleb. Schoettg.

Integrum) *integre vel integrum*, et deinceps *devorent* malebat Schoettgen. Sed vide ad Caton. 72. unde haec sunt translata.

mito vini sext. III, et olei emin. et permixtum per
cornum et curat remediabitur. Item aliud. Salis
pugnum et cepae capita X, pariter conterito, et in
offae modum reficito, eam in anum bobis inicito,
et fac eum arare continuo folli et sanus erit. Scabies 9
bobis neves, et herbam si satrum tundes, et ex eo
pecus lavabis. Et ex aqua, in qua lupini decocti
fuerint, nihilominus lavabis. Bobus et caeteris pe-
coribus scabiem ut discutias, intibum silvaticum con-
teris et perunguis. Bos aut asinum si eosdem mor- 10
bos inciderint, sumito scilla aut rumnisa radicem,
id est, spinam albam quam tenerrimam, et in aquam
infundito. Ex qua per dies quatuordecim bibat.
Vnde expurgabuntur et sanitas consequitur. Irudi- 11
nem si bos devoraverit, cimicem conteres, et ad na-
res eius admovebis, statim eicies. Bos si non rumi- 12
gat, salicis folia aut corticem eius viridissimam
contundito, et in eo sext. vini addito, et olei partem
quartam in se bene misceto, et per cornum bovi in-
fundito. Intestinum enim movit ut pedere non cesset
enovit sanabitur. Iumenta sic (2) potionabis. Stercus 13
leporinum et ceppam siccam cum vino conterito, et
per cornu dato. Iumentum ruscones si habebit,

(2) Ita pro *si* Sch.

Item aliud) Contra tormina habent idem Geopon. XVII. 19. et Colum. VI. 6. 5. qui salis sextantem cum cepis decem et melle conterit; mel omittunt Geoponica, quorum locum annotaverat Schoeltgen.

Arare) *Currere* debebat esse; *folli* quid substituam melius non habeo.

Bobis) Forte fuit *ovis* vel *oves ne vastet herbam cicutam tundes*. Cicutae succum, et lupini decocti, vel hellebori albi adhibet ad scabiem ovium Colum. VII. 5. 8.

Rumnisa) *Rhamni* esse debere, recte coniecit Schoettgen. Vide ad Vegetii V. 74. (vulgo III. 75.)

Conteres) Columella VI. 18. urit cimicem.

Rumigat) Schoeltgen ex Colum. VI. 6. 1. corrigit *ruminat*. Sed in Columella alia formula exstat; vide ibi notam.

Enovit sanabitur) Suspicor fuisse *eum movit, sanabitur*.

alium[l] cum axungia conteris et dabis: aegri des re-
medium foeniculi cum cepa conteris et potionabis
iumenta.[m] si crocinabuntur iumenta, marrubium et
14 axungia conteris et in vino dabis. Ad glandulas iu-
mentorum. Luna XIV. mane, antequam manus laves,
iumento omnia impedimenta tollis, et manus sinistra
digito medicinali de glandulam apprehendis, et haec
dicis: Senti precante nec lapis lanam feri: Nec lum-
bicos oculos habet, nec mula parit. Vtriculum cossia
herpiosum arbor fuit manu humana haec ipsa concisa
est, corbo factus est et si tuber, si panus evala subula
15 neceris nec radices agas. Hoc semel dices. Si iu-
mentum stercus gallinacium comederit, brassicam
agrestem terito cum oleo et aceto, bibat per cornum.
16 Ad abundantiam sanguinis genestam viridem conte-
rito, et eam in vino sive in aquam permixtam dato
17 per cornum. Iumentum si male habuerit, cineris
lixivii[n] cyatos VIII, olei cyatos VI, consubige et in se[o]
et dat.[p] bibat per cornum, et currat ne minus horam
aut seniores.[q] Vt bene valeant. Ypopomaces[r] unc.
18 I. conteris ex vino dabis potionem. Ad scabiem iu-
mentorum. Arabis bituminis p̊. III, sulfuris p̊. II,

(l) *allium?* (m) punctum posui. (n) Ita pro *cineres*, *lixivia* Sch. (n) *misce* corr. G. (p) *et dato bibat* corr. Sch. (q) *aut semis. Seniores ut bene* corr. Sch. (r) *opopanacis* Gesn. (s) *infriato, quae trita erunt*,

Manus sinistra) Schoeltgen corrigit *manu sinistra* vel *manus sinistrae*. Ceterum carmen hoc senariis versibus constare, idem affirmat, de sententia dubius. Simile carmen nugosum contra glandulas habet Marcellus Empiricus p. 114. ed. Corn. unde lege: *sinistrae manus digito medicinali et pollice glandulam* etc.

Lumbricos) Forte fuit *lumbricus* et paulo antea *Senti precantem: nec lapis lanam ferit.*

Si panus) Si in nugis his divinare licet interpretandis, corrigerem: *si tuber, si panicula subest, neceris* etc. Sic in carmine apud Marcellum: *ne noceas, nec paniculas facias, sed liquescas.*

Gallinacium) Alia remedia habet Vegetius V. 84. (vulgo III. 85.)

picis liquidae p. vi, picem, mentam, oleum, mitte in ollam integram, sine quiescat. Dein super infricato,[s] qui et trita erunt, et quae soleta, adice. bitumen, sulfur nigro et ita infunde, sed diligenter coques, ne fervcat, sed leni[t] igni vel carbonibus calefacito, et removes[v] ab igne, et colas, ac resolutum prius aceto admiscebis. Hoc medicamento perunguis iumenta alternis diebus plus bis aut quater. Ad pi- 19
tuitas, aniscis[x] unc. III, benetoris[y] dabis cum vino permixtos cyatos VI ad cornum. Ex quo medicamento etiam per sinistram narem duas dragmas infundis. Item aliud. Stercoris scrofini[z] pulverem contritum diligenterque cribratum studiose servabis, ut si quando iumento pituita molesta erit, ex confecto pulvere cum vino veteri, quantum videtur posse sufficere, per cornum deicias, et sanabitur statim.
Si quod iumentum cuiuslibet generis stranguriam 20
patitur, de sinistra manica tunicae pediculum eximis, eumque in aurem equi sinistram conicies, continuo sanabis. Sed cum hoc facies, pediculum omnino non nomines. Si quod iumentum mus coecus[a] morderit, 21
acetum acrum bene cum orbita infundito, et cum subigis[b] et sic tollis, et inde acu ferrea morsum bene compungito, et supra dicta terra confricato. Hoc

et quae solida, adice Sch. (t) Vulgo *lene.* (v) Vulgo *remobes.* (x) *anisi* Gesn. (y) *bene teris* Sch. (z) Ita pro *scrufini* Sch. (a) Vulgo *coecum.*

Mus coecus) Ex Columella VI. 17. *mus vel caecilia* corrigebat Schoettgen; et deinde *cum creta* pro *orbita.* Sed scribi debebat: *mus caecus*, i. e. *μυγαλῆ*, deinde *cum terra ex orbita.* Hippiatr. p. 220. *βοηθεῖται κατακεντούμενος ὁ τόπος καὶ καταχριόμενος* — *τῇ ἐκ τῆς ἁματροχιᾶς γῇ ὄξει φυραθείσῃ.* Aelianus H. A. II. 37. *ἐκ τῆς τῶν τροχῶν διαδρομῆς ἡ ψάμμος ἀρθεῖσα ἐπεπάσθη τῷ δήγματι.* Cf. Plinius 29. sect. 27. et nota ad Aelianum.

per triduum facito; et cornu cervino suffumigato. Ad vermes necandos scyllae sucum instillato et pice liquida tangito. Boves si pedes adtriverint, priusquam in viam mittas, pice liquida cornua perunguito. Famicem[c] si boves habuerint, sale et aceto diligenter eluito,[d] posa aeris flos contritum commixtum cum axungia vel alumine solo, vel galla cum allumine.

(b) *consubigis?* ut sect. 17. (c) *Tumorem* maleb. Sch. (d) post *eluito* comma posui; deinceps malim *postea* — *florem* — *alumine*.

Adtriverint) Ex Catone c. 72. ubi vide.

VEGETII RENATI
ARTIS VETERINARIAE
SIVE
MVLOMEDICINAE
LIBER QVINTVS.
(VVLGO TERTII CAP. II. III. IV—LXXXV.)

CAP. I. (VVLGO II.)

Si vulnus in dorso aut [a] quacunque parte corporis coeperit habere vermes, et timetur, ne putredo ulceris [b] transeat in cancrum, nepetam [c] et cedrinam [d] sive ciminum vel cicutam conteres ex aceto et impones.[e] Calcem quoque vivam ex aceto acerrimo temperatam necare vermes experimenta docuerunt. Si vermiculus [f] in dorso putredinem fecerit, utilissimum

VARIETAS LECTIONIS ET NOTAE.

CAP. I. Hic in MS. incipit liber secundus et sequitur statim post ultimum caput libri super *Gesner*. (a) *vel in* C. (b) *ulceris migret* Corb. vulgo *vulneris*. (c) Vulgo *nepitam*. (d) *cediam* C. *cedrias* Goth. *Cedraeas* Fab. *cedrinam* cum Samb. Gesner. *ciminum* Samb. *cyminum* Gesn. (e) Ita pro *imponis* ex C. Gesn. (f) *mercurius* F. C. S. margo. Ex C. *in* addidi.

CAP. I. *Cedrinam*) a Sambuco invectam reliqui inter herbas, mihi aliunde ignotam. Nisi esset per hanc viciniam herbarum, *cedriam* facile coniiceres.

est cauterizare[g] subtiliter, post[h] ebiscum cum melle et vino conterere et imponere. Pannos quoque minutos cum oleo et aceto vulnera purgare manifestum est. Quo facto si necessitas suaserit,[i] ustio rursus adhibetur. Ad ultimum cornu caprinum combustum et[2] contritum ulceribus superinspergitur, ut[1] recuperetur, et sanitas ei detur.

II. (vulgo III.[b]) Lumborum quoque cura vicina
est. Nam animalia aut [cum[a]] nimio pondere, aut
cum transcendere fossam[b] conantur, si posteriores
resederint[c] pedes, aut nimio frigore[d] dolorem renum
contrahunt. Ideoque[e] aqua calida cum flore foeni
diutissime confovendi sunt lumbi. Vnctionibus[f] etiam
calidissimis perfricandi, et ad ultimum afronitri[g] di-
2 luti inducto caustico corroborandi.[h] Quod si dolor
vehementior fuerit, de unguibus[i] solvendae sunt

(g) *cauteriare* C. in Go. est *validissimum*. (h) *post ebiscum* C. Vulgo *postea viscum*. deinceps *contere et impone* Go. (i) Ita pro *fuerit* C. (2) *et* om. C. post *contritum* vulgo additum *valet* omisi cum C. (1) *et ad redintegrationem sufficit sanitatis* Corb.

II. (a) *cum* ut inutile inclusi. (b) *fossas* C (c) *resident* Go. (d) *frigoris dolore renum contrahuntur* F. S. *frigore dolore renes* Go. cum Gesnero S. M. et C. nisi quod *dolorem renes* habent. (e) *ideoque* om. C. (f) Ita pro *Inunct.* C. (g) *afronitro* a. G. (h) *roborandi* C. *et roborandi* Go. (i) Ita pro *inguibus* Go. (2) *tunc sale oleo et ax.* C. *illiniuntur* Go.

Cap. II. *Lumborum*) Malum ipsum Lor. Rusio c. 79. p. 41. *mal ferratura*, equum *mal ferrato*, ò *mal ferruto*, Iordanus Rufus c. 26. *cavallo mal ferrato*, Cresceolius IX. 33. *morbum male ferruti*, Gallicus eius interpres vetus *Mauferu* vocant.

Resederint) Hippiatr. p. 402. ὅταν πολλῷ βάρει ἐπιφορτισθῇ ἢ λάκκον ὑπερπηδήσῃ καὶ συμβῇ αὐτῷ τοὺς ὀπισθίους πόδας ὑποκαθεσθῆναι· γίνεται δὲ καὶ ὑπὸ πολλοῦ κρύους.

Flore foeni) Hunc omittunt Hipp. ubi et reliqua huius sectionis pars imperfecta legitur; lumbi ibi sunt ψύαι.

Afronitri) In Hipp. simpliciter est: καὶ μετὰ ταῦτα καυστικῷ κεχρημένος. Alius auctor ibi: χρῶ δὲ καὶ ἐμβροχῇ οἰνελαίῳ καὶ ἀφρονίτροις.

De unguibus) Ita recte Goth. Vulgatum *inguibus* Gesner pro *inguinibus* dictum putabat. Hipp. p. 403. λῦσον τὰς τῶν ὀνύχων φλέβας.

venae, et[k] oleum cum axungia sanguini, qui profluit,
immixta[l] renibus inlinuntur. Et si necessitas fuerit,
cataplasmis utendum est.[m] Potio quoque renibus 3
subvenit, si pilulas cypressi virides[n] [exuras[o] unde-
cim supra carbones], nitri quoque uncias tres addas,[p]
et utraque in pulverem redigas cum unciis tribus
mellis et vini veteris sextariis tribus et olei boni tri-
bus unciis, quod[q] per quatriduum aequa parte fau-
cibus digeras.[r] Vitio lumborum medetur hemina se- 4
minis brassicae cum sextario polentae attusa[s] ex aqua
frigida subacta atque imposita[t] dolentibus locis. Si-
symbrium[v] quoque[x] cum polentae sextario et aqua
subactum medetur. Efficacius tamen est si cypressi
folia ad modum heminae diligentissime contundas,[y]
et polentae sextarium admisceas,[z] acrique aceto suba-
ctum[a] dolenti imponas.[b] Praeterea resinae durae 5
uncias duas[c] decoques[d] ut liquescat, cui ferventi su-

Volgatam tueotur Hippiatrica. (l) *mixta* C. (m) *est* om. C. (n) *viridis XI. super* C. *undecim* etiam Go. Vulgo *incidis duodecim*. (o) *exuras ex* C. addidi. (p) Vulgo *tres assis* ex S. *tressassi* F. *uncias III. acis* C. *tres assis vero in pulverem* Go. (q) *quod* om. et post *quatriduum* inserit. *quo* Corb. *triduum* Goth. Idem verba: *et vini veteris — tribus unciis* omittit. (r) *degerat* C. (s) *tunsa* C. *attonsae* Go. (t) *compos. infunde naribus* S. M. *et* Go. (v) *sisemb.* F. S. *sisembrius quoque poletsn sextar.* Go. *sisimb.* C. (x) *quoque cum* om. (y) *contondas ex polentae sextario* Go. (z) *misceas* Corb. (a) Ita pro *subactis ex* C. Geso. (b) *imponis* Go. (c) Ita pro *sex* S. M. *septem* C. Go. (d) *decoques* C. (e) *frequenter superasperges* C. Vulgo

Cataplasmis) Hipp. μαλάγματι habent.

Potio) Graece προπότισμα est. Hipp. p. 102. κηκίδας κυπαρίσσου χλωρὰς καύσας καὶ λειώσας ἀριθμῷ ἕνδεκα.

Tres addas) Hipp. νίτρου πεφρυγμένου καὶ λελειωμένου γο γ. In margine Samb. reperio: *tres assis* ϛ̄, *quae* aonolatum.

Mellis) Hippiatrica mel omittunt, et vini sextarios quatuor ponunt.

Seminis brassicae) Brevius Hipp. κράμβην λειώσας καὶ βαλὼν οἴνου μίαν ἡμίναν σὺν ὕδατι ψυχρῷ ἐπίθες.

Sextarium admisceas) Gesner vulgatum *subactis* correxit. Goth.[a] *imponis*. Hippiatr. ἀλφίτων λίτραν μίαν ὄξει τε φυράσας τῷ πονοῦντι πρόσαγε.

Vncias duas) Ita S. M. et Hipp. p. 103. Vulgo *sex*.

Ferventi) Corb. *frequenter*. Sed Hipp. *sevum caprinum* addunt, στέαρ

perasperges[e] hordeaceam farinam, quam diu spissetur[f] ad similitudinem pultis,[g] quod diu subactum,[h] et calidum ita,[i] ut manus pati possit, superillines[k] renibus. Quod si[l] frequenter renovaveris,[m] et dolori[n] subvenit et tumori. Si vero tanta indignatio fuerit, ut eiusmodi non sentiat curas, aut[o] cauterio cuprino locis opportunis urendo deprimes puncta, ne deformetur animal, aut si vilius est, et[p] necessitati aptius quam decori, craticulatim, sicut moris est, ures.

III. (vulgo IV.[b]) Rerum autem dolor his agnoscitur signis: Posteriores[a] ungulas trahit, lumbi vacillabunt, cauda deiecta erit, faeculentum[b] minget, ilia dura atque contracta. Interdum tales[c] sunt renes, ut sanguinem mingant, et si nimium[d] effuderit, incurabilis est passio. Si parum[e] cruoris abundaverit,[f] scito posse curari. Cui post detractum[g] sanguinem

superaspergis. (f) Ita pro *inspissetur* C. (g) Ita pro *pulmenti, et diu* C. (h) Ita pro *subactis* ex C. Geso. (i) *ita* om. C. (2) *superillinas* C. *supervulnus* Go. Vulgo *superillinis.* (l) *si* om. Go. (m) *renovabis* Go. (n) *dolores subvenies* C. (o) *aut* om. C. (p) *aut necessitati aptum, quos decori gratia lares, sicut moris est, uteris* F. S. *aut simile, et est necessitati aptius* etc. S. M. cum Gesnero C. *deprimis puta — animal aut suillae, et est aut necessitati aptum, quos graticularis sicut decori moris est, uteris* Go.

III. (a) *Posteriore sunt cui abstrahit* C. (b) *et foetulenter mingit* F. S. *veculenter* Goth. *foetulentus insurgit* margo Sambuci. (c) *ita luesi* C. (d) *vivum* C. G. (e) *rarum* C. (f) *habuerit* C. (g) *detractionem sangui-*

αἴγειον. quod latere videtur in *ferventi* aut *frequenter*. Sed eadem formula ibidem repetitur p. 305. ubi resina cum aqua et aceto coquitur, addita polenta ὥστε σύστασιν ἔχειν καταπλάσματος; nec sevi caprini ibi fit mentio.

Spissetur) Graece est ἄχρις οὗ πυκνὸν ποιήσῃς.

Locis opportunis) Hippiatr. p. 104. κατὰ τὸν σύνδεσμον τῶν ἰσχίων καὶ τῆς κύστεως καύσομεν, γόμφοις ὀρθίοις μὴ πλέον τῶν κδ. παρ' ἑκάτερα τῆς ῥάχεως τοὺς ἡμίσεις τριστοιχίαν ποιούμενοι ἀπέχοντας ἀπ' ἀλλήλων πάχος δακτύλων τριῶν. Alius auctor p. 103. ὀρθοῖς καυτηρίοις ἀρξάμενος ἀπὸ τοῦ ἀγκῶνος ἕως τῶν γονάτων ἐξ ἑκατέρου μέρους καῦσον. et p. 104. καῦσον αὐτὸν στρογγύλους ἐν ἑκατέρῳ ἰσχίῳ γρίτον.

Craticulatim) Forte est graecum ἐσχάρας καίειν de quo ad I, 28. s. 4.

vel de matrice vel de femoribus hanc potionem[h] dabis, videlicet, porri sectivi succum ex aqua.

IV. (vulgo V.) Saepe musculi, qui in renibus sunt, vexantur ex casu, et exteriores[b] facilius curantur, si[c] iustae medelae afferunt[d] tarditatem. Optimum est, quoties ceciderit iumentum, loco non moveri, et[e] aqua frigida perfundi, et postmodum unguentis uti.[f] Quae passio ista[g] consuevit ferre indicia: renes obdurescunt, contrahuntur[h] testes, coxamque trahit, et colligere se non poterit. Quae[i] valitudo nascitur 2
ex itineris longi fatigatione, aut ab infractu[k] clivosarum viarum. Incitatio quoque cursus et saltus extensio hanc adferunt causam. Sanguinem igitur ex[l] visceribus oportet emitti, prout qualitas corporis patietur. Vtendum[m] est potionibus etiam ad valetudinem necessariis, molli dormitione animal collocandum.

V. (vulgo VI.) Ex[a] perfrictione nonnunquam animalibus foras exit extalis.[b] qui hac ratione curatur. Scalpello scarificabis,[c] praecipue loca quae vi-

nis de C. (h) *porriges potionem, porri septivi siccum ex aqua dabis* C.

IV. (a) *sub* C. (b) *de exterioribus* al. *exteriores* C. G. F. quid si *exterius?* Gesn. (c) *sinistrae* C. *sinistri* G. (d) forte *ferunt* h. e. patiuntur Gesn. (e) *sed* C. G. (f) *utendum* C. (g) *haec consu. praeferre ind.* C. In Goth. *indicii et renes.* (h) *et contrahuntur, vultus erit tristis, coxam trahet, colligare* C. In Goth. *et contrahuntur, vulnus erit testis.* (i) *Valido nascitur aut longi it. fat.* C. (k) *anfractu* C. S. M. In Goth. est dubia scriptura: *enfractu.* (l) *a* C. (m) *utendumque pot. ad causam nec.* C. Deinde Goth. *dormitioni.*

V. (a) *Ex perfr.* om. C. (b) *talus* F. S. *procedat histalis* C. Est eadem vox quae diserte infra 3, 11. scribitur extalis, quamque satis idoneis auctoribus probatam dedit Dufrenius. Nihil frequentius mutatione syllabae ex in *is* vel *his*, vel *s* adeo. *Extalem* etiam Laur. Rusius Hipp. c. 96. *sale conspergi* iubet. *Ex perfrictione longananis*, (qui idem est *extalis* s. intestinum rectum) *vitia* in equis apud Veg. 1, 42, 1. Gesn. (c) *clarificabis*

Cap. IV. *Musculi — in renibus*) Intelligit ψύας, quas alii νεφρομήτρας dicere, de quibus Hippiatrica p. 103. ubi tamen nihil simile Vegetianis legitur.

Cap. V. *Scarificabis*) Leonidas

dentur eminentiora, similiaque vesiculis,[d] quae post scarificationem digitis exprimentur, et decarnantur, pulvere etiam salis confricantur, donec cum sanguine totus[e] humor exsiccetur. Post calida et sale fovebis, et deprimendo[f] intus remittes, et continuo revertetur ad locum, unde[g] exierat. Si non profecerit altero die intus missis digitis curabis inlita lipara vel meli-
2 loto, donec sanetur. Quod vitium si ferro tangere dubitas, hoc medicamento curabis quotidie: Castorei uncias tres, salis triti[h] pondera duo, salis Ammoniaci[i] lib. unam, sinopidis[k] Ponticae sescunciam. haec omnia tunsa et cribrata pariter decoques, impones[l] extali, et alligabis;[m] quotidie autem lixivia[n] calida fovebis et medela continua usque ad sanitatem. Potionibus
3 autem thermanticis[o] calefacies[p] aegrotum. Alii in hac passione cum axungia admanum[q] extalem fulciri et reponi oportere dixerunt, postea spongiam[r] apponi caudam supra alligando.[s] Si tamen diebus aliquot[t] fuerit cura neglecta, prius foveri[v] adserunt ex lixivia

C. (d) *siculis, quae post scarifactione* (leg. *scarifactionem*) *digitus exprimentur et decarnantur, pulvere etiam salis confricantur* C. In Goth. *quae vesiculis scarificationem digitis exprimeret.* Vulgo est: *vesiculis scarificatio digitis exprimitur, et decarnatur, pulvere salis perfricatur.* (e) Ita pro *actus* C. (f) *deprimes intusque remittes* C. vulgo *remittis.* (g) Ita pro *unde exierat. Altera intus dig. mis. in lita lypparia* C. (h) *nostratis* C. (i) Ita pro *Arm.* Gesn. ex *Amon.* C. (k) Ita pro *sinapis pontici uncias* 6. ex C. Gesn. (l) *in stalem pones* C. *impones talo* F. S. (m) Ita cum C. Gesn. pro *alligabis quotidie, aut* F. S. (n) Ita pro *lixivio calido* C. (o) *thermnt.* S. *tragmant* S. M. (p) Ita pro *calefiet* C. (q) *manus talos* F. S. *manum stale* C. Vulgo *exstale.* (r) Ita pro *spongia* Gesn. (s) *adpone — adligabis* C. (t) *aliquantis* C. (v) *adserunt et lixivia vel sale mauria calenti* C.

enim in cura eiusdem vitii apud Aelium adeo urit, addens: τὸ ἔξω πέρας τοῦ ἀπευθισμένου οὐκ ἔστι κύριον, ἀλλὰ καιόμενον καὶ τεμνόμενον οὐδένα ἐμποιεῖ κίνδυνον, ὡς αὐτὴ μαρτυρεῖ ἡ πεῖρα.

Ad manum) Marcellus Empiricus c. 31. extalem prominentem vino lavari prius, deinde cedro ungi et pollice propelli introrsum oportet.

Caudam) Cuiusnam animalis, non divino.

vel sale, et urina calenti, et sic reliqua curationis[x]
impleri.

VI. (vulgo VII.) Testium dolor[a] animalibus saepe
contingit, qui[b] his proditur[c] signis: nec incedere
poterit, nec cubare; ilia eius inflantur et obdure-
scunt. quorum ista curatio est. Sanguis de utrisque 2
femoribus emittitur;[d] postea lotium vetus[e] et putri-
dum in vase supponitur, et lapides molares ferventes
illic[f] mittuntur, animal sagis diligentissime usque ad
ungulas operiatur,[g] ut[h] vapore lotii venae testium
sudent; post aqua calida confoventur;[i] nitrum et
alumen scissum[k] pariter conteres diligenter, et ad-
mixto[l] oleo testes perunges[m] fricando. Si molares 3
[lapides[n] defuerunt, qualescunque calefacies, et
mitles in lotium. Alia quoque] huius[o] rei proditur
medicina. Lentis heminam[p] unam decoquis,[q] ad-
mixto vino in[r] mortario teres, cipressi folia -) 4[s] mol-
lissime pariter trita commisces,[t] tantundem etiam
suillae adipis adiunges, vinumque vetus desuper[v]
sparges, panno inlinitum testibus apponas,[x] donec
sanitas procuretur. Si tardabitur[y] sanitas, testes
subter stilatis[z] cauteriis urito, vel leviter scarificato.

Vulgo *ad sex ex lixivio.* (x) *curationes* C. Vulgo est *curationibus.*

VI. (a) Ita pro *Dolor renum* C. (b) *qui* ins. C. (c) *prodetur* C. (d) *emittetur — supponetur* etc. C. (e) *eius putr.* C. (f) *illic* ins. C. (g) *cooperietur* C. (h) *ut* om. S. (i) *confoveantur* C. (k) *spissum* C. marg. (l) *admisces oleum* C. (m) *perungues* C. (o) inclosa supplevit Gesn. ex C. Conf. 3, 28, 5. (o) *huiusmodi rei proditur ma.* F. S. (p) *eminam* C. (q) *decoques* C. (r) *in* ins. C. (s) *scrip. IV.* C. (t) *commiscis* F. S. (v) *rursus asperges* C. (x) *impones* C. (y) Ita pro *tardius dabitur* C. (z) *stillatim cauteribus* C. Vulgo *stillatis. superscintillatis* margo Sambuci.

Cap. VI. *Testium dolor*) Ipsa medendi ratio docere poterat Gesnerum, de scriptura Corb. non esse dubitandum; ad renum enim dolorem nihil ea pertinet.

Stilatis) Sic vulgatum *stillatis* corrigi voluit Gesner; possis etiam *stillatim* ex Corb. Forte huc pertinet locus V. 40. 3. (vulgo III. 41.) *quasi stellam parvam cauterio facies.* ubi

VII. (vulgo VIII.) [Quod[a] si testes tumebunt], hordeum comburito, pulveremque[b] ex eo trito suillae adipi misceto, ex quo medicamento mane et vespere testes illinito. Physicum autem creditur, testes animalium ablutos canino felle sanari. Alii auctores aqua calida testes cum dolent fovendos esse duxerunt,[c] suffumigandos[d] etiam viridibus foliis cypressi,[e] quae arbor specialiter mederi testibus creditur. Sed si defuerit, testas[f] ardentes nihilominus in aqua calida mitti, et inde[g] suffumigari; post cretam[h] Cimoliam cum stercore bubulo ex aceto acerrimo calentem induci, et quotidie renovari, quousque sanitas subsequatur.

VIII. (vulgo IX.) Si natura iumento exciderit,[a]

VII. (a) Verba *Quod — tumebunt* addidit Gesner ex Corb. (b) *pulveremque ex eo tritum suilli rem permisceto* C. Vulgo *pulveres*. (c) *dixerunt* C. (d) *suffumigando* C. (e) Ita C. *cypressique arboris* F. S. (f) Ita C. *testes* F. S. (g) *infumigari* C. (h) Vulgo *cretas Cimolias — bubulino — calentes — revocari*. Corb. *cretam Cimoliam c. st. bubulo et a. a. calente renovari*.

VIII. (a) Ita Corb. pro *excedit*, et *exciderit*, ut C. (b) et *cum substrin-*

Corb. *stillam parvulam*. unde h. l. possis *stellatim* legere.

Cap. VII. *Quod si testes tumebunt*) Haec verba ex Corb. revocavit Gesner, a lemmate putans extrusum capitis initium. Quod si vero animadvertisset, de eodem argumento esse antecedens caput, propius aberat a coniectura, quaedam escidisse verba, quibus medendi ratio continuaretur; nec esse hoc caput ab altero separandum.

Hordeum) Hippiatr. p. 155. *κρητάριον μετὰ κόπρου βοείου καὶ κυμίνου καὶ ὀξυκράτου λειώσας χρῖε μέχρι θεραπείας*. ubi legendum videtur *κριθάριον*. Iordanus Rufus adhibet. *fava scorzata et ben cotta con sonza non a de porcho*.

Foliis cypressi) Plinius 23. s. 80. et 24. s. 40. folia et pilulas ad tumores et varia testium vitia adhibet. Deinceps *testas candentes* malebat Morgagni. Hippiatr. p. 153. molares ardentes urinae pueri supponunt, atque inde suffumigant animal.

Cimoliam) Cum cypro et cera ad testium tumores adhibet Plinius 35. s. 57. *κιμωλίαν* vel *κεραμικὴν* cum aceto tritam imponunt Hippiatrica p. 155. Sola creta cum aceto et sale mista utitur Iordanus Rufus cap. IX.

Cap. VIII. *Natura*) Genitale. Aliam medicinam adhibent Hippiatrica p. 153.

ut revocari non possit, in aqua frigidissima constituendum est, et ibi fovendum, et[b] sublitam manum in anum eius iniicies, et contra vesicam fricabis, post diligenter cooperies, ne perfrigescat. Potiones[c] dabis, stercus suillum[d] quotidie[e] ex vino, aut in aqua dulci, donec liberetur.

IX. (vulgo X.) Si iumentum sanguinem minxerit vel adsellatum fuerit, hac ratione curabitur. De superiore vena sanguis auferatur, asphodeli[a] quoque herbae radix teritur,[b] et cum vini albi dulcis duabus cotylis[c] per os infunditur,[d] quae glutinosa videatur.[e]
Prodest etiam farinam triticeam cum adipe suilla[f] et 2
pulvere corticis mali granati decoquere, et non crassam[g] potionem, sed liquidam per os defundere; et[h] non solum a cursibus, sed etiam ab ambulatione abstinendus[i] est, ut glutinet[2] venam quae interius rupta est. Contingit enim ex[l] cursu vel saltu, ut intrinse-

xerit, in manum ei iniic. C. (c) *potionem* C. (d) *ovillum* conj. Morgagn. IV, 30. (e) *ex vino. Quotidie autem in aquam duces, donec* C.

IX. (a) *aphodilli* F. S. *asphodillae* C. *affodilli* et paulo antea *assellatus* G. (b) *teretur* C. (c) *cotulis* C. (d) *infundetur, ut glut.* C. (e) *alvo prodest* ins. C. In G. additur *aut.* (f) *suillo* C. (g) Ita Corb. pro *crassas potiones — liquidas — fundere.* (h) *et* omittit Cor. (i) Ita Corb. pro *abstinendum.* (2) Ita Corb. pro *glutinetur vena quae interrupta est.* (l) *ex*

Suillum) Morgagni *ovillum* malebat, quia Columella VI. 5. suillum bobus perniciosum esse dixerit, et cum eo noster supra cap. II. s. 14. De ovillo vide infra c. 15. (16.) Attamen ita etiam Hipp. l. c. *κόπρον χοιρείαν μετὰ ὄξους μίξας καὶ διηθήσας.* Contra pituitam idem dat Gargilius sect. 19.

Cap. IX. *Adsellatum*) i. e. ano eiecerit.

Superiore vena) de palato, *ἐκ τῆς ὑπερῴας* Hipp. p. 143.

Asphodeli) Minus integra extant haec in Hippiatr. p. 145. ibi enim adeps suilla omittitur, et pro cortice mali granati ponitur rhus Syriacus, eiusdem fere virtutis. Sed Hierocles p. 144. plane eadem et eodem ordine habet.

Glutinosa) Hierocles: *ἵνα δὲ ὑγρὸν ᾖ τὸ ἔγχυμα.* Inde patet, h. l. legendum *et non glutinosa potio datur.* Postea rectius crassam potionem dixit.

Abstinendus) *περίπατον δὲ σύντονον χρὴ παραλαμβάνειν* vitiose pro *χρὴ μὴ παραλ.*

cae[m] venae rumpantur; quapropter rebus stypticis, et his, quae consolidationem[n] faciunt, curandus est et defendendus a frigore: cui et super renes hoc anacollima oportet imponi: bulbos rufos L cochleas[o] vivas contusas, allia quinque, anagallici libram; quae omnia pariter bene trita commisces,[p] et renibus eius
3 imponis. quod prodest etiam illis, quibus evulsi[q] vel emoti sunt renes. His autem quibus per nares effluit sanguis, pusca frigidissima caput eius[r] fovebis, modicum salis adiicies. post anacollima suprascriptum[s] in capite et in[t] temporibus oblinis, et vehementer[v] medicamento constrictis venis fluxum sanguinis reprimis.[x]

X. (vulgo XI.) Si dysenteria iumentum apprehenderit, reversatur eius extalis,[a] qui ut curetur circumsecandus est cautissime, ne intestinum, quod praepositum est extali,[b] tangatur. quod si fuerit laesum,

ios. C. (m) *intrinsecus vena rumpatur* C. (o) Vulgo: *curetur. Super* legitur. deinceps *bulbos tascedeas vivas* etc. *colligefaciunt, curandus est, et findendus* (f. *defendendus*) *est a frigore. cui et super renes hoc anancolymba* (*anacollima*) *oportet imponi: bulbos ruferos L. ova V. anagallicus lib. I. quae omnia* C. (o) Io Goth. est *tascodeas* et paulo antea *faciunt et curas super.* (p) *commisces — et impones* C. Vulgo *commiscis.* (q) *evulserint* Goth. Voluit *evulsi erunt.* (r) *eorum* C. (s) *anancalmia suprascriptum* C. unde *suprascriptum* addidi. (t) *et tempore oblinies* C. (v) Ita pro *in* Corb. (x) *reprimes* C. quod errore dedit etiam Gesnerianoa.

X. (a) *stalis qui incuratur* C. deinceps *quae — secanda* F. S. *extale, qui — secandus* Go. (b) Vulgatam: *extali frangatur. Procidit intestinum*

Bulbas) In simili anacollemate infra c. 47. (48.) est *bulbos rufos triginta, cochleas vivas triginta*, atque in alio VI. (vulgo IV.) 22. etiam in potione bulbae et cochleas iungit II. 28. (vulgo I. 56.) VI. (IV.) 8. Ex his igitur locis colligebat Morgagni, h. l. legendum esse *bulbos triginta, 5 cochleas vivas*, et in corrupti vocabuli *tascedeas* vel ut est in Goth. *tascodeas* initio numeri bulborum vestigia latere. Corbeiensis liber ad *bulbos rufos* ducere videtur, sed is plura etiam mutat. Bulbos ἐριοφόρους cogitabat Gesner.

Pusca) Hippiatr. p. 144. ψυχρῷ ὕδατι bis habeot.

Cap. X. *Extalis*) Goth. *extale, qui —secundus.* Corb. *stalis, qui incuratur,* F. S. *quae secunda.*

Tangatur) Lectionem Corb. confirmat locus Hippiatr. p. 1. 8. δυσεν-

iam non redibit et sic remanebit et patulus erit extalis et facile procidet intestinum. Statim vitae periculum facit.

XI. (vulgo XII.) Animalium otiosis et pinguibus[a] contingit ex[b] pletura sanguinem mingere, cum hoc,[c] quod abundat, erumpendi per urinam[d] invenit viam: attenuati etiam[e] et exhausti animalis interdum est urina[f] sanguinea. Quod accidit aut ex[g] nimio ascensu,
aut labore ponderis,[h] aut nimietate cursus. sed[i] illis, 2
qui ex deliciis aut abundantia contraxerint passionem,[k] de matrice auferunt[l] sanguinem; attenuatis venas[m] laxare contrarium est.[n] Vtrisque tamen sa-

a contactu: vitae periculum facit, si tangatur; quod semel non redit et sic remanebit, et paululum exit *extalis supra* correxi. Corb. sic habet: *talitan generatur. Quod si fuerit laesum, iam non rediet, sic remanebit et patulus erit extalis, et facile procidet intestinum, statim vitae* etc. In S. margine est: *procidit intestinum ab extale*, et Voluit: *procedit intestinum ab extali, et vitae* etc. Golh. post *extali* pergit: *possit facere. procedit — contactis — facit, tangatur — semel laesum non redit.*

XI. (a) Ita C. S. M. pro *pigris.* (b) *expletura* F. S. (c) *eo quo* C. (d) *urinas* C. Gath. (e) *etiam* addidi ex Cor. (f) *in terra sanguinea* F. S. *urinam sanguinem* C. (g) *ex* om. C. (h) *ponderum* C. et Golb. (i) Ita C. *Sed ille qui* S. M. *Sadulis. Qui — contraxerit* F. S. *sed animal* Golh. (k) Ita C. pro *pnssianes.* (l) *auferendus est sanguis* C. (m) *venam* C. (n) *est* addit ex C. (o) *illa: Caprinum cum amuli tribus avellanis et horti*

τεριῶντος ἵππου ἐκτροπὴ γίνεται καὶ πρόπτωσις τοῦ πρὸς τὴν ἕδραν ἐντέρου, ἣν δεῖ θεραπεύειν περιτέμνοντα καὶ προσέχοντα μὴ τοῦ σφιγκτῆρος περιτέμῃ τι. οὐκέτι γὰρ δύναται εἰς τὸ ἐντὸς ἐπιστρέφειν, ἀλλὰ μένει ἀνεῳγμένος καὶ προπίπτει τὸ ἔντερον τὸ προσκείμενον τῇ ἕδρᾳ, οὗ συμβεβηκότος ζῆν οὐ δύναται. Vnde patet, intestinum, quod praepositum extali, male conversum esse ex graeco sphincteris vocabulo.

Cap. XI. *Pinguibus*) Haec pene verbotenus exstant in Hippiatr. p. 145.

Attenuati) Graece: πολλάκις δὲ καὶ ταλαιπωροτέρου ἵππου τὸ οὖρον αἷμα εὑρίσκεται, ἀλλὰ τοῦτο τοῖς ἀσθενεστέροις ἢ καὶ ἐκ μακρᾶς ὁδοῦ ἢ ἐκ πολλοῦ βάρους ἢ ἐκ πολλῆς πιμελῆς ἐπιγίνεται.

De matrice) αἷμα ἐκ τῆς γαστρὸς λάμβανε. Graece. Hoc igitur est Vegetio *dematricare.* Vide ad I. 10. 7.

Deliciis) τοῦτο δὲ ἐπὶ τῶν ἄγαν λιπαρῶν Hipp.

Attenuatis) τοὺς δὲ λεπτοὺς δίχα τῆς ἀφαιμάξεως περιόδευε Hipp.

lutaris est potio, si[o] lac caprinum cum amuli tribus obolis et urceolaris herbae succo [pastillos facias,
3 ex quibus unum] per os frequenter infundas. Certissima quoque ad ipsorum salutem potio praedicatur, si traganti unciam semis, opii -) storacis[p] -) tres, nucleos purgatos ducentos decem infundis in vino optimo,[q] ac diutissime conteres,[r] post ad magnitudinem nucis avellanae cum apibus attritos et vini optimi[s] sextario resolvas et ad cornu faucibus digeras per

olaris herbae succum frequenter infundes C. Vulgo erat: *cum a matricibus obolis et vitio laris herbae.* (p) *steracis* F. S. *Drachm. III.* S. M. (q) *optimo* om. C. (r) *conteres* ex C. addidit Gesner. (s) *optimi* addidi ex Corb.

Amyli) Ita recte Gesner vulgatum *a matricibus* emendavit ex Corb. qui habet *a muli tribus avellanis.* Sed *obolis* retinui. Amylum cum ovo iis, qui sanguinem reiiciunt, et in vesicae dolore cum ovo et passo dat Plinius 22. s. 67. De urceolari herba vide supra ad II. 6. (vulgo I. 34.) 2. Sed ecce Hippiatrica p. 144. in eadem formula *γάλακτος αἰγείου κοτύλην μίαν καὶ ἀμύλου ὅσον ὠῶν τριῶν πλῆθος ἐλαίου γο. γ΄. μίξας διὰ κέρατος ἐγχυμάτισον.* Inde igitur legendum erit *amyli tribus ovulis.* Nihil tamen illa de herba urceolari, vel pastillis. Hos quidem damnavit etiam Gesner et ad sequentia pertinere censuit. Sed eadem Hipp. p. 145. habent in eadem formula *καὶ ἀμύλῳ καὶ τρισὶν ὠοῖς καὶ χυλῷ βοτάνης περδικίου.* Inde igitur fit manifestum, h. l. legendum esse *amylo, tribus ovis et urceolaris herbae succo per os frequenter infundas.*

Traganti) Vulgo *draganti.* Hipp. p. 145. *τραγακάνθης οἴνῳ ἀποβεβρεγμένης γο τὸ ἥμισυ.*

Opii) In Corb. est *draganti semen et apii scr. 4. storacis scr. tres pineos purgatos.* In S. M. est pro vulgato *mespili scr.* scriptum *metropoli drachma 4.* In Goth. *mescuspoli.* Equidem ex vestigiis lectionis Corb. veram lectionem restitui eiecto mespilo. Et sic Hippiatr. *ὀπίου γρ. δ΄.* i. e. *opii scr. quatuor,* et tantundem styracis ponunt.

Nucleos pineos) Plinius 22. s. 74. nuces pineas, quae resinam habent contusas leviter cum aqua decocta dat sanguinem exscreantibus. Vulgo h. l. erat *pini, hos purgatos.* Graece est: *στροβίλια ἀριθμῶν ιβ΄.* Igitur h. l. lege *vicenos decem* vel *viginti decem.*

Apibus attritos) In G. est *apibus a tribus.* Fuitne *raphanis tribus,?* quos coctos sanguinem esscreantibus dat Plinius 20. s. 13. Sed nihil tale in Hipp. quorum locum nunc demum investigavi. Quare cum Gesnero malim *cum superioribus* vel *prioribus.*

Resolvas) Ita Corb. Vulgo *resolutos dabis ad cornu et faucibus digeres.* Etiam Goth. *resolvas* omisso *et* habet.

dies continuos septem; quod etiam hominibus prodest ad fabae magnitudinem cum ovo dedisse.

XII. (vulgo XIII.) Si vero sanguinem animal reicit,[a] oportet genestae succum dari[b] cum vino, aut porri succum lixivio oleoque permixta faucibus infundere. Aliquando animalia sanguinem vomunt, quibus hac potione succurritur:[c] absinthium Ponticum et spicam nardi aequis ponderibus in cacabo novo cum aqua decoques[d] et dabis in potu.[e]

XIII. (vulgo XIV.) Si[a] sanguis interdum nimis[b] per venam, cum percussa fuerit, et[c] claudi non potuerit, erumpit, remedium est, stercus ipsius[d] animalis superponere[e] fluentibus venis: aut si perseveraverit, urere[f] cauterio subtiliter, ne nervi laedantur. Floccum etiam competenti[g] oleo tinctum venae[h] admoveto. etiam[i] assem ligneum[k] in vena, qua sanguis profluit,[l] ponis, et ligas; praesens est remedium.

XII. (a) *animal reicit* C. pro vulgato *sanguinem vomat.* (b) Ita C. pro *succum, cum vino atque porri succo.* Idem *lixivio* habet. (c) *succurreretur* C. (d) *coques* C. (e) *potum* C.

XIII. (a) *si* om. C. (b) *nimium* C. (c) Ita Corb. pro *ut claudi non possit, erumpat.* (d) *ipsius* om. S. (e) *super* C. (f) *uri* C. (g) *tamenti* C. (h) *bene* C. (i) *etiam* om. C. (k) *lineum* F. S. nobiscum C. (l) *effluit* C.

Hominibus) Vulgo *omnibus*. Corb. *humi*, unde *homini* malebat Gesner. Hipp. τοῦτο δὲ καὶ ἀνθρώποις ἐστὶν ἐπωφελὲς εἴγε κυάμου μέγεθος εἰς ᾠὸν δώσεις. Recte igitur C. et G. *ad fabae m.* pro vulgato ante Gesnerum cum *fabae magnitudine*. Deinceps male S. M. *cum vino*. Corb. omittit verba *cum ovo*.

Cap. XII. *Porri*) Etsi sectivum etiam huc facit, capitali tamen efficacioris succum vel solum vel cum thuris aut gallae farina, aut acacia commendat Plinius 20. §. 22. In Hippiatr. p. 145. est πράσου χυλὸν μετὰ οἰνομέλιτος καὶ ᾠοῦ εἰς τὸν λαιμὸν ἔμβαλλε προσμίσγων καὶ στακτὴν ὀλίγην. quae valde sunt diversa. Gesner malebat *oleoque lixivo* legi. Equidem Corb. lectionem restitui, quoniam etiam Gargilius sect. 46. genistae succum cum vino separatim propinat contra sanguinis abundantiam.

Cacabo novo) Hipp. p. 146. ἐν χαλκείῳ καινῷ ἀφεψήσας.

Cap. XIII. *Assem ligneum*) Male Gesner asserculum interpretatur; intelligitur enim nummus. Hippiatrica p. 42. ἀφόδευμα αὐτοῦ τοῦ ἵππου

XIV. (vulgo XV.) Vesicae indignatio generatur
ex plurimis causis, et[a] propter urinae difficultatem
celerrimum,[b] immo praesens discrimen importat. De
qua valitudine diligentius[c] tractare[d] convenit, ut
passioni[e] competens medela succurrat; quae his
agnoscitur signis. mingere non poterit, omnia crura
2 flectentur, demittitur[f] venter ad terram. Et si dif-
ficulter mingit,[g] dysuria appellatur: si[h] quando gut-
tas per veretrum mittit[i] cum labore, stranguria dici-
tur: quum[k] in totum non potest mingere, ischuria[l]
appellatur, et vicinus est morti. Propter quod ex-
tensiones et tubercula nascuntur in dorso, et prae-
3 focatio circa fauces ex dolore ventris. Cui hac
ratione succurris:[m] de[n] pectore venas pungis, et
sanguinem quantum sufficit, detrahis, et sic accipiet[o]
laxamentum. Praeterea manum tepido[p] cum oleo

XIV. (a) Ita C. pro *quae*. F. S. *qua*. (b) Ita C. *celerr*. deerat ante Gesn. (c) Vulgo *diligenter*. Corb. *diligentibus*. (d) Ita pro *tractari* C. et Goth. (e) *passionis* C. G. (f) Vulgo *dimitt*. Corb. *ventrem demittit*. (g) *mingat* Corb. (h) Ita C. pro *Sed*. (i) *mittit* om. C. (k) *Quun totus* Goth. *Qui vicinus est morti propter quam extensionem* reliquis omissis Corb. (l) Ita pro *dysurin* Morgagni et Gesner. (m) *succurres* C. (n) *depectorabis et sanguinem quantum sufficit detrahes* C. Vulgo *quantum videbitur*. (o) Ita C. pro *accipitur*. F. S. *luvamentum*. Morgagni coniic. *levam*. (p) Ita C. pro *tepidam*. Goth. *manus cum oleo tepido*. (q) *mittes* C. (r) Ita pro *inve-*

ταῖς ῥεούσαις φλεψὶν ἐπίτιθες. εἰ δὲ ἐπιμένοι τὸ αἷμα φερόμενον εὐφυῶς ἐρέας μαλλὸν βρέξας εἰς ἔλαιον τῇ φλεβὶ προσένεγκαι, ἢ νοῦμον ξύλινον ποιήσας ἐπὶ τῇ αἱμοῤῥοούσῃ φλεβὶ ἐπιτίθει καὶ χρῶ ὡς καλλίστῳ καὶ προχείρῳ βοηθήματι. Vides, cauterii usum ibi omitti.

Cap. XIV. *De pectore venas*) Hippiatrica p. 111. τῷ δὲ τὴν γαστέρα ὀδυνωμένῳ χρὴ βοηθεῖν οὕτως. διακόπτεις τὰς ἐν τῷ στήθει φλέβας καὶ ἐξαιματίζεις τὸ ἀρκοῦν. δεῖ δὲ καὶ τὴν χεῖρα λιπάναντα καθεῖναι εἰς τὴν ἕδραν καὶ τὰ παρακείμενα ἐμφράγματα ἐκκομίσασθαι, καὶ ἁλὸς λεπτοῦ ὅσον ὀξύβαφον καὶ μέλιτος ἐνεῖναι. ἐρεθισμὸν γὰρ παρέχεται τοῦ διατιλῆσαι, καὶ οὕτως ἀνώδυνος ἔσται. Vnde apparet *dulcedinem* h. l. esse ἐρεθισμόν. Sed pro oleo Graecus adhibet mel. Legendum etiam *descendat. dulcedo enim* etc. Atque ita edidi. Ceterum Corb. *depectorabis* habet, quod dictum, ut *denutricare*, sanguinem ex matrice detrahere.

in anum mittis,[q] et si qua stercora intus[r] impedimento sunt, attrahis.[s] Post cum libra olei salis triti 4
plenum acetabulum misces, et calefactum iniicies in anum, iumento in locis pronis posito, ut facilius ad interiora[t] descendat; dulcedo enim[v] sequitur ac so-
lutio ventris, et dolor mitigatur. Quae remedia si 5
tarde[x] subvenerint, manum et brachium perunguito, et[y] cum magno sensu atque cautela in[z] anum iniicito[a] in partem dextram, et reversato[b] in sinistram: vesicam[c] manu plena leviter premito, ut incipiat[d] urina
procedere,[e] et sic liberabitur. Valde premere[f] est 6
contrarium. Ex his autem[g] causis passio ista[h] descendit: si iumentum in opere aut cursu magna parte diei[i] cogatur, et urinae faciendae[k] spatium denegetur, tunc[l] a vesicae meatu usque ad verctrum nascitur tumor, et cum dolore egestionis foramen angu-
statur; E diverso si iumentum exerceri solitum diebus 7
plurimis steterit, indigestione[m] nascuntur spurcitiae,

neris intus, quia impedimentum praestant Corb. (s) *abstrahes* C. *extrahis* Morg. (t) *interna* C. (v) Vulgo *etiam.* (x) *tardius* C. deinceps vulgo *manus et brachia.* Mecum C. qui *perunguito.* (y) *tum magno* C. (z) Ita pro *manus* ex Corb. Gesn. (a) *et* ins. Edd. a. G. (b) Ita cum C. Gesn. Vulgo *in partem.* Goth. *dextram et cum saro in partem.* Ceterum ubi ab Editis discessit Gesner, Corb. secutus est. (c) *et sic manum plenam* edd. a. G. (d) *incipias in hac proc.* edd. a. G. (e) *producere, sicque liberantur* C. (f) *spinae* F. S. *premere* S. M. et C. (g) *autem* om. edd. a. G. (h) *ita* edd. a. G. (i) *duci* edd. a. G. (k) *facili* edd. *ex urinae* G. (l) *et* edd. a. G. (m) *uti* ins. C. (n) *ex humore efferunt* C. *spurcitia ex humore effu-*

Valde premere est contrarium) Totam hanc rationem improbat Apsyrtus Hippiatr. p. 111. cuius verba posui supra ad II. 23. (vulgo I. 51.)

Spatium denegetur) Hippiatrica p. 112. ὅταν ὁδοιπορῶν ἢ τροχάζων δι' ὅλης ἡμέρας μὴ οὐρήσῃ διὰ τῆς ὁδοῦ, διὸ δεῖ ἀναγκάζειν ἐκνεύοντα καὶ ἐκκλίνεσθαι πρὸς τοῦ οὐρεῖν. τὸν γὰρ ἀπὸ τῆς φύσης πόρον ἐπὶ τὸν οὐρητῆρα συμβαίνει φλεγμαίνειν καὶ μετὰ βίας προϊέναι τὸ οὖρον, δι' ἣν αἰτίαν ἀλγεῖ καὶ ὀδυνᾶται. Sed rectius ibi Hierocles p. 115. habet οὐρήθραν pro οὐρητῆρα; et hoc loco in Vegetio malim *urethram* quanquam *veretrum* defendi potest; per illud enim excurrit *urethra.*

et[n] humores efferuntur usque ad vesicam, compunctiones etiam et morsus urinali fistulae praestant; ex
8 quo stranguria[o] plerumque contingit. Ex perfrictionis[p] indignatione dysuria solet[q] venire, cum nimio rigore meatus intumuerit: et ideo calefactionibus diversis a[r] frigoris solvenda est celeriter iniuria.[s]
9 Interdum ex[s] indigestione hordei, vel[t] cum aquam frigidam avidissime biberint, dolorem[v] ventris animalia patiuntur, et propter vicinitatem commota vesica stranguriam sustinent. Aliquando et stercus pullinum, vel[x] alia noxia in cibo sumta, cum inflationem
10 fecerint, impediunt minctionem. Bestiolae[y] etiam, quae appellantur buprestes,[z] araneae similes, si cum

runtur. G. deinde *praestat.* (o) *stranguiria* C. (p) *perfrictione et* edd. a. G. (q) *adsolet evenire* C. *assolet* Golb. (r) Ita pro *a frigore s. est ini. cel.* Corb. (s) Ita pro *et* C. (t) Ita pro *et* Corb. (v) Ita pro *dolores* Corb. (x) Ita pro *et* C. (y) *Bestiolus etiam, qui appellatur buprestis araniae similis, si cum foeno devoratus fuerit, animal praefocabit* C. *bestiolas* etiam Golb. Verba *si* et *foeno*. Vulgo *desunt*. (z) *vulpestres* F. S. *bulbrestrae* S.

Compunctiones) Hippiatrica p. 112. ἐσθ' ὅτε δὲ καὶ διὰ τὸ ἑστάναι καὶ μὴ γυμνάζεσθαι, γεννᾷ χυμοὺς δριμυτάτους, οἵτινες φερόμενοι ἐπὶ τὴν κύστιν, δηγμὸν παρέχουσι τῇ διόδῳ τῆς οὐρήσεως, καὶ διὰ τοῦτο στραγγουρία. quae vitiose repetuntur p. 115.

Perfrictionis) Hippiatrica p. 112. πολλάκις δὲ καὶ χειμῶνος δι' ὑπερβολὴν ψύχους γίνεται, διὸ δεῖ τῷ τοιούτῳ πῦρ παρακαίειν καὶ οὐρήσει.

Indigestione) Hippiatrica p. 112. τὴν δὲ γαστέρα συμβαίνει πονεῖν δι' ὠμότητος ἤτοι ὅταν μὴ καταπέπτων τὰς κριθὰς ὅλας ἀφοδεύῃ ἢ καὶ τούτων ἐμμείνωσι πλείονες· ἐμπλησθεὶς γὰρ τοῦ ποτοῦ, τὴν γαστέρα ὀδυνᾶται καὶ στροφοῦται. ἢ ὁπόταν ἐν τῷ προσφερομένῳ χόρτῳ ἐμπέσῃ ἐσθίοντι στρουθίου πτερόν· καὶ τοῦτο γὰρ πλησμονὴν παρέχει καὶ στρόφον. Vides, pro stercore pullino plumam memorari. Priora accuratius tradit Theomnestus p. 106.

Buprestes) Hippiatrica p. 113. γίνεται δὲ καὶ ὃ καλοῦσι βούπρηστιν, ὅμοιον φαλαγγίῳ, ὃ ἐγγεννᾶται ἐν τῷ χόρτῳ, ὃ ἐὰν προσλάβῃ τρόγων ὡσαύτως ἐμπρησθήσεται καὶ κινδυνεύσει. De eadem re Theomnestus p. 106. ἔστι δὲ ὅμοιος φαλαγγίῳ σκώληξ, ἢ ὅταν ἀράχνιον, ἢ τὸν λεγόμενον λύκον φαλάγγιον, ὅπερ πολλάκις ἐν τῷ χόρτῳ γεννᾶται. Hierocles ibidem p. 105. εἰ ἐμπεσὸν εἰς τὸν χόρτον φάγῃ ἀράχνιον μικρὸν ὅμοιον φαλαγγίῳ ὃ καλοῦσι βούπρηστιν. πίμπραται γὰρ ἐπὶ τούτῳ, ὡς καὶ ῥίπτειν ἑαυτὸν εἰς τὴν γῆν ὑπὸ τῆς ἀλγηδόνος. De bupresti iterum noster infra c.

foeno devoratae fuerint, animal praefocant. Aqua[a]
quoque coeno vel limo[b] turbida si bibatur, meatus
impedit minctionis. Vermes[c] quoque vel lumbrici 11
si intestinum exulceraverint, vesicam[d] laedunt, et
dupliciter animalibus discrimen important. Quod
his deprehenditur signis.[e] animal quod tardius mingit,
latera sibi scalpit,[f] vel terram mordet, scias illud[g]
vermibus[h] vel lumbricis torqueri. Cui hac ratione 12
succurris:[i] brassicae folia subtilissime[k] contundis,
et commisces boni vini cotylas quatuor, et per sini-
stram narem[l] infundis. Sulphur[m] etiam vivum in
pulverem rediges, et cum oleo totum ventrem ani-
malis et veretrum perfricabis. Absinthium etiam
largiter cum vino decoques, et per sinistram narem
defundes. laser quoque Syriacum et nitri pulverem
cum vino decoquis,[n] et per os digeris. Inambulatio- 13
nibus et leni[o] cursu exercebis[p] in loco molli vel her-

M. (a) *aquam — turbidam si bibat, meatum* C. (b) *luto* S. M. (c) *Vermis q. v. lumbricam si intestinum exulceraverint* C. unde vulgatam: *in intestinis cum ex ulcere venerunt* correxi. (d) sic C. *vesicas* edd. a. G. (e) *si* ins. C. (f) *scalpet — mordeat* C. (g) Vulgo *eum*. (h) *ver torqueri* C. unde vulgatum *extorqueri* correxi. (i) *succurres* C. (k) *subtilissima contundens commisces vini boni cotulas* C. *commisces* etiam Goth. Vulgo *commiscis*. (l) *partem suffundes* C. (m) *Sulphur — defundes* ex C. supplevit Gesner. (n) *decoquens per os digeres* C. (o) *levi* C. (p) *Tunc in*

77. (78.) Tradit. Vide notas ad Nicandri Alexiph. vers. 335. et ad Aeliani H. A. 6. 35. Ad meloarum Linnaei genus pertinere videtur.

Aqua quoque) Theomnestus p. 106. συμβαίνει δὲ καὶ διὰ φαυλότητα ὑδάτων καὶ ξενισμόν. Sic et Apsyrtus p. 113.

Terram mordet) Hippiatrica p. 113. ὅν ἐπιγνώσῃ ἐν τῷ συμβαίνειν ῥίπτειν ἑαυτὸν καὶ δάκνειν τὴν γῆν διὰ τὸν πόνον. Deinde subiungit eadem medicamenta, nisi quod post vini cotylas quatuor addit καὶ ἐλαίου μίαν ἐγχυματίζειν διὰ τῆς ἀριστερᾶς ῥινός. Eadem repetuntur p. 106. Alia mensura adhibetur et per dextram narem medicamentum infunditur p. 116.

Sulphur) Hippiatrica p. 113. καὶ θεῖον τρίψαντες μετ' ἐλαίου ἐπαλείφειν τὴν κοιλίαν, καὶ ἀψίνθιον δὲ ἁρμόζοι τούτῳ, ἑψόμενον ἐν οἴνῳ.

Laser Syriacum) Hippiatrica p. 113. ὀπὸν Συριακὸν ὅσον μέγεθος κυάμου καὶ νίτρου ὀπτοῦ ὁλκὴν μίαν διέντας ἐν οἴνῳ ἐγχυματίζειν.

bido: vel ad aquam leniter labentem ad urinam invitabis. Facilius[q] autem provocabitur, si, ubi aliud[r]
14 animal minxerit, teneatur. Quae[s] praemittuntur,[t] ut veniatur ad curas;[v] aqua enim calida diutissime lumbi fovebuntur[x] et renes, tunc avenam agrestem et[y] vini dulcissimi duas cotylas decoques, et per sinistram narem infundis colatum humorem:[z] ficus praeterea optimas decoques in aqua cotylis quatuor,
15 mixtoque nitri pulvere similiter defundes. Allium[b] quoque cum vino decoctum, et per sinistram narem infusum[c] producit urinam.[d] Memineris autem ex eo momento[e] cum in hanc inciderit passionem, hordeum ei[f] subtrahendum penitus, et potum,[g] herbam viri-
16 dem vel farraginem ad substantiam dandas. Sarmatarum autem, (quorum) equitatus[h] veteres plurimum valuerunt, usus invenit, ut animalia a collo usque ad pedes involvantur de sagis, suppositisque carbonibus vivis addito castoreo suffumigentur, ut totum

locum mollem vel herbidum, vel aquam leviter habentem ad urinam invitabis C. oode vulgatom *leniter abeuntem* correxi, obi *abeuntem* omittil S. (q) *Facilius a. prov.* addidi ex Corb. (r) Vulgo *aliquod aliud.* sed Corb. mecuoi. Post *teneatur* vulgo sequitur: *facilius provocatur.* (s) *Quaedam* S. M. (t) *praemittenda sunt* C. (v) *curam* C. (x) Ita C. pro *fovebuntur.* (y) Ita C. pro *ex vino dulcissimo duabus cotylis decoquis.* oisi quod *cotulas* C. (z) Ita C. pro *colatos humores.* (a) Ita C. *diff.* a. G. (b) *Folium* C. et Goth. *Trifolium* S. M. (c) *fusum* C. (d) Ita pro *urinas* C. (e) Ita C. pro *statim, cum in passione ceciderit.* (f) Ita pro *eis* Goth. *eis subtr.* om. Corb. (g) Ita C. pro *potus herbas virides vel farragines ad sustentandum.* (h) Ita cum Gesnero Goth. pro *aequit.* Corb. *aequitatatum apud veteres.* Gesner *quorum* iuserere suasil. (i) *vitrum* C. quod *uterum* inter-

Aliud animal) Hippiatrica p. 113. προκαλούμενον δὲ αὐτὸν ἄγειν ἐπὶ ἀπούρησιν ὅπου ἕτερα κτήνη ἐκ τῆς οὐρήσεως φύσημα πεποίηνται, ἐφ' ἣν ἐὰν ἔλθῃ ὡς τάχιστα οὐρήσει.

Lumbi — et renes) Hipp. p. 112. τοῦ νώτου καὶ τῶν ἰσχίων.

Avenam agr.) Hipp. στύλου ἀφεψήματι,

Allium) Vitium arguit lectio *folium* et *trifolium.* In Hipp. est πολυόφυλλον.

Sarmatarum autem equitatus) Narrationem habeut Hippiatr. p. 113.

ventrem[1] testiculosque eorum castorei fumus vapo-
ret;[z] et confestim detractis carbonibus cooperti deam-
bulant et mingunt. Alumen scissum[l] et sales[m] fricato, 17
admixtoque oleo et melle collyrium longum et tenue
facito, et in scapi[n] ipsius foramen inserito, continuo
provocabitur. In aheno opopanacis quanta[o] digiti 18
minoris extremitas cum[p] vino decoques et per nares
dextras dabis. Alii cepas acerrimas purgant,[q] et
leviter contusas tres aut quinque ponunt in anum,
et sic deambulare faciunt. Ad urinas inventus est 19
qui affirmaret priores ungulas[r] equi ipsius radi, et
teri cum vini sextario, et per nares infundi: ad ce-
leritatem[s] minctionis[t] physica ratione prodesse. Be- 20
tas quoque[v] et malvas decoques, et aquam earum
calentem cum melle ad unum sextarium naribus in-
fundes. Si tempus virides denegat cibos, foenum 21

pretatur Gesn. (z) Ita pro *evaporet* C. omissa tamen copula *et*. (l) *salsum* F.S. *excissum* C. *scissum* S.M. (m) *sale* F.S. *salis* C. (n) Ita pro *veretri ips. foramine* Corb. (o) Vulgo erat *ano panacis quantum*. In Codice *Inde apopanacem*. In altero *opopanacem*. In Goth. *panacem*. Mecum S.M. ubi tamen est *quanti*. (p) *cum — dextras* addidi ex C. et S.M. nisi quod S.M. *decoqui*, et Corb. *decoques, per narem dextram*. (q) *purgant* addidi ex S.C. (r) Ita Corb. Vulgo *affirmat et ungulam*. (s) Ita pro *celerem minctionem. Si non tali ratione prodesset* Corb. (t) *mixionem* S. *minxionem* F. *celerem mictionis* Goth. (v) *quoque* ex Corb. addidi. *bletas-*

Opopanacis Hipp. l.c. ὀποπάνακος ὅσον κεφαλὴν δακτύλου τοῦ μικροῦ τρίβοντα ἐν οἴνου κοτύλῃ. sed p. 115. est: ὀποπάνακος κεφαλὴν ὅσον δακτύλου μέγεθος. Opopanacem ex vino contra stranguriam dat etiam Diosc. III. 45. Vulgo hic locus vitiosissimus erat.

Cepas) Supra II. 33. (vulgo I. 61.) est *allium*, et verba *et sic — faciunt* omittuntur. Ceterum emendationem nostram firmant Hippiatr. pag. 111. κρόμμυα τὰ μακρὰ ἅτινά ἐστι δριμύτερα ἀποκαθάραντα καὶ θλάσαντα etc.

Adfirmaret) Ita scripsi ex Corb. Hipp. p. 113. ex Magonis Georgicis: τοὺς ἐμπροσθίους πόδας κάτωθεν ἀποξύσαντα ἐκ τοῦ κατ' ὄνυχα μέρους — ἐν οἴνῳ ὅσον κοτύλῃ. Ceterum S. M. *physicali ratione prodesse* habet, adeoque Corb. scripturam firmat.

Decoques) Supra est *ad tertiam decoques — ad medium sextarium*. Hipp. p. 116. σεύτλου καὶ μαλάχης ἀφέψημα διὰ γλυκέος ἐγχυματίζειν.

melicrato[x] adspersum praebebis: vel succum ptisanae[y] hordeaceae cum melicrato similiter dabis. Aliquanti[z] rosmarinum[a] decoquunt, et ex ea calida testes[b] fovent. Cimicem[c] etiam vivum in aures animalis mittunt, alium[d] super naturam, qua mingit,[e] con-
22 fricant; certissimum dicitur.[f] Porros decoques,[g] et succum eorum exprimes ad sextarium 1, et cum vini veteris[h] hemina olei acetabulum permisces, et[i] per narem dextram dabis, deambulando[2] ducis. Vulgare et[l] verum est remedium:[m] lutum de via ex lotio

que Goth. (x) *mellicr.* edd. a. G. (y) *tesanae* C. (z) *alii* S. M. (a) Ita Corb. Vulgo *rosmarinos.* (b) *testes* ex Samb. addidit Gesuer. *tenent* addit Goth. (c) Ita Corb. Vulgo *Alii cimices tritos in nares.* S. M. *ternos vivos in aures.* Goth. *tertios* habet. (d) Vulgo *et alium.* F. S. *aliam.* (e) *mingunt* F. S. (f) *dicitur* om. C. (g) *decoquens succum* C. (h) *et* ins. F. S. (i) *et* om. C. *nares dextras* G. (2) *deambulatum duces* C. (l) *Sed* C. In Goth. est *bulgar exsiccat verum est lutum.* (m) *rem* om. C. (n) *cum*

Succum ptisanae) Hipp. p. 114. καὶ τὰς κριθὰς ποιοῦντα πτισάνην καταρ. τ. μελικράτῳ.

Rosmarinum) Hipp. p. 117. βράθυν τὴν βοτάνην καθεψήσας καὶ ἐξ αὐτοῦ θερμοῦ τὰ αἰδοῖα τοῦ ἵππου ἀπαντλησον. Brathys latine sabina dicitur.

Cimicem — vivum) Ex Corb. dedi lectionem veram, quae etiam exstat supra II. 33. (vulgo I. 61.) In Hipp. p. 117. est κόριν ζῶντα — ἐπίτριψον.

Veteris hemina) Heminam omittunt Hipp. p. 117. ubi est etiam καὶ διακινεῖν παρασκεύαζε.

Vulgare) Exstat Hippiatr. p. 117.

Vulgare — lutum — ex lotio) Huc pertinet Aristotelis locus Problem. VII. 3. διά τι ἐπειδὰν πρὸς τὸ πῦρ στῶμεν, οὐρητιῶμεν, καὶ ἐὰν πρὸς τὸ ὕδωρ, οἷον ἐάν, πρὸς τὸν ποταμόν, οὐροῦσιν; ἢ ὅτι τὸ πᾶν ὕδωρ ὑπόμνησιν δίδωσι τῆς ἐν τῷ σώματι ὑγρότητος καὶ ἐκκαλεῖται τὸ προσιόν· αὐτὸ δὲ τὸ πῦρ διαχαλᾷ τὸ πεπηγὸς ἐν τῷ σώματι, ὥσπερ ὁ ἥλιος τὴν χιόνα. Item probl. 6. διά τι χασμησαμένοις ἀντιχασμῶνται, καὶ ὅταν οὐροῦντα ἴδωσιν, οὐροῦσι, καὶ μάλιστα τὰ ὑποζύγια; ἢ διὰ τὴν μνήμην; ὅταν γὰρ μνησθῇ, κινεῖται τοῦτο τὸ μέρος. τοῖς μὲν οὖν ἀνθρώποις διὰ τὸ εὐαισθητοτέροις εἶναι, ἰδοῦσιν εὐθὺς συμβαίνει καὶ κινεῖσθαι καὶ ἀναμιμνήσκεσθαι, τοῖς δὲ ὑποζυγίοις οὐκ αὔταρκες τὸ ἰδεῖν, ἀλλὰ προσδέονται καὶ ἄλλης αἰσθήσεως· διὸ καὶ ὀσφρανθέντα, ὅτι εὐκινητοτέρα αὕτη ἡ αἴσθησις τοῖς ἄνευ λόγου· καὶ διὰ τοῦτο εἰς τὸν αὐτὸν τόπον ἅπαντα οὐρεῖ, οὗ ἂν τὸ πρῶτον οὐρήσῃ. τότε γὰρ μάλιστα κινοῦνται, ὅταν ὀσφρανθῶσιν· ὀσφραίνονται δέ, ὅταν πλησιάσωσιν. Quae quidem posteriora ad asinorum gregem nimis anguste retulit Alexander Aphrodis. Probl. I. c. 34. Modum excedit etiam, quod lutum ex urina

cuiuscunque equi factum vinoque permixtum et colatum naribus infundas. Apii radices cum vino[n] dulci 21
aut melicrato decoctas praebebis,[o] pulveremque thuris ovumque crudum cum vino dulci permixta per os convenit dari. oleo cum vino permixto et calefacto supra renes et ilia inungens[p] confovebis. Ex melle quoque decocto et sale collyria[q] longa et tenuia foramini immittuntur,[r] quo emanat urina. Musca[s] viva et[t] loco ipsi immittitur,[v] vel mica thuris apponitur, et de bitumine collyrium[x] inseritur, ut provocetur urina.

XV. (vulgo XVI.) Quibus modis constrictus[a] venter solvi debeat,[b] saepius dictum est. Nunc exponendum est, quemadmodum[c] solutus possit adstringi. Res enim haec animalibus periculosa nimis est, nisi velox medicina subvenerit; cuius necessitatis[d] de experimento principale[e] remedium est. balaustii[f]

vino ins. C. S. M. (addidi *dulci* ex Hipp., suadente Schoeidero. *Typ.*) (o) *praebere* C. (p) *spongiis* C. *inungis* Goth. (q) *collyrium* etc. C. (r) *inditur quo manat* C. (s) *etiam* ins. C. (t) *et* om. C. *minuitur* pro *immittitur* Goth. (v) *immittetur, vel micturis apponetur, vel devitum in collyrio inseritur, ut provocet urinam* C. (x) Volgo *collo inseritur.*

XV. (a) Ita pro *strictus* C. (b) Ita pro *debet, saepe praed.* Cosb. *dictum* etiam Go. (c) Ita pro *si solutus, postea restringitur. Etenim hoc animal — periculosum* Corb. *possit adstringi* etiam S. M. (d) Ita pro *necessitas* ex C. Gesn. (e) Ita pro *principali tenendum est* S. M. Corb. *principale* etiam Go. (f) Hoc ex S. M. scriptura: *Falaustae seminis* effecit Gesn. *Clistere unciam* F. S. apposito siguo corroptae lectionis *Vste SMNC.* Equidem

factum non olfaciendum datur equo laboranti, sed vino permixtum colatumque naribus infunditur a Vegetio.

Oleo cum vino) Haec usque ad finem capitis excerpsit ex Columella VI. 30. 4. uode confirmatur emendatio Gesoeri, in fine vulgatam: *collo inseritur* emendantis ita, ut edidi. Ceterum male Gesneriana haec distinxerat *permixta, per os convenit dari oleo cum vino* etc. Supra succum apii et caulium addit, omissum a Columella. Verba *per os — permixto* omissa in editione principa male incluserat Gesner.

Radices cum vino) Ex C. S. M. addidi *cum vino*. sed ex Hipp. p. 117. praeterea *dulci* addi debet.

seminis unciam ex vino austero[g] dabis, caryotas tun-
dis[h] et gallas Syriacas, et exinde datur potio saluta-
2 ris. Talis quoque subvenit compositio: cerae[i] uncias
2,[k] lardi libram unam, piperis unciam[l] semis, picu-
lae[m] semiunciam diligentissime[n] tundes, casiae un-
ciam semis, trita pariter consperges,[o] offas facies,
solito minores,[p] intinges[q] in ceram remissam et sic
digeres. Stercoris quoque ovilli denarios III. et aceti
3 mulsi sextarium[r] per cornu dabis. herba rubea trita[s]
restringit,[t] si detur in vino. spongiam Afram[v] intin-
ges in pice liquida, post combures, farinamque eius
vino austero defundes. farinae triticeae heminam;[x]
sevi caprini unciam unam, lactis heminas tres pariter
commisces et da. Nitrum[y] quoque, si[z] potest fieri,
virgineum[a] diligentissime tritum et in pulverem re-

balaustii semunciam malim, quia balaustii semen nullum est. (g) *vel aceto per os defundere* (*diffundit* S. M.) *Hordeum combustum* (*ordeum quoque* S. M.) *ex vino austero dabis* ins. C. et S. M. (h) *tundes in gallum Syriacam* C. (i) *cene* S. (k) *sordes* ins. S. C. (l) *smnc.* h. e. *semunciam* C. (m) *lenticulae* coniec. Morg. IV, 33. (n) *casei smnc*, *dil. tundes et* C. *cassiae* F. S. nobiscum S. M. (o) *conspergis* F. (p) Ita pro *more* S. M. C. (q) *intingues* C. (r) Ita pro *cera*, *cum remissa est. Sic quoque digeris stercoris ovis libram*, *et in aceti et mulsae sextario* dedi ex Corb. nisi quod *quoque* retinui ex vulgata et copulam ante *aceti* addidi. *stercoris denarios tres* S. M. *facito — cera remissa est — ovis denar. III. aceti* Gu. (s) *trita* ins. S. et C. (t) Ita pro *restringes*, *si dederis* C. (v) *offam* ex Edd. affert Gesner, qui *Afram* ex C. posuit. Sed Sambucus *in vino spongiam. Offam intinges* et in margine *vino veteri. Spongiam* habet. Vitiose autem varietas ista notatur in margine. (x) *heminam*, *sevi caprini unciam unam lactis heminas tres pariter commisces et da* S. M. Vulgo erat: *heminas quatuor commisces et digeres.* (y) *Vitrum* C. (z) *Nitrum — fieri* om. S. M. (a) *vir-*

Cap. XV. *Ceram remissam*) In eodem morbo pulticulae ex alica tosta cum aqua coctae ceram remissam addit Marcellus Empir. c. 27. p. 193.

Spongiam Afram) Plinius 31. sect. 47. omnium spongiarum cinis cum pice crematarum sanguinem sistit vulnerum: aliqui raras tantum ad hoc cum pice urunt. Dioscor. V. c. 138. σὺν πίσσῃ καέντες σπόγγοι πρὸς αἱμοῤῥαγίαν αἱμόζουσι. Supra 3, 34, 1. *si sanguis reprimi non possit*, *spongiam Afram et turis masculi pollinem commixtum impone:* ubi S. Margo *ustam* pro *Afram* habet; sed id vocabulum addendum erat.

dactum cum hemina[b] aceti semiunciam dabis. Pulvis ex pumice datus[c] cum vino in potu mox medetur.

XVI. (vulgo XVII.) In folliculo vel in ano aliisque partibus corporis nascuntur aliquando verrucae, et vitium deformitatis[b] important, hac ratione curandae:[c] lino[d] subtili constringentur[e] ipsae verrucae. Dein[f] causticum crudum imponitur,[g] et sponte decidunt. Ferro etiam praeciduntur, et [de[h]] cauterio leviter adusta sanantur.

XVII. (vulgo XVIII) Interdum[a] iumentis misera fit coxa; cui de venis femoris[b] sanguis emittitur, et in vase diligenter excipitur. admiscetur etiam pulvis sulphuris, nitri, baccarum lauri, feclae tritae,[c] et contra pilos diutissime perfricatur, et per triduum sic permanere[d] permittitur. Aqua etiam,[e] in qua 2
verbenae[f] coctae sunt, tepida ter[g] in die fomentabis: pedem[h] quem sanum habet glante[i] ferreo, vel si de-

ginem C. (b) Ita cum C. Gesn. *cum aceti semiuncia diligentissime tritum dabis* ex F. S. laudat Gesoer, sed in Samb. est *c. ac. sem. dabis heminam.* in margine: *unciam unam cum aceti hemina media dabis.* (c) *cum vino potui datus* C.

XVI. (a) Ita pro *aliis quoque partibus* S. M. et Corb. (b) Ita pro *difform.* C. Go. (c) *sunt* addit C. (d) *filo* S. M. (e) *constringetur ipsa verruca* Corb. (f) Ita pro *in* ex Corb. Gesn. (g) *imponetur — decidet — praecidetur — sanatur* Corb. (h) *de* om. Corb.

XVII. (a) *Int. ium.* omitt. princeps. (b) *femonum* C. (c) *et sepiae tritae* S. M. *et feglae tritae* C. *et flede trit.* Go. Vulgo *simul tritis.* (d) *manere patietur* C. (e) *etiam* om. C. (f) *vervinae* C. (g) Ita ex C. et S. M. Gesn. *datur in die* Samb. et princeps. *tepide dantur* Go. (h) Ita pro *pedes quos sanos* C. In Codice Samb. erat: *fomentabis per dies septem. pedem quem sanum habet calceabis.* (i) *glanto — spartia* Go. *clauco* C. (2) Ita C. pro

Cap. XVII. *Feclae tritae*) Ita pro *simul tritis* ex Codd. scripsi: rationem edam ad cap. 21. (22.) sect. 3. ubi manna thuris, sal et cochleae marinae adduntur.

Ter in die) Cap. 21. male est *interposito triduo.*

Glante ferreo) Soleae simile aliquid intelligi, monet Gesoer. Sed ferreas nostras soleas intelligere non patitur additum verbum *calceabis—colligabis.* Clavis enim ferreae soleae ferreis configuntur. Soleas autem sparteas indutiles camelorum memoravit iam

fuerit, spartea calceabis, cui rotulam ligneam[k] subiicies, et addita fasciola diligentissime colligabis, ut[l] suppositura illa faciente partis illius, quae misera
3 est,[m] planam ungulam possit ponere. Synchrisma[n] etiam perungues in sole, et non minus quam[o] unam horam contra pilum diligentissime confricabis. Si eiusmodi cura tardaverit, contra coxae commissuram quatuor foraminibus cautere[p] pertunde,[q] et pannos vel lemniscos[r] ex aceto et[s] oleo sub cute per foramina traiice per triduum, post traumatico illinitos pannos diebus novem per eadem foramina traiicies,[t] vel calida verbenacea utaris, et sic lemniscos subii-

lemniscos. lac cimis subiis Go. (l) Ita pro *et suppositiciam facies parti illi* Corb. (m) Ita pro *ut planas ungulas* Corb. nisi qood *plenam.* (n) Ita ex Corb. *Si incrisma* vulgatum. *Incrisma* correxit cum Morgagn. Gesuer. (o) *hora contra incisuras quatuor for.* vulgo a. G. (p) *cutem* Corb. quod addi volebat Gesner. (q) *pertundito* C. (r) *liniscos* bis Go. (s) *et oleo.* a G. decrant. (t) *traiicies* S. *Interdum curabis ut calida* Corb. (v) Ita pro *unde-*

olim Aristoteles. Ceterum usum huius soleae apud Vegetium similem esse ei, quem mulomedici hodie praestant soleae, quas Galli *fers à patin* appellant, ut cogant equum pedem claudum in terra ponere eique insistere, egregie monet Brugnone de cura equorum p. 230. Vide ad I. 26. 2. notam de gubia.

Rotulam ligneam) Ita Corb. male vulgo *lemniscos.* Supra III. (vulgo II.) 45. 7. *ad rotam armum reponito* est. Sed rota haec a superiore est diversa.

Cautere pertunde) Corb. *cutem pertundito.* In simili armorum cura Hippiatr. p. 86. κατακεντεῖν τὴν βύρσαν τῷ σχαστηρίῳ — τηροῦντα ἀνεῳγότα τὰ κεντήματα μέχρις ἂν μὴ χωλεύῃ. Igitur Corb. lectionem praefero. In eadem cura Crescentius IX. 32. *ponatur asta lata conveniens per unum semissem sub laeso capite anchae.* ubi Iordanus c. 27. *segli mette la stellata convenientemente per uno sumesso.* et Rusius cap. 90. — *ponigli una stelletta conveniente per un sommesso.* Crescentius cap. 35. *astolati sub oculis imponantur.* ubi Iordanus c. 47. *sian poste le stellette.* Semissem ad sanguinis etiam missionem pertinere, docui supra ad I. 26. 4. Cangii Glossarium semissem hunc omisit. Vide ad I. 28.

Pannos) Hipp. p. 87. In simili cura ἐπιούρους συχνοὺς lana involutos oleoque et vino tinctos nominant.

Traiicies, vel calida) Corb. *Interdum curabis ut calida.* Unde malim: *traiicies. Interdum curabis ut.* Sed plura vitiata esse, videbis comparato loco III. (vulgo II.) 48. 6. ubi est: *per foramina ustionis lemniscum trahi debere, ut, quicquid humoris est, ege-*

cias. Vndecimo[v] quoque die lemniscos educes, et incretas locum, ut cutis ad pulpas adhaereat.[x] Cum cicatrices se clauserint, causticum impones.[y] Hac ratione emota vel eiecta[z] coxa sanabitur. Sed[a] si coxam eiecerit emoveritque, quod a mulomedicis dicitur filum[b] laesisse, certior et facilior curatio inventa dicitur[c] a barbaris. Nam dum[d] claudum animal in sole constituunt,[e] vino et oleo calefacto colefium[f] ipsum, hoc est, iuncturam coxae diutissime confricant, donec sudet; Tunc de loro[g] longiore vel funiculo crasso pravam coxam alligant. unus animal capistro trahit, et sensim currit, alius lorum vel funem[h] tenens laxum sequitur, et subito dum animal currit, recta ad se coxam[i] ipse[2] cum impetu retrahit. si sonuerit, scias loco suo redisse, et paulisper[1]

cim quoque lemniscos inducis Corb. Gesn. et Go. (x) *inhaerent* Go. (y) Ita pro *imponunt* C. (z) Ita pro *laesa* C. (a) Ita pro *vel si coxa se laeserit vel a mulom.* Corb. et Gesner. (b) Ita pro *filius* C. *filiis* Go. (c) Ita pro *docetur, et probata* C. nisi quod *rei* post *curatio* addit. *docetur a barbaris* Go. (d) Ita pro *dudum* C. (e) Ita C. pra *ponunt.* (f) Ita C. pro *calefaciunt — iuncturas.* (g) *Tunc de loco longiore vel funiculo grosso pravasam alligant. unus — trahit — currit* Corb. Vulgo. *Tunc animal capistro trahunt — currunt.* (h) Ita pro *funes tenet lassas* Corb. (i) Ita pro *coxas* ex C. Gesn. (2) *imperetur et trahit* Corb. Vulgo etiam *trahit.* Go. *imperatur, — cum usta ceciderint et tumor resederit, lemniscum eximes, traumatico curabis.* Sic ibid. s. 11. ubi lemniscos sale, oleo et aceto imbuit et triduo interposito traumaticum impositum renovat. Itaque h. l. sic corrigo: *post traumatica illines. Pannos diebus novem per eadem foramina traiicies. Interdum curabis, ut calida verbenacea sc. aqua etc. per triduum* forte est tertio quoque die; alioquin superest vitium in vulgata.

Incretas) Credo esse cretam cimoliam ex aceto inducere, veluti V. 7. (vulgo III. 8.) sect. 2.

Filum laesisse) Dedi lectionem Corb. Est propria mulomedicorum dictio; qua re non mirum alibi non reperiri.

Colefium) Ita Corb. pro *calefaciunt — iuncturas.* Infra VI. (vulgo IV.) 1. 2. *Ab acrosolefio usque ad gambam.*

Tunc de loro) Ita scripsi ex Corb. nisi quod is habet *loco — grosso pravosam.* In Goth. est *ut sensus curant.*

Laxum) Ita Corb. Goth. *laxus*, deinceps *secta* pro *recta.*

Et paulisper) Ita Corb. Goth. *paulumque — sensum.*

cessabis; post sensim deambulando tentabis. Si ad
6 locum suum redierit, et si rectum[m] pedem ponat;
et non claudicet, alterius animal non convexabis,[n]
sed triduum fomentabis de[o] calida verbenacea, post
causticum induces. Quod si prima die iunctura re-
poni[p] non potuerit, secunda die vel tertia[q] simili
ratione coxam[r] saepius trahes,[s] donec revertatur ad
locum. Quidquid autem vexatum vel emotum[t] fue-
7 rit, vel ictu rotae aut quocunque alio casu in prio-
ribus vel[v] posterioribus partibus vel gambis[x] vel ar-
ticulis, vel genibus, hoc anacollima constringit et
solidat.[y] Bulbos rufos triginta, cochleas[z] vivas tri-
ginta, anagallici libram 1, plantaginis viridis manum
plenam diligentissime contundis et misces, additis
tribus ovis, cum stupa imponis, et colligas; laxata
constringet et tumefacta sedabit.

XVIII. (vulgo XIX.) Si iumento laccae enatae fuerint in gambis, his agnoseitur signis. Dextra ac sinistra ad similitudinem vesicae inflabitur cutis. Curandum[a] est autem hac ratione, qua flegma in genibus

tuere. (l) Ita C. pro *paululumque.* (m) Ita C. pro *retractus pedes ponit et minus claudicat.* (n) *cuexobis* C. *omnol connexobis* Go. unde malim *animal non vexobis.* (o) *de* addidi ex C. qui *veruinatio* deinceps. (p) Ita C. pro *componi non potest.* (q) *vel tertia* add. C. (r) Ita pro *coxas* C. Gesn. (s) Ita pro *trahis* C. (t) Ita C. pro *remotum.* (v) *vel post.* om. C. (x) *vel cambos* addit C. *l. cruribus* addit Go. (y) Ita pro *consol.* C. (z) *cochl. viv. tr.* omitt. Corb. *cochlearia vini triginto* Samb. margo.

Convexobis) Corb. *cuexobis.* Goth. *animal connexobis.* Eadem varietas supra c. IV. 25. (vulgo III. 4. 44.) Infra V. 64. (vulgo III. 65.) 3. convexata ilia sunt, sed Corb. *cum vexata* habet. Ex Gellio convexari posuit Gesneri Thes. L. L. pro simplici vexare.

Vel posterioribus) Goth. *partibus* interpretatur *cruribus.*

Anacollima) Goth. *lana collima constringet.*

Bullos rufos) In simili cura Hipp. p. 85. nominant βουλβοὺς ὠμοὺς et κοχλίας μικροὺς ύ. Corb. *cochl. viv. tres* omisit; S. M. *cochlearin vini trig.* habet. Deinceps Corb. *herbae plant. — contundes.* Postea Corb. *humecta siccabit.* Goth. etiam *siccabit* habet, et paulo ante *manus plenas.*

Cap. XVIII. *Flegma*) Vide supra ad III. (vulgo II.) 28. notam. In fine capitis malim *cimeliam aut rube-*

diximus oportere curari. Est et alia medicina. Lentes,[b] quae supra aquam natant, colligis et contundis, additaque veteri axungia colligabis. Vitium exsiccare perhibetur.[c] Si gamba vel armus aut aliquis[d] locus ex ictu tumere coeperit, cretam cimoliam et rubricam[e] cum[f] aceto acerrimo miscebis[g] et oblinis.

XIX. (vulgo XX.) Si gambosum factum fuerit animal,[a] et recens passio est, de tibia sanguinem emittito,[b] lanam succidam circumligato. Cave ne fomentis aut cauterio tangas; utrumque enim in tali curatione contrarium est. Malagma cruda uteris; tertio die semper solvis et curas. Cum videris animal profecisse, causticum inducis. Si[c] quod iumentum coxam fregerit aut supra gambam,[d] scias non posse curari, quia partes istae ligaturas[e] tenere non possunt.

XX. (vulgo XXI.) Si iumentum aut[a] rotae, aut axis ictu fuerit elisum, in recenti lanam succidam ex aceto et oleo colligabis[b] per triduum, post ficus[c] duplices et[d] nitrum pariter tritum[e] imponito, die tertio solvito ac renovato. Si nihil profecerit, ma-

XVIII. (a) *Curabuntur autem ratione, qua flagmina* C. (b) *lentem quae super aquam natat colliges* etc. C. (c) sic C. et S. M. *prob.* al. a. G. (d) *aut aliquis locus ex ictu tumere* C. S. M. *Interius aut aliquod lutus excitatum ire ceperit* Go. Vulgo *armus aliquo loco ex ictu aliquo tum.* (e) sic C. et S. M. *lubricam* al. (f) *Ite* pro *ex* S. M. (g) *macerabis* C. S. M. *aceta cimolia et lubrica in aceto acrimonia curabis et oblines* Go.

XIX. (a) *animal* om. C. Go. sed *gambosus factus* Go. (b) *et* addit S. *lana succida circumligata* Go. *siccidam circa eum ligata* Corb. (c) reliqua om. S. M. (d) *gambas* C. Go. (e) *ligaturam* C.

XX. (a) *aut* om. C. (b) *conlinita* C. (c) *ficum duplicem* C. (d) *in nitro pariter tritas* S. M. *piretrum p. terito et imponito* Gath. (e) *terita et imp.*

cam. Vtraque enim bona ad hanc medicinam seorsim.

Cap. XIX. *Si quod iumentum*) Supra III. (vulgo II.) 47. 2. haec eadem leguntur. ubi vide notas.

Cap. XX. *Elisum*) Recte, puto, Goth. *illisum* — Idem *colligato.* Supra III (vulgo II.) 47. impulsu axium vel rotarum — animalibus crura franguntur, ubi vide, quae de h. l. monui inde integrand.

lagma tetrapharmaci[f] imponito per triduum. Si et ipsa tardaverit, imponito malagmam, quae dicitur meliacinus, usque[g] dum sanetur.

XXI. (vulgo XXII.) Syrmaticum iumentum his
agnoscitur[a] signis. Prodiens de equili vel de loco,
ubi[b] steterit, coxam trahit, et transversam ungulam
inflexis[c] coronis terrae superponit, unde et syrmati-
cum a[d] tragoedorum palliis, quae trahuntur, dicitur.
Sed quamvis alienata horum vel emota[e] coxa videa-
tur, si super ipsum[f] pedem cessim repellantur, con-
tinue emendabitur gressus, et sine claudicatione re-
2 ctus[g] incedet. Ex[h] hac autem ratione contingit: si
in[i] commissuram vertibuli ex corruptione corporis
vel ex[2] perfrictione natus humor intraverit, tunc se[l]
defundit ad nervos,[m] et eos reddit immobiles et ve-
3 lut alienatos; qui[n] hac ratione curantur: Sanguis ei
de subgamba detrahitur[o] copiosus, in quo admisces
sal, sulphur, marinas cochleas, mannam thuris, fe-

C. (f) *tetraph. — malagmam* om. C. *tetrapharmaco imposito — malagmam quae dicuntur meliaceus* Goth. (g) *quae dum sanat* C.

XXI. (a) *ostenditur* C. (b) *in quo* C. (c) *inflexam corona terrae superponet. unde et* C. *superponet unde et syrmaticus* Goth. Vulgo est: *superimponens ostendit et Syrmaticum.* (d) *et ragidorum paleis* F.S. *tragoedorum pileis dicitur* S. M. *a tragoedarum palleis dicitur, quae trahuntur* S. M. (e) *mota* C. (f) (*temperaveris pedes cessis*) *compellantur* F. S. et in marg. *si super ipsum cessis.* (g) *rectus* om. C. (h) Ita pro *et* F.C. (i) *in ius.* C. (2) *ex* insit. C. (l) *se* om. C. *intravit — tunc descendat* Goth. (m) *versus* C. (n) Ita pro *quae* C.G. (o) *subtrahetur* C. (p) *quae* S.

Cap. XXI. *Syrmaticum*) Eadem fere hoc capite traduntur, quae cap. 47. (48) nomine tantum novo et proprio apposito. Itali veluti Rusiusequum eiusmodi *scarmanato* vel *scalmanato* vocant, ut ad l. c. 47. sect. 4. docui.

Repellantur) Hoc pro vulgato *compellantur* reposuit Gesner et habet Goth. Verum puto *repellatur*, scil. cosa, et modum intelligo eum, qui c. 48. s. 5. traditur. *Cessim* est retrocedendo.

De sub gamba) Cap. 48. est de venis femoris sanguis emittitur et in vase diligenter excipitur.

Sal, sulphur) Cap. 48. admiscetur etiam pulvis sulphuris, nitri, baccarum lauri simul tritis, ubi pro *simul*

clam, nitrum, baccas lauri, aequis ponderibus, contusa omnia atque cribrata, vino quoque veteri et oleo miscebis cum sanguine ipsius: qua[p] unctione praeparata post inflationem illinis.[q] coxas[r] calida, in qua verbenae decoctae sunt, interposito triduo[s] diutissime confovebis, post unctionem renovabis. Si ex[t] hoc plenam non receperit sanitatem, vulnus[t] uris cauterio in ipso vertibulo, similiter ut[v] sciaticis fieri consuevit. Quaecunque aut[x] de ozoenis caeterisque vitiis articulorum, vel de ungulis primorum pedum nunc[y] dicta sunt, eadem[z] scias etiam in posterioribus debere servari.

unde licet suspicari, *quae unctioni* etc. (q) *illines* C. (r) *coxam calidam in qua verbinae* C. *illius coxas* S. *illinis aqua* S. M. (s) *coxam triduo* S. M. (t) *Mittis ei sudis et post sanitatem vulnerum ures cautere in* C. (v) *ut in seiatico* C. *reperit sanitatem — ut sciaticis* G. Vulgo *ut* deest. (x) *aut item de oz. caet. vit.* om. C. (y) *nunc* om. C. (z) *eadem* insit. C. G.

tritis, S. M. *et sepiae tritae*, contra recte Corb. *et feglae tritae*, Goth. *et flede trita.* unde *feclam* Vegetio ibi restitui, quam *faeculam* reete ioterpretatur Gesner. Hoc in loco Corb. *feglam* S. M. *betam* exhibet. Praeterea Corb. *marinas* omisit et *salis atarce sulphur* posuit, Goth. *sal adiicias sulphur*. Altero in loco Vegetius omisit ipse salem, mannam thuris et cochleas. In simili armi cura III. (vulgo II.) 45. est: *et pulvere thuris cum eo qui profluit sanguine copiosissime immisto armi linuantur.* Vides igitur, mannam thuris esse pulverem.

Vino quoque) Grammatica regula postulat *miscebis sanguinem.* In simili unguento III. (vulgo II.) 45. olei bonique vini sextarium miscet sanguini cum lauri baccarum selibra et nitri tribus unciis, reliqua medicamenta omittit.

Inflationem) Gesner *insolationem* legi volebat ex c. 18. sed ita dicere debebat Vegetius *cum insolatione*, h. e. in sole illinis. Quin tu inflationem intellige, qualem armo laeso adbibet Vegetius III. (vulgo II.) 44. a. 4. ubi vide notam.

Illines) Corb. ita pro *illinis*; et deinceps *coxam calidam in qua verbinae.* Samb. *illius coxas.* Samb. margo *illinis aqua callida — sunt coxam triduo diutissime.* ubi verae lectionis vestigia latent. Lego igitur ex cap. 18. *illines coxam. aqua etiam calida, in qua verbenae decoctae sunt, coxam ter in die diutissime confovebis.* Sic enim cap. 18. *aqua etiam in qua verbenae coctae sunt tepida ter in die fomentabis.*

Vertibulo) Cap. 18. est *contra coxae commissuram.* et ratio urendi docetur. Varietas lectionis h. l. inepta est. Schiatici sunt *ischiatici.*

XXII. (vulgo XXIII.) Alienatum morbum aucto-
res vocaverunt, quoties haec signa procedunt.[a] Pa-
tentes oculos animal habet,[b] nec sentit hominis
adventum; quibus et labra et ipsa orificia intume-
2 scunt, quasi ab aliqua bestiola contacta.[c] Quem
morbum alii auctores orabum[d] nuncupaverunt. Est
autem nequissima passio. primo quod pestifero trans-
itu contagionem spargit in plurimos: deinde quod
imperitos decipit specie sanitatis. Nam refecta[e] et
bene curata animalia ex hac passione subito inflata[f]
moriuntur. Alienatus autem et maleus vocatur, alie-
natus, quod eripit animalibus sensum; maleus, quod
3 pestilentia internecivum[g] contagium facit. Plerum-
que[gg] autem viscera interius[h] vermibus consumit.
Quorum morsu pertuso aqualiculo animalia suffocata
subito moriuntur; sed si velocior medicina succurrat,
hac ratione salvantur:[i] de cervice sanguinem detra-
4 his; potionem componis huiusmodi:[a] Anagallici lib.
unam, hysopi libram 1, abrotani[l] libram[m] semis,

XXII. (a) *praecedunt* C. (b) *habebit, nec sentiet* C. (c) *contracti sint* C. *contactis* Goth. (d) *arabum* C. *aridum* S. M. (e) *referta* S. M. (f) pro *adflata*: et forte ita leg. Gesn. (g) sic C. *internocivum* F. S. *internae causa cibi* S. M. *interne cibum* Goth. (gg) *plurimum* pro *plerumque* Go. (h) *interna* C. (i) *sanatur* C. *sanantur* G. (a) Ita S. M. pro *Gallici*. (l) *croci unc. III, absinthii et strignii (f. strychni) uncias IIII. quae omnia* S. M. (m) *silib.* C. forte *selib.* Gesn. (n) *rot.* om. C. (o) *manu*

Cap. XXII. *Quibus et labra*) Subito ad numerum pluralem transit a singulari.

Orabum) Equidem *aridum* praetulerim; quamvis enim morbus aridus ex genere malei proprie dictus aliquantum diversus sit, potuit tamen fieri, ut ab aliis hic morbus noto vocabulo appellaretur. Est autem idem, quem supra IV. c. 3. sect. 4. (vulgo III. 2. 9.) in bobus maniam vel insaniam vocavit et similiter ad malei genus vel ad morbos contagiosos retulit, ut in Praefatione ad Vegetium monui.

Maleus vocatur) Ita ex Corb. scripsi. Vulgo *autem vocatur quod*. In Goth. est: *alienatus autem maleus vocatur, alienatum quod anim.* Deinceps editiones novum comma ordiuntur sic: *Malleus, quod* etc.

aristolochiae rotundae[n] lib.[m] semis, mannae[o] succari uncias 3, trixaginis[p] uncias 3. quae omnia contundito[q] et cernito, ex aqua mulsa copiose decoques, et animal[r] aegrotum diebus plurimis potionabis. Sed quia plerumque huius aegritudinis pestilentia transit in proximos, totum gregem si inciderit[s] ut[t] singulas heminas singulis degeras,[v] potionare[x] te convenit, frequentissimis[y] etiam suffumigationibus stagnare pariter et curare, sicut in malleo superius constat expositum. Quibus usque adeo mutanda sunt pascua, ut, si fieri potest, in alias[z] transmittenda sint regiones. Nam qua transeunt labris et ipso anhelitu inficiunt universa. Velocius autem curabuntur, si separata[zz] fuerint atque translata.

XXIII. (vulgo XXIV.) Roborosa passio dicitur, quae animal rigidum facit ad similitudinem ligni: cuius haec sunt signa. Totum corpus adstrictum, extensae sunt nares, et aures rigidae,[a] immobilis cervix, os constrictum, caput[b] extensum, colligati armi vel

Graec. unc. III. C. Voluitne *croci* ut alibi? (p) *absinthii erratici unc. III.* C. *traxaginis* Goth. (q) *contundes et cernes* C. (r) sic C. *dieb. pl. pot. aeg.* al. a. G. (s) *incenderit* C. *totus grex* Goth. (t) *aut* ins. edd. a. G. (v) sic C. *dig.* al. a. G. (x) *potionari* C. (y) *frequentissime* C. Deinceps *compositum* Goth. (z) *aliam transmittendi sint regionem* C. (zz) *separati — translati* C.

XXIII. Pauca huius capitis habet S. M. (a) sic C. G. et S. M. *frigidae* al. (b) *caput — flectatur* om. S. M. (c) *voluerit, ter in girum* S. M.

Transmittenda) Goth. *aliam transmutandi sunt regionem.* omisso *si* post *ut.*

Labris et ipso) Ita scripsi ex Goth. Vulgo erat *in lanis et in ipso* Corb. *et ipso anhelitu.* Margo Fabr. *alias labore,* et sic liber Samb. *In labis* citat ex h. l. Savaro ad Sidonii Epist. V. 3. monente Gesnero.

Cap. XXIII. *Rigidae*) Hippiatrica p. 119. opisthotonici equi signa haec ponunt: τράχηλον ἀποτεταμένον, κεφαλὴν ὡσαύτως, ὦτα ὀρθὰ κάμπτεσθαι μὴ δυνάμενα, ὀφθαλμοὺς ὑποδεδυκότας — τὰ χελύνια πεπέδηνται καὶ τὸ στόμα χαίνειν οὐ δύναται — ἔστι δὲ τὰ οὐραῖον ἀνεσταλμένον καὶ ἡ ῥάχις σκληρά, ἐπιστρέφεσθαί τε οὐ δύναται.

crura, pedes etiam constricti, ut nulla commissura
flectatur: cuius caput si erigere volueris,[c] non pote-
ris: oculi praecluduntur, spina praerigida,[d] et ideo
distendit[e] et erigit caudam cum eam flectere aut mo-
vere non possit, dura ilia, adstricti[f] sunt renes: cu-
2 bare penitus non potest. Contingit autem haec passio
ex nimia perfrictione, vel spasmo nervorum, vel[g]
tremore, unde et[h] tetanici dicti sunt. Plerumque in
hanc valetudinem incidunt, qui, cum ab igne castrati[i]
fuerint, negliguntur, et inambulantes frigore laedun-
3 tur. Quorum nervi recenti dolore et frigore compel-
lente[k] et spasmum patiuntur, et obdurescunt in robur.[l]
E diverso etiam altius, quam expedit, in pedibus usta
iumenta vel quocunque alio loco, contractis[m] nervis
4 patiuntur spasmum, et robur incurrunt. Ex nivibus[n]
quoque et pruinis, vel si in nimio frigore[o] sudabunt,
vel e calidis stabulis producuntur[p] in frigus,[q] fieri
adsolent roborosi. Sed si a posteriore parte fuerint
comprehensi,[r] ut morbus descendat[s] in lumbos,
opisthotonici[t] fiunt; calefactionibus tamen unguen-

(d) *rigida* S. M. (e) sic S. M. C. et G. *difficile* al. a. G. deinceps vulgatum *ut eam flectere atque movere* ex Go. correxi. (f) *adracti* C. (g) *et* C. (h) sic C. *contetanici* edd. a. G. *unde tetanici* Goth. (i) *castigati* C. forte *cauteriati*. (k) sic C. *compelluntur* al. (l) *robore diverso. Etiam* C. et Goth. (m) Ita pro *contactis* C. (n) Ita Go. pro *nimia quoque pruina* Corb. *nivibus quoque vel pruinis, aut si nimio.* (o) *rigore* C. (p) *producantur* edd. a. G. (q) *ii ads. f. rob.* C. *producere frigus assolent rabiosi* Go. (r) *depreh.* C. (s) Ita pro *desinat* Go. *desidat* Corb. (t) *opistotoni*

Cum eam flectere) Ita Goth. Vulgo *ut eam flectere atque movere.*

Nervorum) Hipp. τῶν ἐν τῷ νώτῳ νεύρων ἀποτεταμένων. Nervi antiquis scriptoribus sunt ligamenta ossium et musculorum aponeuroses; recentioribus medicis graecis et latinis nervi etiam dicuntur sensuum ministri. Hos videtur etiam Vegetius dicere, etsi tetanum et opisthotonum ex musculorum vitio aliquo, non nervorum, pendere docuit *Mosely* On topical diseases. London 1789.

Vnde et tetanici) Ita ex Corb. scripsit Gesner. Vulgatum *contetanici* forte est mutandum in *opisthotonici*.

tisque curantur. Si quos[v] vero robur a priore parte 5
comprehenderit, ita ut os aperire non possint, desperandi[x] sunt, quia constrictis dentibus fame perire coguntur. Qui[y] autem ex toto corpore aequaliter 6
periclitantur,[z] ita ut ex aliqua parte os[a] valeant aperire, tam diu unctionibus calidissimis perfricandi[b] sunt, donec sudent, opertique[c] sagis copiosissime[d] loco calido[e] statuuntur, ignisque iuxta eos[f] fieri consuevit sine fumo, ut amplius sudent. Surculos[g] quo- 7
que laureos validiores in os eorum inter malas[h] mittito, ut rodendo eos exagitent[i] maxillas et calefiant.[k] Fabas[l] quoque solidas cum baccis[m] lauri mixta[n] ieiuno dabis. Aquam quoque calidam offeres ad potandum. Ventrem[o] ipsis cum mulsa calida, admixto castoreo, clystere purgabis: oleum quoque[p] optimum cum succo ptisanae mixtum per narem sinistram defundis; hordeum emolitum cum furfuribus admixtum dabis ad substantiam, donec sanetur. Aliquanti dixerunt 8
oportere eos aëre candenti in arena fluviali vel maritima colligatos obrui, ita ut caput eorum exstet ex

F. S. *opistonici* C. (v) *quod* edd. a. G. (x) Vulgo *desperanda*. (y) Ita pro *Quae* C. (z) *prehenduntur* C. (a) *non ius.* C. (b) Ita pro *perfricanda* C. (c) Ita pro *coopertuque* C. (d) *cop.* om. C. (e) *calidissimo statuantur* C. (f) Ita pro *ea* C. (g) *surculis laureis* C. (h) *molas* C. (i) *agitent* C. (k) *calefaciant* C. (l) *fabam q. solidum* C. (m) *bacis* C. hic et alias. (n) *mixtum* C. (o) *ventremque ipsius* C. (p) *quoque* om. C. (q) sic C.

Desperandi) Hippiatr. p. 426. εἰ οὖν φθάσει τὸ στόμα συγκλεῖσαι, ἀπολεῖται ἀπὸ λιμοῦ.

Ignisque) Goth. *ignis vero*. Hippiatrica p. 123. de stabulo: ἐὰν δὲ θερμὴν βούλῃ ποιῆσαι, ἄνθρακας καλῶς προεκκεκαυμένους εἰσκόμισον· ἐὰν γὰρ καπνὸς γένηται, προσεπιτρίβει τὸ ζῶον καὶ διαφθείρει.

Fabas q. solidas) Non fresas. Contra Hippiatr. p. 420. κυάμους μὴ βάλλειν. ἀπανθᾷ γὰρ ἀψάμενος αὐτῶν.

Defundis; hordeum) Goth. *defundas. encum.*

Colligatos) Goth. *colligandos — exeat et nares — teneri — Sed si opera stulta cura saepe pulveres constantes. Quod si — profecerit.* Hippiatrica p. 420. τινὲς δὲ γυρὸν ὀρύξαντες ἐν κοπρίᾳ καταχωννύουσι — ἢ εἰς ἄμμον

nares, et tam diu detineri donec sudent. Sed ex supra
9 scripta cura saepe plures constat esse sanatos. Quod si ex hac re non profecerint, ures eis [q] cervicem dextera sinistraque decussatim, saccellationem[r] ex furfuribus supra totum tergum calidum [s] imponis per triduum. et hac[t] unctione quotidie uteris in sole, si
10 caluerit, vel in calidissimo loco: Cerae libram, afroniti libram, resinae terebintinae[v] selibram,[x] galbani libram,[y] castorei selibram, opopanacis[z] libram,[a] piperis unciam, medullae cervinae uncias[b] duas, olei veteris uncias[c] duas et semis, vini veteris optimi, quan-
11 tum opus fuerit, admisces et uteris. Praesens tamen experimento[d] remedium est, si picem liquidam cum oleo et vino veteri decoquis,[e] calentique medicamine iumentum perungis.[e] Ex qua unctione et auriculas cum oleo tepefacto[f] oportet infundi, ut sanitas ma-
12 tura proveniat. Sed ut venae eorum calefiant[g] intrinsecus, et conceptum frigus exsudent,[h] necessaria potio est, quae roborosos tetanicos et opisthotonicos[i] salubriter curat: clabi[2] seminis uncias 2, cimini Alexandrini uncias duas, anagallici,[l] castorei, abrotani uncias singulas, trixaginis uncias duas, mannae croci
13 unciam unam, succari unciam, hyssopi unciam unam, piperis albi semiunciam, quae omnia diligenter tunsa

eius al. a. G. (r) *saccellionem* C. (s) *cal.* om. C. (t) *hanc unctionem* C. (v) *terbentinae* edd. a. G. (x) *silib.* C. (y) *selib.* C. (z) *ypop.* C. (a) *selibram* C. (b) *unc.* 1. C. (c) *quod sufficit* C. S. M. (d) *experimentum atque* C. *experimentumque* Goth. (e) *decoquas — perunguas* C. (f) *liquefacto* C. (g) *calefaciantur* C. (h) Ita pro *exudet* C. (i) *epistotonos* edd. a. G. *opistotonicos* C. Caeterum hinc lacuna in C. usque ad 25, 3. (2) *dauci* F. et S. M. In G. ante *cimini* inseritur *petroselini* 3j. (l) Ita Goth. pro *agallici*

ζεστήν. p. 127. τινὲς δὲ καὶ ἐπὶ κοπρίας χωννύουσι τὸ κάμνον ζῶον ἢ εἰς θερμὴν ἄμμον.

Decussatim) Aliter Hippiatrica p. 126.

Vnctione quotidie) Goth. *unct. continuo.*

atque cribrata redigantur in pulverem, ex quo bina
cochlearia lassis et periculose se habentibus cum
succo ptisanae tepidae propinantur: fortioribus vero
cum vini veteris calida hemina defunduntur in os,
nunquam tamen sine oleo, propter leniendam potio-
nis austeritatem et canalem faucium mitigandum.
Alii auctores eiusmodi passionem hac dicunt ratione 14
curandam. De temporibus sanguinem detrahes, exci-
piesque diligenter, adiecto nitri pulvere, sale atque
castoreo, animalia perfricari, et loco calido statui
oportere,[m] atque hanc offerri potionem: lac capri-
num, rutam, baccas lauri, piper album, oleum et
fabas solutas: hordeumque etiam datur, ut agitet
edendo maxillas. die tertio de cauda sanguinem tol-
lunt, et renes calidis unctionibus[n] fovent. Interdum 15
etiam in balnea intromittunt animalia, ut diligentius
concalescant.[o] dant etiam quotidie potiones. fustes
quoque vel de salice vel de robore in os mittunt, ne
maxillarum usus indormiat. Si melius habere[p] coe-
perit, post duodecim dies coopertum exercebis ut
sudet. Si ista non valuerint, uteris superius decla- 16
ratis. Plerique asseverant, ficulneas frondes robo-
rosis oportere praeberi, quae naturaliter calent. Po-
tionem quoque per os dandam: opopanacis uncias 2,
storacis uncias 3, gentianae uncias 3, mannae succari

(m) *ofscure* Goth. Idem antea *perfricant*, *loco*. (n) *iniectionibus* Goth. (o) Ita emend. Gesner vulgatum *convalescant*. (p) *valere* Goth. (q) Vulgo

Statui oportere) Recte, puto, Goth. *statui obscure*. Obscuritatem commendant etiam Hippiat. p. 126. Paulo antea *adiecto* ex Goth. dedi pro *iniecto*.

Concalescant) Ita recte emendavit Gesner vulgatum *convalescunt*. Hippiatr. p. 128. ἔνιοι — εἰσαγαγόντες εἰς βαλανεῖον καὶ ποιήσαντες ἱδρῶσαι καταμάσσουσιν ἔνδον ξηροῖς σαβάνοις.

Ficulneas) Hippiatr. p. 129. καὶ ἀντὶ τροφῆς φύλλα συκῆς ἡμέρου παράβαλλε μετὰ κριθῶν καὶ σίτου ἐν ὕδατι ἀποβεβρεγμένου.

uncias 3, myrrhae scrupulum 1, piperis longi scru-
pulos 2, cum vino veteri tepido, atque ad cornu di-
17 gerere. Hac etiam unctione ad curandum robur vel
expellendum frigus utuntur: Cerae libram, resinae
terebintinae[q] uncias 8, opopanacis uncias duas, me-
dullae cervinae uncias duas, storacis uncias quatuor,
baccarum lauri selibram, olei irini[r] prout opus fue-
rit: quae omnia in unum adiecta in aqua decoquunt,
et perfricantes inungunt.

XXIV. (vulgo XXV.) Hydrops non levius anima-
lia quam homines frequenter infestat. Vitalibus[a]
namque viliatis, cum digestio ciborum plena non
provenit, humor noxius perniciem corporis tumo-
remque consuevit inferre. Quam valetudinem haec
2 signa demonstrant. Turget venter et crura, testiculi,[b]
scapulae, latera[c] et tergus inflantur, usque eo, ut
nec in capite eius appareant venae. Cui cum sub

terbentinae. (r) Ita S. M. Vulgo *pini.*

XXIV. (a) Sic S. M. *In talibus namque vitiis* al. a. G. (b) *test.* om. S. M. (c) *cum pedibus lumbi* S. M. *lumbi et tergum — usque adeo* et omittit

Vnctione) Hippiatrica p. 296. Apsyrt. σύγχρισμα πρὸς νεύρων ψύξιν vocant; sed cerae unciam, resinae uncias 4. ponunt, deinde στυρακίνου ἐλαίου uncias 3. ἐλαίου κυπρίνου unciam 4. sed baccas lauri omittunt.

Cap. XXIV. *Scapulae*) Hippiatrica p. 135. τῶν ἐμπροσθίων τοὺς ἀγκῶνας ἢ γόνατα λεγόμενα, ξηρὰν ῥάχιν ἰσχία καὶ λαγόνας ὡσαύτως, αἵ τε κιθάραι παρ' ἑκάτερα τοῦ νώτου ὀστοφανοῦσι. quod Hierocles sic interpretatur: τὰ δὲ γόνατα τῶν ἐμπροσθίων ποδῶν ξηρὰ καὶ τοὺς ἀγκῶνας ῥάχιν τε καὶ ἰσχίον ὡσαύτως, τάτε ὀστᾶ τῶν πλευρῶν φαίνονται. Quae igitur partes exsiccantur, eas cum reliquis tumere et inflari dixit Vegetius; in quo est forte maxima librariorum culpa. Cum Hippiatricis convenit etiam Aretaeus IV. 4. p. 49. unde intelligitur, hydropem asciten nunc describi.

Cui cum sub lingua) Etiam haec vitiosa sunt. Hippiatr. τάς τε ἐν τῇ κεφαλῇ φλέβας ἀδήλους ἔχει καὶ τῷ προσώπῳ, ὡσαύτως καὶ τὰς ὑπὸ τῇ γλώσσῃ. ἀψαμένῳ δὲ τοῦ οἰδήματος τῇ χειρὶ, εἴκει καὶ ἐντυποῦται. Sic et Hierocles; εἴκει τὸ σῶμα καὶ ὑποχωρεῖ τοῖς δακτύλοις. Vnde patet, hanc fere in sententiam scripsisse Vegetium: *appareant venae, nec sub lingua. Cum tetigeris tumorem, cedit.*

linguam tetigeris, subtussiet. Hunc ambulationibus 3
brevibus opertum gravioribus sagis, donec sudet,
exercebis in sole, et adversum[d] pilos per totum corpus postmodum confricabis, cibum daturus radices
cum foliis suis; quia et purgationem faciunt, et vitio
medentur. foenumque conspersum aqua nitroque
praebebis, die ac nocte maceratos lupinos in aqua
rursumque siccatos praebebis in[e] cibo. Radicem
quoque cucumeris silvatici vel folia, quae ventrem
moveant,[f] eidem dabis, ut purges. Quae curatio si 4
tardaverit[g] sanitatem, evocandus est humor. Quatuor itaque digitis ab umbilico ad veretrum versus[h]
sagitta pungis, ut[i] peritonaeum ipsum rumpas; sed
cave ne intestinum[k] tangas, et animalia[l] perimas.
subiicis[m] fistulam centimalem,[n] et patieris humorem
currere quantum aestimaveris necessarium, quem in

eius post *capite* G. (d) *adversum — medentur* om. S. M. (e) *cibos* C. (f) *commovent* C. Sed G. *commoveant.* et paulo antea *radices.* (g) *morabitur* C. (h) *adversus veretrum* Codex Medic. et Vatic. teste Rhodio ad Scrib. p. 239. (i) sic C. nisi quod *peritonium et periconium ipsum pungas* F. et S. In Goth. est *ne possit cave — animal centicalem — curae sequantur et si existimaveris — necessitas.* Idem bis *fistulas* habet. (k) sic C. *intestina* F. S. (l) *animal perimatur* C. (m) *subiicies.* Fere semper futuris in praecipiendo utitur C. (o) *centralem* C. (o) *et super implastellum impo-*

Gravioribus sagis) σισύραις ἐξ ἐρίου αἳ ἱδρῶτα κινοῦσι Apsyrtus. παχεῖ περιβολαίῳ Hierocles.

Adversum pilos) κατὰ τρίχα Hierocles.

Radices) ῥαφανίδας καὶ τὰ φύλλα αὐτῶν Aps.

Lupinos) ἐρεβίνθους τοὺς βεβρεγμένους ἐν ὕδατι νύκτα καὶ ἡμέραν καὶ ἐστραγγισμένους παραβάλλειν Aps. ἐστραγγισμένου τοῦ ὕδατος Hierocles.

Quatuor digitis) Apsyrtus: κατακεντεῖν τε ἀπὸ τοῦ ὀμφαλοῦ ἢ τῆς κεντρίτιδος λεγομένης ἀπὸ δακτύλων τριῶν τοῦ πρὸς τὴν χῶραν μέρους, καὶ ἐντιθέναι καλαμίσκον. Hierocles: παρακέντει αὐτὸν παρὰ τὸν ὀμφαλὸν ἀπὸ δακτύλων τεσσάρων τῷ πρὸς τὴν οὐρὰν μέρει καὶ ἐντίθει καλαμίσκον τρήσεις ἐκ πλαγίου ἔχοντα χαλκοῦν. Vterque inprimis cavere iubet, ne omentum per foramen exeat nimis latum. sed p. 136. est: μήποτε ἐντέρου ἅψῃ.

Centimalem) Corb. *centralem.* Supra I. 43. Sambuci margo *centinalem* habet.

vase excipies. Cum fistulam abstuleris, duo vel tria grana salis in plagam inseris, ne claudatur. Insuper[o] emplastrum imponis. Alia vel tertia die epaphaeresin[p] quasi facturus, denuo fistulam appones, humorem eiicies, donec per partes[q] totum exsicces. tunc vulnus curandum[r] solenniter, potionesque catharticas per os dabis[s] frequenter. Interdiu[t] usque dum[v] sudet exercebis. Quanto fortius[x] esse coepit, tanto diligentius est curandum, et semper abstinendum a potu; ut tepidum et modicum ad sustentationem[y] bibat tantum.

XXV. (vulgo XXVI.) Sarcosis[a] quoque talis est passio: Iumentum cum biberit inflatur[b] et sufflat. hac eum[c] ratione curabis: cineris[d] vel lixivii[e] sextarium unum, seminis plantaginis uncias 5 conteres et cum vino dabis et oleo celeriter, usque quo resideat

nes C. *emplastrum* S. M. Vulgo *et pastillos.* (p) *apoforesim* F. S. *apophaeresin* S M. *apoferesim* C. (q) Ita pro *donec partes totas exsiccet* C. et S. M. (r) *curabis* C. (s) *frequenter digeres* C. (t) *inter dies* C. *Interim* G. idem *sudat* — *coeperit.* (v) *ad sudorem* C. (x) *fortior* — *curandus* — *abstinendus* C. (y) *substantiam bibat.* om. *tantum* C.

XXV. (a) sic S. M. *sarcostis* F. S. *sartosti* C. (b) *inflabitur* C. (c) *id* C. forte *eam* Gesn. (d) ita S. et G. *cineriis* F. (e) *lixivae* C. deinde *resi-*

Ne claudatur) Hoc Apsyrtus et Hierocles dicunt ἀρτηριαζέσθω καὶ θεραπευέσθω τὸ τραῦμα. ubi verbum ἀρτηριάζω ex loco isto solo relatum in Lexica delendum et in ἀγκτηριαζέσθω mutandum est. Ἀγκτὴρ est fibula.

Emplastrum) Puto ne grana excidant salis neve aër plagam adeat.

A potu) Apsyrtus: ἐμποδίξειν δὲ αὐτὸν πίνοντα ἐπιπλεῖον, ἵνα μὴ οἱ κενεῶνες πληρωθῶσιν. sed recte Hierocles addit: ἵνα μὴ ἀθρόον οἱ κενεῶνες πληρῶνται.

Cap. XXV. *Sarcosis*) In Hippiatricis initium capitis usque ad verba *alii auctores* non reperio; sed reliqua ibi traduntur de tympanite. Sarcosis unde dicatur hic morbus, nescio, nisi quod Pelagonius ait p. 436. multos specie corporis deceptos carnium abundantiam aut ventorum inflationem esse putare, cum tamen hydrops morbus sit. Forte quaedam ab initio capitis exciderunt. Videtur enim hydrops ἀνὰ σάρκα intelligi, de quo Aretaeus IV, 1. p. 49. Quin iam olim Conr. Gesner in Equo p. 576. pro hydrope *Hyposarca* inepte *Sarcosis* scribi monuit.

inflatio. Alii auctores asserunt ab umbilico duobus
digitis contra pectus plagam fieri debere, et fistulam
poni, et deduci humorem vel aquam noxiam usque
ad sextarios quatuor vel amplius, si maior est tumor.[f]
Sed [g] cautius est per partes saepe tollere, ne repen- 2
tina exsiccatio periculum faciat. Potionibus utendum
esse[h] dicunt, quae urinas[i] moveant; frequenter etiam
confricandum esse, ut sudet; pro foeno gramen accipiet, et pro hordeo cicer[k] infusum. Prodesse etiam
dicunt, si inter pigmentarios frequentissime deambulet animal: quia diversi odores latentes pulmonibus
prosunt. Potionem etiam huiusmodi dant: Petrose- 3
linum et mala[l] granata contundunt, et cum vino veteri per os digerunt. Apium quoque quantum appetere[m] voluerit,[n] offeres ad edendum. Asparagi silvestris radicis uncias 2 cum vini veteris sextario deco-

dat G. (f) *humor* C. In G. est: *deduci — aquas noxias — sextarios* 4. Vulgo erat *educi — sextarios tres*. (g) *sed — prosunt* om. S. M. *pro parte saepe eius tollere — frequenter autem fricandum — foeno granum ciceres infusi* Goth. (h) *esse* om. C. (i) *urinam* C. (k) *ciceres infundi* edd. a. G. nobiscum C. (l) *malum granatum* C. (m) *apponere* F. et S. M. (n) sic S. *volueris* F. *offerunt* G. (o) *decoquunt ad tertias ut redeat ad heminam, et per os degerunt* C.

Contra pectus) Pelagonius p. 137. ἀπὸ τοῦ ὀμφαλοῦ ὡς ἐπὶ τὸ στῆθος ἀπὸ δακτύλων δύο κατευθὺ μὴ ἐπὶ τὸ πλευρὸν καρακέντησον καὶ αὐλίσκον ἔμβαλε — ὡς ὁλκὴν ξεστῶν τεσσάρων. εἰ δ᾽ ἔτι οἰδαίνει, πλέον λάμβανε. Igitur ex libro Goth. posui *sextarios quatuor*. Vulgo *tres* erant.

Sed cautius — faciat) Haec non sunt in Hippiatricis, quae pro gramine deinceps χλωρὸν χόρτον et ἐρεβίνθους ἀποβεβρεγμένους habent.

Inter pigmentarios) Hippiatrica p. 137. λέγουσι δέ τινες συμβάλλεσθαι τοῖς τοιούτοις τὸ συνεχέστερον περὶ τὰ μυρεψιὰ ἀναπατεῖν, διὰ τὸ τὴν τῶν ὀσμῶν διαφορὰν ἀνεπαισθήτως τῷ πνεύμονι συμβάλλεσθαι. Vides, quid sit *latentes*, ἀνεπαισθήτως, latenter.

Appetere) ὅσον δύναται, τρωγέτω Pelagonius l. c.

Asparagi) Pelagonius ad tympanitem: ἀσπαράγου ἀγρίου ῥίζης γο. β᾽ μετὰ οἴνου παλαιοῦ ξε. αϛ᾽. καθεψήσας ἕως ἀποτριτωθῇ διὰ κέρατος δίδου. Hydropicis contrarium esse, quamvis urinam moveat, silvestrem asparagum, monet Chrysippus apud Plinium 20. s. 43.

quis,[o] ut ad tertiam redeat, et ad heminam per os digeres.

XXVI. (vulgo XXVII.) Tympanites[a] quoque hydropi[b] similis est, sed aliis agnoscitur signis. venter quidem eius[c] crescit ut hydropici, et cervix fit rigi-
2 dior; sed nec testiculi, nec crura intumescunt. Convenit itaque tympanitico[d] calidum cinerem cum liquamine optimo in panno vel linteolo umbilico vel ventri supponere,[e] et fasciis colligare; sed a pluribus[f] animal tenendum est, ne luctando[g] moveat ligaturas.
3 Radicem panacis et[h] sil Gallicum pariter conteres, et cum oleo vinoque tepefacto per cornu faucibus digeres.[i] Praeterea[k] thymum silvestrem et etargium[l] in vino decoques, et singulas heminas per triduum dabis.
4 Tympaniticum etiam[m] haec signa demonstrant: ciborum bibendique fastidium, exiguus somnus aut nullus. si per nares mucos[n] coeperit[o] emittere, desperandum

XXVI. (a) Ita pro *Tympanticus* C. *tympanitis* S. M. (b) Ita pro *hydropico* S. M. *hydropis* C. (c) *ei cr. ut hydropico* C. (d) *tympanico* C. (e) *superponere* C. (f) *plurimis* S. M. G. (g) *colluctando demoveat ligaturam* C. (h) *et* ins. S. *silagis* G. (i) *infundis* C. *et oleo — tepefactas* G. (k) hinc om. S. M. (l) *urgium* C. G. forte *nigrum*. (m) *etiam* ins. C. G. (n) *mucos* C. (o) *coeperit mittere*, *desperabis* C. Vulgo *coeperint — ha-*

CAP. XXVI. *Tympanites*) Hoc ex libris praetuli, quia eadem forma adfuit supra II. 15. (vulgo I. 43.) 2.

Cervix rigidior) Accuratius distinxit Pelagonius p. 137.

Calidum cinerem) Hippiatrica: ἀρμόζει τῷ τυμπανικῷ θερμὴν σποδιὰν μετὰ ἀξουγγίου εἰς ῥάκος ἢ ὀθόνιον ἐπιπλασθεῖσαν κατὰ τῆς γαστρὸς ἤτοι τοῦ ὀμφαλοῦ προσενεχθῆναι — μήποτε ἀντιμαχόμενος ἑαυτῷ σκυλμὸν ὑπομείνῃ. Liquamen igitur h. l. est pro axungia.

Panacis) πανακίας ῥίζαν μετὰ σεσέλεως γαλλικοῦ Hipp.

Etargium) Videntur multa in hac potione excidisse, quam integram ponunt Hippiatrica pag. 138. ibi nominatur thymus agrestis, semen cumini, mel, lasarum, et acetum. Quid ex his rebus lateat in corrupto vocabulo, videbunt alii. Stodus coniiciebat *eryngium*. Infra c. 58. (59.) s. 2. *semen agrii* Codex Corb. et Goth. mutant in *argii*, quod idem cum hoc etargio esse videtur in potione thermantica.

Haec signa) Haec usque ad finem non sunt in Hippiatricis.

est; si mundas nares[p] habuerit,[q] hac ratione curabis:[r]
cremorem ptisanae et defruti[s] binos cyathos per tri-
duum dabis tepidos.[t] Praeterea hyssopi uncias qua- 5
tuor, allii[v] viridis manum plenam, palmas numero
viginti, foenigraeci cyathos sex, aquam cisterninam
et vinum odoratum vetus pariter misces,[x] diligentis-
sime decoques, et[y] potionem per triduum dabis.

XXVII. (vulgo XXVIII.) Lienosi[a] ut manifestum
est periculum, ita manifesta sunt signa. Nam oculi
invertuntur[b] et[c] suffusi sunt sanguine, tardius ambu-
lant, collum habent[d] extensum, et[e] fit deterius et
rigidius. Quae passio principium indicat roborosi,
quorum[f] latera intumescunt,[g] sive cervicis media 2
spina ad similitudinem alvei fit concava, adstringun-
tur aliquando maxillae, quod vitium consuevit inferri
ex nimia perfrictione, cum animalis[h] dorsum aut fri-
gore aut pluvia aut grandine caeditur aut nivibus.[i]
Cuius ista curatio est. De cauda parum sanguinis
demis. nam si amplius abstuleris,[2] infrigescet, et ri- 3
gori additur rigor; admisces in eum[l] merum et oleum,
et[m] calefacies; [et[n]] statim [hac[n]] dorsum et cer-
vicem perunges, saccellum[n] quoque ex furfure cali-

buerint. (p) *nares* om. C. (q) *habuerit* C. (r) *curatur* C. (s) *defricti* C. (t) *tepidos* om. C. (v) *aleum viridem* C. *alei* F. S. nobiscum Morg. IV, 37. *oleum viride, manus plenas* G. (x) *admisces* C. (y) Vulgo additum *in* om. C. *aquam de cisterna — vinum vetus — post triduum* G.

XXVII. (a) *Leienosi* omo. a. G. (b) *deiiciuntur* S. M. (c) *et* om. C. (d) *habebit* C. (e) *qui deterior est rigidus* C. *deterior et rigidus* G. Deinde *rabiosi.* (f) *quorum — nivibus* om. S. M. (g) *immiscent finem cerum med.* C. Deinde *adhaesit concavus* Goth. (h) *animalium dorsa — caeduntur aut nivibus* C. (i) *nubibus* edd. a. G. (2) Vulgatum *tuleris* om. C. (l) *eo* C. G. *cum eo* S. M. (m) *et, et, hac* om. C. (n) Hinc lacuna S. M. *Saccellus*

Alii viridis) Vide ad cap. 57. (58) s. 1.

Cap. XXVII. *Lienosi*) Signa accuratius et rectius tradunt Hippiatrica p. 140. 141. Et videntur hic capita duo confusa esse in unum a librariis.

Invertuntur) An introrsum vertuntur? ut c. 29. (30.)

dum[o] impones, ut totam spinam tenere possit et lum-
4 bos. altera die extergebis diligenter, et unctione eadem perfricabis; supra quam similiter cum furfure calentem[p] saccellum imponis, hoc usurus unguento: medullae cervinae libram unam, mannae thuris uncias quatuor, depli[q] uncias tres, castorei uncias tres, opopanacis[r] uncias tres, resinae frixae uncias tres, apochymatis[s] uncias tres, resinae terebintinae[t] uncias duas,[v] cerae libram semis,[x] olei laurini uncias octo,[y] olei[z] cyprini libram, olei gleucini[a] sextarium unum.
5 Ex his sicca quae fuerint tundis[b] et cribras,[b] caetera super[c] carbones solvis,[b] quibus cretam admisces[b] et leviter decoquis[b] in vase novo, uncturus cum neces-
6 sitas postulaverit, reponis[d] ac servas. Hac quoque potione intrinsecus curabis. absinthii unciam unam, aristolochiae uncias tres, betonicae uncias duas, petroselini unciam[e] unam et semis, trixaginis unciam[e] unam, thuris masculi uncias tres, castorei uncias
7 duas, mannae succari[f] uncias duas, contundis[g] pariter, et cernis, et ex aqua mulsa et oleo diffunde[h] per fauces: absque dubitatione curabis. Alii auctores

— *calidus imponitur ut tota spina tenere non possit* — *exterges* G. (o) *calido* C. (p) *calente sac. pones* C. (q) *dipli* C. G. *bdellii* coniec. vere, opinor, Morg. IV, 38. *ex* Veg. 4, 15, 1. Gesn. (r) duu incisa nm. C. (s) sic pro *apocymae* ex Corb. scripsi. *apoximae* F. S. Vide ad II, 54, 45. (t) sic C. *terbent.* edd. a. G. (v) *resinae frixae unc. tres* ins. C. (x) *unam* C. (y) 5. C. (z) *sepi caprini* S. F. nobiscum C. il. F. M. et S. M. (a) Ita pro *glaucini* legendum coniecerat Gesn. Deinceps G. *et cum exsiccata fuerint.* (b) *tundes, cribrabis, solves, decoques:* videtur igitur etiam *admisces* futuri intellectu posuisse: ita et *s.* 3. Gesn. (c) *supra* C. (d) *repones has herbas* C. (e) *semunciam* 1. C. *traxoginis* G. (f) *crucis* C. Voluit croci quem et alibi *succaro* substituit. (g) *contundes, cernes* C. (h) *de-*

Depli) Sladus coniiciebat *pepli*.

Alii auctores) Hippiatrica p. 141. ἀπὸ τῶν ὤμων ἀφαιμασσέτθω, κριθῶν ἀπεχέσθω, ὥστε αὐτῷ λεπτότερον τὸ σῶμα γενέσθαι. ποίει δὲ καὶ προπότισμα τοιοῦτον. σκόροδον, νίτρον, πράσιον etc.

asserunt, sanguinem de brachiolis auferendum,[i] et animal abstinendum ab hordeo; allium,[k] nitrum, marrubium,[l] aequis ponderibus tritum cum absinthio Pontico et vino austero per os dandum. et[m] cum biberit, deambulet, et spongiis calidis foveatur, et pressa manu diutius[n] perfricetur. Si ventris permanserit[o] tumor, pectus cauteriis inurendum est. Post 8
quinque[p] dies ternos digitos sub istis[q] hac atque illac inurendum[r] est iterum; Observabis autem ne venas[s] forte comburas.

XXVIII. (vulgo XXIX.) Implecticus[a] autem quia similem sustinet passionem, perfricandus est unctione superius memorata,[b] et, si necessitas postulaverit, inurendus.

XXIX. (vulgo XXX.) Si phragmaticum[a] erit iumentum, his agnoscitur signis: febricitabit, oculos

funde C. (i) *detrahendum* C. (k) sic C. *oleum* al. *Alii* G. (l) Vulgo interserta verba: *sanguinem de brachiolis* recte omitt. C. et Goth. (m) *et* om. C. (n) *diutissime* C. (o) *permiserit* C. *potius cauteriis* G. (p) *quintum diem* C. (q) Vulgatum *subiiciis* om. Gesn. (r) *inurendus* C. (s) *venam fortem* C.

XXVIII. (a) *implicticus* C. (b) *nominata* C.

XXIX. (a) *fragma inciderit* C. (b) *introversus* C. (c) *detrahes* C.

Spongiis) Hipp. τὸ πρωῒ δὲ σπόγγοις μετὰ χλιαροῦ ὕδατος θαλπέσθω καὶ πεπιλημέναις χερσὶν ἀνατριβέσθω.

Inurendum est) καυτηριάζειν προσῆκε μετὰ τρεῖς ἡμέρας ἑκατέρωθεν ἀνὰ τρεῖς δακτύλους ἐπιμετροῦντα καὶ παραφυλαττόμενον ἐπιμελῶς τοῦ μὴ φλέβα καῦσαι. Hipp. Bene Gesner. emendabat *ternos digitos sub istis* sc. cauteriis. Vulgo erat *digitos subiicis*. Graecus tertio die iterum inurere iubet. Locum accuratius tradit alius auctor in Hippiatricis his verbis: λαβὼν καυτήριον διάπυρον παλαιστὴν ἀποστήσας ἀπὸ τῆς σφαίρας καῦσον ἐξ ἀμφοτέρων τῶν πλευρῶν. ἐστὶ δὲ ὁ τόπος ᾗ πτερνίζομεν. alterum cauterium iubet facere ἀποστήσας τοῦ προτέρου ὡς τρεῖς δακτύλους. Tertius auctor ita: τὸ ἀριστερὸν πλευρὸν πλησίον τῆς τελευταίας σπάθης μῆκος ὡς τεσσάρων δακτύλων ἔγκαε μὴ πλέον δακτύλου τὸ βάθος. In libro Goth. est *potius* pro *pectus*. recte puto!

Cap. XXIX. *Si phragmaticum*) Nescio an emphragma voluerit intelligi, de quo supra II. 42 et 19. (vulgo I. 40 et 47.) Certe Hippiatricorum cura p. 146. non plane eadem est.

introrsum[b] reducet, aures tensas habebit et rigidas, terram pedibus tundet. quod hac ratione curabis: Sanguinem detrahas[c] de matrice, adiunctoque oleo et vino tepefacies, totumque iumentum contra pilos[d] diligentissime confricabis, loco tepido statues, et curasti.

XXX. (vulgo XXXI.) Aliquando iumenta aquas[a] timent, quae dicuntur hydrophoba.[b] Signa huius haec sunt. venas omnes habebit extensas, sudabit suffusis oculis, tremorem[c] frendoremque patietur, illidet se parietibus: ex qua passione converti con-
2 suevit in rabiem. Cui hac ratione succurris: sanguinem ei de femoribus[d] detrahes, a cibariis abstinebis, in loco sic[e] clauso, ut lumen videre[f] non possit constitues, magno silentio aquam in situla[g] vel alveo ita apponis,[h] ut non audiat sonitum; manipulum rutae deterito,[i] et baccas lauri[2] xv, olei rosati[l] libram, aceti unciam unam commisceto, caput et nares[m] diligentissime perunges,[n] et sanabitur.

XXXI. (vulgo XXXII.) Sphacelismum[a] certum est

(d) *pilum* C.

XXX. (a) *aquam* C. (b) *hydrophorba* C. *sudat fusis oculis, tremet frendoque patienter* G. (c) *uredinem frigoremque* C. *frigoremque* etiam S. M. (d) *inferioribus* C. (e) *sic* om. C. (f) *videri* C. (g) *fistula* S. M. (h) *appones ne aud.* C. (i) *conter.* C. G. (2) *num.* ins. C. (l) *rosei selib.* (m) *aures* C. (n) *perungues. sanabitur* C.

XXXI. (a) Ita correxi vulg. *Spasmum.* C. *spasmos.* (b) Ita G. pro *conci-*

Cap. XXXI. *Sphacelismum*) Apsyrtus p. 258. Hippiatricorum sphacelismi seu siderationis haec signa posuit: πίπτει ἐξαίφνης καὶ τῶν ἄρθρων ἃ μὲν ἀνίσταται ἃ δὲ συντείνεται καὶ παλμὸς ὅλου τοῦ σώματος, ἔσθ' ὅτε δὲ καὶ ἀφρὸς περὶ τὸ στόμα γίνεται· ἔστι δὲ τοῦτο ἀνθρώποις ἐπιληψία λεγόμενον. τούτῳ ἡμεῖς προσφέρομεν τὴν τροφὴν βρέχοντες τῷ νίτρῳ καὶ ποτίζοντες· ἁρμόζει δὲ τούτῳ καὶ ἡ κάθαρσις ἡ διὰ τοῦ σικύου καὶ τοῦ νίτρου, ἐν ἑπτὰ ἡμέραις, καὶ οὐ συμβήσεται συνεχῶς αὐτῷ. λέγεται δὲ χελώνης θαλασσίας αἵματος ἡμικοτύλιον καὶ ὄξους τὸ αὐτὸ καὶ οἴνου τὸ ἴσον ὀποῦ κυρηναϊκοῦ ὁλκὴν μίαν μίξαντας ἐγχεῖν εἰς μυκτῆρας. ὠφέλιμον δὲ συγχρίεσθαι αὐτὸν τῷ νίτρῳ καὶ ἐλαίῳ μετὰ ὄξους ἐντρίψαι ἱκανῇ.

animalia sustinere. quae necessitas his declaratur indiciis: Subito concidunt,[b] et articuli eorum extensi sunt, et toto corpore palpitant; aliquando etiam de ore spumam emittunt.[c] Quibus[d] escam dabis posca[e] nitroque[f] conspersam, cucumeris quoque silvatici pulverem, et nitrum tritum per septem dies in potione dabis ut purget. Sanguinis[g] quoque marinae[h] 2
testudinis dimidiam cotylam, aceti tantundem, tantundem vini,[i] laseris aliquantulum[2] pariter misces, et suffundis[l] in nares. Vtile dicitur terga[m] eorum oleo et aceto et nitro frequentissime confricari.

XXXII. (vulgo XXXIII.) Quadam ratione lunatica[a] animalia sicut homines repente[b] corruunt, et intermoriuntur. Quorum ista sunt signa: iacentia contremiscunt, salivae per os defluunt,[c] desperata pro morituris[d] repente[e] consurgunt, et pabula[f] appetunt. Cartilaginem[g] narium eorum digito tentabis, quanto frigidiorem inveneris, tanto plus[h] casurum scias. Si[i] minus frigida fuerit, rarius cadet.[2] Cuius 2
ista curatio est. De cervice eius[l] copiosum sanguinem tolles,[m] post quintum diem de temporibus, loco calido tenebrosoque constitues, totum corpus ther-

dent. (c) *mittunt* C. (d) *Cui istam porrigis* C. (e) Vulgo *pusca*. (f) *nitrioque* C. (g) *sanguinem* C. (h) *maximae* S. M. (i) *tantundem vini* ins. S. et G. (2) *aliquantum par. admisces* C. (l) *suffundes* C. (m) *si oleo, aceto, nitro terga eorum freq. confricentur* C.

XXXII. (a) Ita C. pro *lunari*. Goth. *quibusdam rationibus*. (b) Ita pro *frequenter* C. G. (c) *effluunt* C. (d) *mortuis* C. (e) ita in marg. F. Goth. et S. (*frequenter*) in cont. F. et S. *frequenter repente* C. (f) *pabulum* C. (g) Ita pro *naribus* C. (h) *periculo propinquius est* S. M. (i) *Si — communies* om. S. M. (2) *si calida fuerit, non cadet* ins. C. (l) *ei* C. (m) *de-*

Vides ergo, non *spasmum* esse, de quo loquitur Vegetius, sed *sphacelismum*. Poscae non meminerant Hippiatr. Deinde vulgatum *concidens* correxi.

Tantundem vini) Haec ex Samb. et Corb. addidi, ita iubente loco Hippiatricorum. Laseris mensuram eadem ponunt ὀλίγην μίξιν.

manticis confricabis unguentis; cerebrum quoque eius et auriculas pice liquida cum oleo laurino mixta[n]
3 [largius] perunges, et mittes intrinsecus; caput etiam aluta[o] vel cerebellari[p] communies; potionem autem catharticam[q] dabis eiusmodi: sileris[r] radicis uncias duas, panacis radicis[s] unciam unam, diagridii unciam unam, cum[t] cucumeris silvestris uncia. quae omnia bene trita commisces, cum mellis sextario uno decoques, ex quo cochleare plenum in aquae calidae sextarium, et olei drachmas[v] tres mittis,[x] et per os
4 defundis. Caput quoque eius saepius curabis. Radicem Dianariam,[y] id est herbae Artemisiae, in pulverem rediges, et per fistulam naribus insufflabis. Radicem quoque laseris tunsam si naribus defuderis, eadem ratione proderit. Si autem passio perduraverit, caput eius ures, ut apioso[z] fieri consuevit.

XXXIII. (vulgo XXXIV.) Animalia saepe[a] aquam revoment[b] quam biberant. quae passio e[c] nimia perfrictione[d] descendit, cum stomachus paralysin ex frigore sustinet.[e] Sed hac ratione curantur. Sanguis

trahes C. (n) *mixta perungues* omisso *largius* C. Vulgo *admixto.* (o) Ita C. pro *aluto et* F. S. (p) *cera vel lare* C. *cerellare* G. (q) *catharticam* om. C. *potionesque — as* G. (r) *sileris* om. F. *silei radicem* C. *radicem* G. (s) *radicem* C. (t) *cum* om. C. (v) *unciam unam misce* C. (x) *mittas — defundes* C. (y) *deariniam* C. male. (z) *appioso* C.

XXXIII. (a) *saepe aquam* om. C. (b) *revomunt, quae biberint* C. (c) *de* C. (d) *praefocatione* S. M. (e) *sustinuit* edd. a. G. (f) *tragmanticae* S. M.

Cap. XXXII. *auriculas*) Vide supra I. 10. 5. et III. (vulgo II.) 11. 2.

Et mittes intrinsecus) Haec, uti leguntur nunc posita, sensu carent. Puto, olim fuisse h. l. *extrinsecus*, vel quaedam excidisse. An pendet huius loci emendatio ex loco III. (vulgo II.) 11. *oleum tamen solum et liquidum in aures eius suffundes?*

Diagridii) Succum Scammoneae in malo cotoneo decoctum interpretatur Gesner, nescio quo auctore. Simpliciter Scamoneam interpretatur Vincentius Spec. natur. XI. 119. Ex graeco δακρύδιον corruptum esse vocabulum censebat Casp. Hoffmann Officin. I. c. 34. p. 67.

Laseris — defuderis) Supra I. 10. per fistulam naribus insufflat eandem.

de cervice detrahitur, potiones thermanticae[f] propinantur, unctionibus calidissimis armi pectusque confricantur,[g] purgatur per nares caput, et si necessitas postulaverit, etiam[h] sinapizantur.[i]

XXXIV. (vulgo XXXV.) Sideratitia iumenta dicuntur, cum venas vacuas percusserit frigus aut aestus, aut impleverit cruditas aut ieiunia[a] bolimum[b] fecerint. Redditur enim stupidum animal, et titubans ambulat.[c] Quod mollibus cibariis lenibusque[d] potionibus curari oportebit ita. laseris unciam unam et heminam mulsae succumque ptisanae[e] miscebis. Et si ex frigore causa est, cum vino et oleo tepido[f] dabis; si[g] ex aestu, cum rosato praebebis; si ex cruditate, abstinebis a cibo; si de bulimo, ciceres offeres largiores.

XXXV. (vulgo XXXVI.) Sol quoque canicularis ardentior[a] animalia percutit in cerebro, quibus de temporibus sanguis emittitur,[b] et simili ratione curantur.[c] His autem ostenditur signis, quia deiectum[d] caput portare coguntur.

XXXVI. (vulgo XXXVII.) Cruditas iumentis generat aegritudinem, quae hac ratione dignoscitur:[a] modo in unam partem modo in aliam[b] ambulantes

(g) *confricentur, purgentur cum naribus caput* C. (h) *etiam* om. C. (i) *sinapizentur.* C.

XXXIV. (a) *ieiuna* edd. a. G. (b) *ab alimentis fiunt* S. M. *vulnas* G. Deinde idem pro *bulimo* habet *bolismo.* (c) *cum ambulaverit* S. M. *ambulabit* C. (d) *lenissimisq.* C. (e) *heminam* ins. S. *aliam eminam* ins. C. *succumque ptialiam eminam* G. (f) *tepidum* C. (g) Hinc om. S. M.

XXXV. (a) *ardentium animalium percutit cerebrum* C. (b) *emittetur* C. (c) *curatur* C. (d) *eiectum* C.

XXXVI. (a) *noscitur* C. *dinosc.* F. (b) *alteram ambulant et inclinant*

Cap. XXXV. Pertinere ad praecedens caput de sideratitiis, quae hic traduntur, recte vidit Gesner. Iam antea generalim ab aestu fieri sideratitia dixerat. Haec proprie σηρίασις esse et dici videtur. Quam lato sensu animal dicatur sideratum, vide III. (vulgo II.) 39.

inclinant. Quorum ista est medicina: Sanguis eis de cervice detrahitur, a potu et cibariis abstinentur. Si aestas est, refrigeratorias accipient[c] potiones, non parum etiam[d] natura compellente.[e]

XXXVII. (vulgo XXXVIII.) Bulimum animalia sustinent frequenter ex fame, aliquando[a] ex lassitudine. Cuius ista sunt signa. Oculi[b] interius fugiunt, incertus est visus,[c] corpus[c] tremit. Qui[d] hac ratione curandus est, ut primo omnium defricetur ex vino oleoque tepefacto, tunc[e] panis mundi mollem partem vino infundes,[f] et cum eodem confricabis. si chylon[g] feceris, per cornu digeres,[h] et reparabitur. Quod si permanserit bulimus, similae[i] heminas cum sextario vini infundes,[k] et per cornu digeres. Quod si[l]

sc. Equorum C. (c) Ita pro *accipiat* C. (d) *etiam* ins. C. (e) Ita pro *compellere* F. et S. M. *non parvas etiam nate compellitur* G.

XXXVII. (a) Ita C. G. pro *frequenter*. (b) Ita C. S. M. Vulgo ante Gesn. *Anferius* omisso *oculi*. (c) Ita S. M. et C. nisi quod C. habet *tremevit*. Vulgo ante Gesn. *effusus tremebit*. (d) *quae — curanda sunt in* F. G. (e) Ita C. *et micam panis pulverisatum vino inf.* S. M. *Cum mundis mollem* F. S. *et ex vino — cum pannis mundis* Goth. (f) *et — confr.* om. S. M. et inclusit Gesner. (g) *si ilion* F. S. *Sic liquidum faucibus infundis et curabitur* S. M. *Si cylon feceris — degeres* Corb. Gesner edidit *cylon* et comparavit III, 66, 4. (h) *degeres, repar.* C. (i) *sileris* S. M. (k) *fundes, et per cornum deg.* C. ultimum incisum om. S. M. (l) sic C. nisi quod pro *iter* excerptum est *ita. quod iter agerit inciderit bulimus* F. at S. nisi quod hic *egerit. Quod si iter agenti inciderit*, vel *si iter egerit et inciderit buli-*

Cap. XXXVII. *Panis*) Hippiatrica p. 185. καθαροῦ ἄρτου μέρος (τὸ ἁπαλὸν alii addunt auctores ibidem) εἰς οἶνον ἐμβρέξας καὶ ἐν αὐτῷ τῷ οἴνῳ λειώσας ὥστε χυλὸν ἐκ τούτου ποιῆσαι, καὶ μετὰ κέρατος ἐγχυματίσας βοηθήσεις. ἀλλὰ τοῦτο ἢ ἐν ἀρχῇ τοῦ λιμοῦ ἢ ἐν ὁδῷ ποίησον, ὅπου οὐκ ἔστι τὰ χρειώδη εὑρεῖν. εἰ δὲ παραμείνοι ἡ τοιαύτη νόσος σεμιδάλεως κυάθους τρεῖς μετὰ οἴνου, μίξας διὰ κέρατος δίδου. εἰ λιμὸν τὸ ζῷον ὑπομείνοι καὶ τὰ ἁρμόζοντα τῇ θεραπείᾳ ἐλλείψει, γῆν ἐν οἴνῳ φυράσας, ἔμβαλε τῇ αὐτοῦ φάρυγγι, ἢ σφαιρία ποιήσας ἐξ αὐτῆς διὰ στόματος δίδου. Similago dicitur h. l. *simila*, nisi vitium inest vocabulo. Sambucus *heminam* edidit, quod praeferebat Morgagni; in Graeco sunt tres cyathi. *Micam panis*, quam S. M. offert, non contemno equidem. Hinc enim Gallorum *miche* et *mie* descendit.

iter agens inciderit bulimum, ubi necessaria desunt, terram[m] faucibus infundes, aut offas facies, et per os degeres.

XXXVIII. (vulgo XXXIX.) Quodsi ex anhelitu inflationes[a] contigerint, cuius causae rationes[b] reddi non possunt, puscam calidam cum spongia[c] cerebro eius apponis[d] et pectori,[e] in aures eius oleum laurinum mittes, frigidissimo loco eum constitues, nares quoque titillabis ut frequentius sternutet. quo facto, statim exhilaratur.[f]

XXXIX. (vulgo XL.) Si aestuaverit animal, et defectionem patietur, brassicae folia cum apio contundes, et cum vini sextario permiscebis, et per narem sinistram infundis. Si vero fortius aestuaverit, petroselini semen,[a] dauci,[b] silis[c] Gallici, abrotani,[d] schoinuanthi[e] aequis ponderibus tunduntur,[f] et cum aqua mulsa data aestum relevant. Quod si his ita 2
membra defecerint ut concidant; quibusdam placet abstineri eos a potu, et sitientes in aqua frigida una

mus coniec. Morg. IV, 39. (m) *terram* om. C.

XXXVIII. (a) *inflatio contigerit* C. (b) *ratio — potest* C. G. (c) *spongiis* C. (d) *apponas* C. (e) *et in aures oleum* C. *pectori induces oleum — frigidissimum constitues* G. (f) *curabitur* S. M. *exhilarabitur* C.

XXXIX. (a) *semen* addidi ex S. qui tamen post *daucii* illud inserit *sementa* scriptum. *Armmi* inserit C. *petrosilli*, *armeni daucii*, *similis gallici*, *abrutani*, *sinaantosa* Go. (b) Vulgo *daucii*. (c) *sillis* S. *sileris* S. M. *similis* F. M. Go. (d) Vulgo addita verba *spicae nardi* omisi cum Corb. et Go. omittunt etiam Hippiatr. (e) Vulgo *schinuanthus*. F. S. *sinaantis*. C. *alisci noanthus*. quam lectionem *ali. scinoanthus* i. e. *alias* interpretatur recte Gesner. *sinoantosa* Go. (f) *tundunt — datum* Go. (g) *reparantur* C.

Cap. XXXIX. *Si aestuaverit*) Graece haec leguntur p. 478. sub titulo: *περὶ τῶν ἀπὸ ὁδοῦ κεκαυμένων* vel potius *κεκαυσωμένων*.

Silis) Graece est: *σεσέλεως γαλλικοῦ ἀβροτόνου καὶ σχοίνου*. Morgagni III. 34. ex libro II. 31. (vulgo I. 59.) malebat *schoenianthi*.

Vt concidant) Graece haec p. 477. ita leguntur; *πρὸς ἐκεῖνα ζῷα, ὧν τὰ μέλη ἐξατονοῦσι, θεραπεία*.

Quibusdam placet) Celso, quem nominant Hippiatrica.

hora stare, et continuo reparari.[g] Alii dixerunt hordeaceam farinam cum vino per cornu[h] faucibus infundi. Plerique experti sunt triticeam farinam cum aqua frigida datam continuo profuisse. Vel certe tria ova cruda cum pulegio[i] et pusca, oleoque permixto, faucibus infundunt.[2]

XL. (vulgo XLI) Paralysin ad similitudinem hominum iumenta patiuntur, quae his ostenditur signis: Ambulabit pravus[a] in latere ad similitudinem cancri, cervicem incurvabit, ut solent habere quibus fractae sunt, rectos pedes mittere[b] non potest.[c] si[d] coëgeris, parietibus se illidunt, cibum et potum non recusant. Hordeum autem ipsius udum[e] semper apparet. Hac
2 ratione[f] curabitur. Sanguis ei de temporibus[g] parte contraria, non qua contractus[h] est, tollitur. unctionibus thermanticis[i] perfricatur, cervicesque[2] eius constringuntur usque eo, ut cratellis[l] ex ligno[m] appositis constricta[n] cervice pravitas dirigatur. Loco autem calido stabulatur sicut roborosus. cui ipsae[o]

Go. (h) *cornum* C. (i) *puleio* C. (2) *infuderunt* Go.

XL. (a) (*pronus*) F. et S. *pravus* F. M. *pravus vel curvum* S M. (b) *mittere* om. F. (*mietere*) S. (c) *ponent* edd. a. G. *potest* C. *mittere non potest. si cogis* G. (d) sic C. et S. M. *sic aegris* al. a. G. (e) *sudum* C. *solidum* S. M. *nudum* G. (f) *observatione sanabitur* C. (g) *temporis* C. (h) *patitur* S. M. (i) *thermaticis* C. *tragmanticis* S M. (2) *cervixque eius assidue corrigitur* C. (l) *cretellis* F. *crit.* C. *cervices eis assidue coguntur — crescellis ex ligno apici positis* Goth. (m) *lignis impositis* F. S. *ligno apposito* S. M. nobiscum C. (n) *contracta cervicis pravitas corrigatur* C. S. M. *pervitas* G. (o) *caedem* S. M. (p) reliqua om. S. M. *Si perusto mede-*

Alii) Florus, ut testantur Hippiatr. ubi ingenti discrimine ulmi folia πτελέας φύλλα pro farina ordeacea nominantur.

Plerique) ἡμεῖς δὲ ἐπιστάμεθα — διδόναι nescio quis in Hippiatr. ubi nomen Pelagonii adscriptum legitur titulo praecedenti.

Cap. XL. *Paralysin*) Alia signa Hippiatrica p. 307. habent.

Cratellis) Pro *clitellis* etiam *cretellas* dici, cum Cangio monuit Gesner. Regulae esse videntur ad similitudinem clitellarum factae. Sladus *circellis* coniiciebat.

potiones dantur. Si[p] parum in[q] totum ista medelarum adiumenta profecerint, cervices eorum[r] uruntur, non qua contractus est, sed ex parte contraria de cautere accipit[s] palmas ab armo usque ad cervicem[t] auriculae, et in tempore uritur ad mensuram semissis. In alia autem parte temporis quasi stellam[v] parvam cauterio facies, et in parte renum usque ad mediam spinam virgulas[x] dabis solemniter, et curasti. 3

XLI. (vulgo XLII.) Iumenta nimio saltu vel cursu aut ruina cum aliquid intrinsecus[a] ruperint, vulsant. quorum ista sunt signa: Stranguriam patientur, exscreabunt etiam purulentum, et quoties volutata fuerint, non revolvuntur, nec se excutiunt. Si recens ruptura fuerit, sanguinem magis exscreabunt,[b] quam pus. Quae curantur glutinosis et lenibus[c] cibis. Talem etiam accipiunt frequentissime potionem. Thuris 2
masculi unciam unam, opii unciam unam, heliotropii unciam, quod intybum[d] agrestem vocamus, rutae unciam unam, quae omnia diligenter trita cum vino austero[e] quatuor mensuras adiicies,[f] et[g] per dies singulos[h] dabis ad cornu,[i] donec quae intus rupta sunt glutinentur.

XLII. (vulgo XLIII.) Sed[a] animal nonnunquam invadit insania, ut praesepium frangat, seseque morsu

larum G. (q) *tot medullarum* S. M. (r) *eius curantur* C. (s) *accipe palpam* C. quia *palmulae* vocantur Veg. 1, 28, 4. ut *lineae*. Cognata, credo, est *vestis palmata* Gesn. (t) *verticem* C. Sed *cervix auriculae* videtur ubi ea adnata est capiti. Gesn. (v) *stillam parvulam* C. (x) *virgulam* C.

XLI. Cf. Veg. 3, 65, 3. (a) Inserit *intrinsecus* C. G. (b) Ita pro *excreabit* C. (c) *levibus* F. (d) *intubum* C. (e) *austeri* C. (f) *Atticas* S. M. (g) *et* om. C. (h) *et* ins. C. (i) *cornum* C.

XLII. (a) *Sed* om. C. (b) *impetum* C. (c) *facit ut fera* C. (*ut fera*)

Stellam) Vide ad cap. 7, s. 3. De palmis, virgulis et semisse cauteriorum alibi dicitur.

Cap. XLII. *Frangat*) Eumelus Hippiatr. p. 244. κλᾷ τὴν φάτνην δήγμασι — ὀφθαλμοὺς ἑστῶτας ἔχει καὶ λάμποντας.

laceret, impetus[b] etiam in homines facit ut fera,[c] auribus micat, oculis erit[d] attentis et splendidis, et[e] ex ore egerit spumam, quem caute, ne medentem laedat, diligenterque constringito. Sanguinem ei de cervice et de cruribus detrahito,[f] rursumque in te-
2 nebris contineto, donec appetat cibum. Cum coeperit ad patientiam revocari, succum cicutae uno[g] acetabulo et aquae unam heminam admisces, et per os defundis.[h] Post rutam conterito, et supra cerebrum ponito, caputque lanata pelle constringito et[i] curato, et cum profecerit, calide stabuletur. Talis quoque potio equis subvenit rabiosis. Baccas lauri novem et allii[k] purgati grana[l] viginti et unum, diligenter[m] conteres, et cum vino veteri candido per narem sinistram iniicies.

XLIII. (vulgo XLIV.) Si animalia dum sudant hordeum comederint,[a] vel ipsum hordeum novum fuerit quia vehementius calet, vel copiosius quam oportet otiosa pascuntur, absque dubio indigestio et pletura[b] comitabitur. Quae passio his agnoscitur signis. Sudabit, ligati[c] erunt armi, ambulabit incertum.[d] San-

etiam ins. S. Vulgo *faciat*. (d) *erit* om. F. habet etiam C. *oculi erunt attenti et splendidi* Goth. (e) *et* om. C. (f) Ita pro *trahito* Go. (g) *unum acetabulum* C. (h) *defundes* C. (i) *curaturos* (f. *curaturus*) *ut calide stabulis* C. Postea *roborosus* — *olei* — *viginti in unum dil.* Goth. (2) *alei* edd. a. G. (l) *grana* om. C. (m) *diligentissime* C. G.

XLIII. (a) *comederint* — *hord.* om. C. (b) pro *plethora*. (c) *inligati sunt* C. *in loco ubi sunt* S. M. (d) *incertus* C. G. (e) *sanguis* — *detrahetur*

Detrahito) De cervice graece dicitur τοῦ σπονδύλου. Post haec quaedam excidisse videntur, quae in Hip. leguntur.

Allii purgati) In Hipp. p. 246. est δάφνης κόκκους κεκαθαρμένους λύσας ἐν ἐλαίῳ καὶ ἐπιβαλὼν οἶνον θερμὸν διὰ τῶν μυκτηρῶν ἔγχει. Unde videtur h. l. legendum: *baccas lauri novem et viginti purgatis granis in oleo diligenter conteres* (*in unum*) *et cum vino* etc.

Cap. XLIII. *Quia vehementius calet*) Malebat Gesnerus *calent*, oblitus loci II. 4. (vulgo I. c. 29.) s. 4. *fervorem hordei novelli* esse etiam in causa morbi.

guinem[e] ei de cervice detrahes, aceto oleoque permixtis[f] totum corpus diligentissime confricabis,[g] levibus[h] ambulationibus exercendum[i] est, et ab hordeo penitus abstinendum. Cui eiusmodi subvenit 2
potio: brassicae folia contundis, succumque exprimis, et[2] myrrhae pulverem, et[2] parum liquaminis, et vinum vetus optimum misces, quod per triduum per[l] os defundes; ita digestio et sanitas consequetur. Aliquanti[m] praecantatione[n] tentant afferre remedia; quae vanitas ab aniculis solis diligenda[o] est, cum animalia sicut homines non inanibus verbis, sed certa medendi arte curentur.

XLIV. (vulgo XLV.) Pulmones[a] ut integri praestant substantiam[b] vitae, ita vitiati periculum afferunt mortis; quorum dolor manifestis declaratur indiciis. stertet, tussiet graviter, et exscreabit purulentum. Si aegritudo longior fuerit, de prioribus[c] claudicat[d] pedibus, gravem foetorem naribus expellit, difficile se collocat, et[e] febriens praesepio incumbit. corruptum assellabit.[f] Aliquando in corpore 2
ipsius[g] similia furunculis tubercula nascuntur. Quae[h] aegritudo difficilis est,[i] sed hac potione[2] curanda:[l] thuris masculi uncias tres,[m] hyssopi[n] uncias duas, folii[o] unciam unam, mannae croci unciam unam,

C. (f) *permixto* C. (g) *confricetur* C. *perfricatur* G. (h) *levibus — abstin.* om. S. M. (i) *exercendus — abstinendus* C. (2) *et* om. C. (l) *per os* om. C. (m) Hinc om. S. M. (n) *praecantionem — mediam* C. forte *praecantationum — remedia* G. (o) *dinoscitur esse — certa diligentia medendi* Go.

XLIV. (a) Ita G. pro *Pulmone*. Idem *sicut sunt*. (b) *suffragia* S. M. (c) *posterioribus* S. M. (d) *claudicabit* C. (e) *sed — nascuntur* om. S. M. Vulgo est *sed*. (f) *adsellabitur* C. (g) *ipsius* om. C. (h) *Quae aegritudo difficilis hac et curator* S. M. Vulgo *Quorum*. (i) *est* om. C. (2) *ratione* C. (l) *est* ins. C. (m) *duas* S. M. *unc.* 1. C. (n) *hyssopi v.* 1 *folii v.* 1. om. C. (o) *trifolii magni* (f. *mannae*) *croci ana unciam unam* S. M.

Cap. XLIV. *De prioribus*) S. M. *posterioribus*. Sed Hippiatrica p. 29. καὶ τὰ ἐμπρόσθια σκέλη χωλεύει.

myrrhae uncias duas diligenter tundis et cribras, ex quo pulvere unum cochlear[p] cum tribus ovis et aqua[q] temperabis, et defundis[r] per os. Si cibum non ap-
3 petit, pro[s] aqua lac caprinum miscebis, et addito mellis cochleario propinabis. Succum quoque ptisanae cum oleo rosaceo, et pulverem[t] superius comprehensum cum ovis per os dabis ad cornu.[v] Offas quoque ex duobus sextariis farinae triticeae et uno sextario ervi pollinis facies, quibus admiscebis ex supra scripto pulvere quinque cochlearia.[x] Sed septenas offulas[y] diebus singulis digeras, quas quotidie ad substantiam dabis, donec cibos tentet appetere.
4 Cui omnem escam propter fastidium viridem oportet offerri, et contrario lenticulam vel[z] triticum vel hordeum torrefactum cum palea dabis, ut quidquid ex diversitate ciborum voluerit[a] eligat. Lac tamen recens cotidie ei convenit dare.[b] Deambulet primum; ubi coeperit convalescere, ad exercitium revocandum[c] est. Lac si defuerit, aquam, in qua ervum prius lotum die ac nocte permanserit, dabis in[d] potu.
5 In causa[e] pulmonum de cervice vel de palato his sanguis aufertur, quibus nec fastidium evenit, et[f] fortiora sunt corpora. Cineres quoque ulmi loti et infusi[g] aqua cum vino veteri optimo odorato heminas singulas miscebis[h] et dabis. Quodsi vehementius ve-

(p) *coclearc* C. (q) *aquam* C. (r) Ita pro *difundis* C. (s) Hinc om. S. M. (t) *pulvere — comprehenso*, *vel* C. *vel eius* Goth. (v) *cornum* C. (x) *Ex lacte etiam cuiuscunq. pecoris eam consperges. salutare est, si sept.* C. *Ex lacte tere et cuiuscunque pectoris conspergis salutare est, si septenas dieb.* Goth. (y) *offas* C. (z) *vel triticum, vel hordeum torref.* C. *lenticulam vel tritum cum h. torrefactum* G. Vulgo *cum tritico vel hordeo torrefacto.* (a) *voluerit* om. C. (b) *dari* C. (c) *revocandus* C. (d) *ei bibere* C. (e) *cuius a* C. (f) Ita pro *sed* C. G. (g) *in* ios. C. (h) Ita pro *misces* C.

Sed septenas) Supplementum Cod. Corb. et Goth. non spernendum videbitur forte, si comparaveris cap. 54. (55) sect. 9.

xaverit[i] aegritudo, et transierit in morbum: radicis[k] lentisci drachmam, thuris uncias duas, myrrhae drachmam, succari semiunciam contere diligenter, et cum vino diffunde.[l] Sunt et ista remedia. Vva alba 6
in os[m] equi frequenter exprimitur, semen radicis datur in vino, amygdalae frixae cum aqua offeruntur. Sed est alia efficacior potio: Cardamomi[n] uncias duas, cassiae[o] unciam, storacis unciam unam, quae omnia,[p] si validior et sine febre fuerit,[q] cum vino, si febriens, cum succo ptisanae per os dabis.

XLV. (vulgo XLVI.) Orthopnoicum[a] iumentum his agnoscitur signis:[b] etiam si trahatur, ambulare detractat, anhelat graviter, frequenter suspirat, ronchos[c] ducit, ilia suspendit, dum manducat tussit. Ex[d] quo vitio difficile liberabitur,[e] licet in longum 2
protrahat vitam. Pulmo enim eorum contrahendo se comburit,[f] unde et macies cum morte insequi consuevit. In recenti tamen hanc curam festinanter 3
adhibebis. Sanguinem de pectore detrahes, et mero oleoque permixtum atque calefactum perunges. Lixivium[g] quoque cineris diligentissime cretum, cum

(i) Ita pro *vexatum aegritudine*, *transivit* dedi. Corb. *vexabitur aegritudo et transierit*. Goth. *vexaverit aegritudo transivit*. (k) *radicem* C. (l) Ita pro *suffunde* Go. (m) *ore* C. Go. deinceps *exprimatur* vulgatum ex Goth. correxi. (n) (*costi*, *iringii* (pro *eryngii*) *radicis casiae ana*) ins. S. *cost. unc.* 2, *cinnamomi unc.* 1, *eryngii radicis unc.* 2, *storaris semen* (f. *semc.* h. e. *semunc.*) C. (o) *cinnamomi* S. M. (p) *tunsa*, *si frequenter suspirat* C. (q) *fuerit* C. Vulgo *erit*.

XLV. (a) *Ortholistophicum* F. *Orthotonicum* C. nobisc. S. (b) *ut — detrectet* C. *ut* inserit etiam Goth. (c) *runchos* edd. a. G. *truncos ducit*, al. *trunculos duc.* C. *runcos* Goth. (d) *Ex — consuevit* om. S. M. *Ex quo lustro* Goth. (e) *liberatur* C. deinceps omisso *vitam*. Goth. *pulmo etiam eorum contrahendum et se comburit*. (f) *convoret* C. Deinceps *festinant* Go. sed margo *adhaerebis* habet. (g) *Lixivum quoq. dil. tritum*, *et* C. *ol. opti.*

Cap. XLV. Titulus vulgaris *de orthopnoico*. l. *plagio rigido*. sed Goth. *De coccromico*. *Idem plagis*. *Lixivium*.) Vide cap. 68. s. 7. c. 85. s. 5. et IV. 9. 2.

oleo optimo temperabis, et per nares diebus quinque continuis eidem digeres.[h] Potionem quoque dabis postmodum: Sinapis Alexandrini frixi, et[i] sulphuris vivi et[i] myrrhae, cardamomi species aequis ponderibus contundis[2] et cernis, et cum melle optimo[l] decoquis. Ex quo medicamento ad magnitudinem
4 uncis cum[m] vino nigro calido dilues, et quotidie per os potionabis. Alii[n] vero myrrhae uncias duas, sulphuris[o] unciam unam, nitri semiunciam, picis liquidae pusillum, deterunt, additoque melle et vino vetere odorato, candido, per nares saepius infun-
5 dunt. Curabis autem ne algeat, temperabis exercitationibus ut sudet: et non solum in potione, sed etiam in foeno nitrum cum melicrato[p] aspersum[q] semper accipiat.

XLVI. (vulgo XLVII.) Opisthotonici[a] quoque similis passio declaratur.[b] Orthotonicus est,[c] qui totus est rigidus, opisthotonicus,[a] cui in posterioribus partibus morbus insederit. Cuius ista sunt signa. Aures[d] rigidas[e] habebit, collum extensum, oculos minores, tensa pellis in facie, labia gravia, ut oscitare et os[f] aperire vix possit, cibum potumque fastidiet, cauda rigida, gressus incertus, membra

temperatum per nares etc. C. (h) *immittes* S. M. (i) *et* om. C. *frixae — vivi et cum cardamomo specie* Goth. (2) *contundes — cernes — decoques* C. (l) *Attico* F. M. S. M. (m) *in* C. (n) Hinc om. S. M. (o) *sulferis vini* (pro *vivi*) C. (p) sic C. *mellier.* edd. a. G. (q) *sum* C.

XLVI. (a) *Epistotoni* F. (b) *indicatur* C. (c) *est* ins. C. (d) *renes rigidos* C. *dures rigidos* Goth. (e) *frigidus* F. M. S. M. (f) (*os*) ins. S.

Myrrhae) Hippiatrica p. 94. in eadem formula λιβανωτοῦ ὁλκὰς δύο habent, et pro pice liquida πίσσης ὀῤῥὸν deinde nitrum coctum.

Ut sudet) Graece est: μηδὲ γυμνασίοις χρῆσθω. unde legendum erit h. l. *ne sudet.*

Cum melicrato) Haec verba omittunt Hippiatrica.

Cap. XLVI. Titulus in Goth. *De Prepistatono. Idem posteriori rigido.* Initio capitis Idem *Epistoni — passio videatur.*

distensa,[g] difficile progreditur, et frequenter in posteriorem partem concidit,[h] unde opisthotonicus[i] nominatur. Quod genus passionis hieme curare difficile 2
est, aestate autem si diligentior fueris,[z] obtinebis. Quae passio per aestatem his nascitur causis, si iumentum ardentissimo fuerit sole percussum, vel si in itinere,[l] priore claudicans pede, coactum fuerit ambulare vel currere, et vehementius sudaverit; vel[m] ex dolore, si armum laeserit, vel supra ipsum iacuerit, ut armus indormiat. Hieme autem, cum de iti- 3
nerè vel de exercitatione venerit, et cum sudore steterit sub divo[n] in frigore, aut in loco (recenti[o]) vel humecto aut in[p] marmorato, aut[q] tessellato, vel si frigore maxillae obdormierint, tunc ista aegritudo contrahitur. Cui hac ratione tentabis succurrere. Adipis porcinae veteris libras duas, resinae terbentinae[r] semilibram, piperis triti drachmam, cerae li- 4
bram, olei veteris sextarios[s] duos pariter decoques, et calidissime totum animal perunges. Multi ervum 5
decoquunt, calentemque aquam capiti ipsius languen-

aut os ins. C. Vulgo *os* deest. (g) *distenta* C. (h) *recidit* C. (i) *epistotonus* edd. a. G. (z) Ita pro *fueris* C. (l) *ex* ins. C. (m) *et ex sudore vel armum* edd. *ex dolore vel si armum* ex libris edidit Gesner. (n) *dio* C. (o) *recenti vel* om. C. *recenti* inclusum habet Fabr. (p) *in* ins. C. G. (q) *vel in* C. (r) pro *terebinth.* (s) *lib.* 2. C. (t) *infundunt* C. (v) *aegro-*

Nascitur causis) Hippiatr. p. 123. Brevius ὅταν ὁδοιπορῶν προσπταίσῃ τῷ ἐμπροσθίῳ ποδὶ καὶ χωλεύων ἐλαύνηται καὶ ἱδρώσῃ· ἢ ὅταν ἐξ ὁδοιπορίας ἱδρωκὼς ἐν κρυμῷ στῇ ὕπαιθρος ἐν λιθοστρώτῳ, ἢ ἐὰν ἐξ ὁδοιπορίας ἱδρωκὼς ἄσιτος στῇ τὴν νύκτα ἐκείνην, ὡς μὴ ἔχειν ἐν κινήσει τὰ χιλώνια, ἢ ἐάν ποτε τρωθῇ ἐξ οἱασδηποτοῦν αἰτίας τοὺς βουβῶνας, ὀπισθότονος γίνεται. Sed propius Vegetium accedunt verba Pelagonii p. 128.

Vel ex dolore) Vulgo erat *ex dolore, vel si — laeserit, vel supra.* Pelagonius p. 128. καὶ εἰ ἁρμὸν παθὼν μετὰ τὴν τούτου θεραπείαν ἐπ' αὐτὸν καθευδήσει, τούτῳ τῷ πάθει περιπεσεῖται. Praeterea totum hoc comma commodius, ut in graeco, collocabitur post verbum *tessellato.*

Hac ratione) Eadem omnia Pelagonius p. 127. quaedam brevius, alia copiosius et integrius.

6 tis imponunt.[t] Alii in stercore ipsorum calido obruunt
7 aegrotantes,[v] ut languorem[x] exsudet. Plerique colligata[y] iumenta commodum credunt arenis sole fer-
8 ventibus operire. Haec quoque potio traditur salutaris. Piperis triti grana decem,[z] cedriae[a] pondus denarii,[b] nitri unciam[c] unam, mixturae[d] laseris Cyrenaici[e] globulum ad magnitudinem fabae, trita[f] atque permixta, addita liquaminis[g] floris hemina et vini veteris [summi[h]] sextario,[i] bis in die per os di-
9 geres.[2] Expertum dicitur, sanguinem bubulinum calidum et fumantem, sed moderate per cornu[l] faucibus infundere.[m] Quod[n] si forte defuerit, thuris cribrati et salis triti ternas[o] uncias cum vino optimo
10 prodesse dixerunt. Calidis medicamentis animal expedit dum sanetur perungi.[p] Adipis quoque porcinae recentis coctae[q] quantum existimaveris, cum oleo optimo, et vino summo et melle commisces, et ad carbones [semper[r]] decoques, ac per nares infundes. Malagma quoque de calidis speciebus in

tantem C. (x) Ita pro *languor* C. G. (y) Ita ex C. Gesn. pro *colligatis iumentis* — *renes sole ferventi bene cooperiri.* Goth. *colligata iumenta com. credunt asseres sene solem tuentibus aperire.* (z) Ita pro *viginti* S. M. Corb. (a) Ita pro *cedri* C. (b) *scrip. III.* C. (c) *cotulam unam* S. M. *olcen unam* C. h. e. ὁλκὴν, quam drachmae etiam synonymum esse, ex Galeno probat Gorraeus h. v. Gesn. (d) *mixta laxaris* C. (e) sic S. M. qood praetoli, cum *tyrrhenici*, qood habent alii, nullam praeterea mentionem inveniam. Gesn. (f) *tritam atq. mixtam* C. (g) *olei flori sem.* C. h. e. *floris emina* ut etiam Goth. (h) *summi* om. S. M. et potest esse glossa *floris.* sed *vinum summum* etiam est *s. sq.* Gesn. (i) sic S. *sextarium* F. *sext.* 1. C. (2) *digerunt* C. (l) *cornum* C. (m) Ita pro *infuodis* C. Go. (n) Hinc ad *s.* 12. om. S. M. (o) *ter sulcis scrip. VIII.* C. *oltes* 3IX. Goth. qui firmare videtur Gesneri coniectoram, in *sulcis* latere *holces* ὁλκῆς putantis. (p) *ungueri* C. (q) *colatae* C. *collatae* G. (r) *semper* om. C.

Grana decem) Tantumdem Pelagonius. Igitur recte Codices pro vulgari *viginti*.

Cedriae) Hanc omisit Pelagonius, qui deinceps ὀποῦ κυρηναϊκοῦ κυάμου μέγεθος.

Liquaminis floris) Pelagonius: ἐλαίου καὶ οἴνου πρωτείου ξέστας δύο καθεκάστην ἡμέραν προπότιζε.

carbonibus cum oleo cyprino vel communi, sed veteri, solvitur,[s] et perungitur. Post curam operitur 11
sagis, et in sole calido exercetur a sessore trepidans,[t] dum sudet. Post sabanis validioribus abstergetur, et[v] denuo unctum operitur, pice quoque liquida admixto[x] oleo perungendum, non tamen nimia pix sit,
ne corium laedat. Nonnulli iam[y] validioribus de 12
cervice sanguinem detrahunt. Plerique in balneum ducunt: calidissimis potionibus curant, id est, lasare[z] et[a] cymino, aniso, oleo, baccis lauri, ex quibus
quotidie aliquid cum vino ministrant. Vnctionibus 13
quoque istis utuntur. Cerae libram, resinae uncias quatuor, opopanacis[b] uncias duas, medullae cervinae uncias tres, olei storacini uncias tres, olei laurini uncias quatuor, quae omnia decoquunt, et in sole aut in loco calido perungunt. Alia quoque unguenti
compositio talis est: Baccarum[c] lauri sextarium 14
unum, cymini sextarios[d] duos, sulphuris vivi uncias tres, resinae unciam unam, galbani uncias tres, olei sextarios duos, quae omnia decoques et uteris.

(s) *abluitur* edd. a. G. *oblinitur* Go. (t) *et repedens* a. G. *et ripodomsique* Goth. (v) *et — operitur* om. C. (x) *admixta pentiolio perunguetur et exercetur. Non* C. (y) *dicunt sic curari* S. M. (z) *laxare* C. (a) *et* om. C. (b) Hinc ad *olei laur.* om. M. (c) *baccas lauri* C. (d) Hinc ad *galbani* om. C.

Cyrenaici globulum) Ita ex margine Samb. correxit Gesn. vulgatum *tyrrhenici*. Goth. *tyrtenicis lasaris*.

Expertum) Haec usque ad *Adipis quoque* non sunt in Graecis.

Adipis porcinae) Pelag. p. 128. στέατος χοιρείου τὸ ἀρκοῦν μετὰ ἐλαίου κοινοῦ καὶ μέλιτος ἀναζέσαντες καὶ μίξαντες ἐν ταυτῷ κεχρήμεθα συνεχῶς. ubi corrige ex nostro καὶ οἴνου.

Trepidans) δρόμῳ διὰ κάλπης γύμναζε ἤτοι τῷ λεγομένῳ τριπήδῳ, ἄχρις οὗ ἱδρώσῃ. Hippiatrica.

Liquida) Deinceps Corb. *admixta pentiolio perunguetur et exercetur. Non.* In G. est *admixta repente oleo perungitur et exercetur, ut tamen ne nimia.* Postrema Go. placent.

Plerique) Goth. *plurimi — potionibus cum idem lasaris.*

Talis est) Legitur eadem graece in Hippiatricis p. 296.

XLVII. (vulgo XLVIII.) Lethargici quoque iumenti ista sunt signa. Iacebit semper et dormiet, neque cibum appetit[a] neque potum; cum excitatum[b] fuerit continuo aggravatur,[c] et se proiicit, et macescit,[d] et quamcunque ei dederis potionem tanquam dormitans[e] vix suscipit. quod[f] hac ratione curabis.
2 Substernito in stabulo ubi stratum cubet.[g] cui caput fomentabis ex calida cum[h] pulegio decocta, postmodum perunges oleo cum adarce[i] trito, ita ut caput eius et aures infundas, ea[k] usurus potione: camomillam[l] Illyricam, item nostratem,[m] et herbam Artemisiam in aqua decoquis, ex qua quotidie ei binas co-
3 tylas propinabis. Cui et pedes priores frequenter fomentabis calida: solet enim haec passio adstrictius[n] ad rectum pedem contingere. Est quidem periculosa passio[o] atque curatio. cuius ista sunt signa. Oculi eius lacrymabunt[p] quasi lippiant, in praesepio[q] dormitans incumbit, a posterioribus ambulans nutat, et
4 totum[r] gravatur. Cui sanguinem detrahes de pede priori dextro, et de femore sinistro, ex quo eum

XLVII. (a) *oppetet* etc. C. (b) *exercitatum* C. (c) *gravotur* C. (d) *inhorrescit* S. M. (e) Ita pro *dormiens* C. Go. *exercitotus* Go. (f) *quem* F. (g) Ita S. M. Vulgo *stot ut bibat ibi*. Corb. omittit etiam *ibi*. (h) *cum* inserui ex C. S. *puleio* C. (i) *cum arcitrito* C. *adarte* F. *odorte terito* Go. (k) *hanc us. potionem* C. (l) *camomillon Illyricon* C. *gamomilloe illyricon* Go. (m) Vulgo *idem nos trace* uncis inclusa leguntur, quia omittit Corb. Go. (n) *strictura pedum* C. *adstr. od pedem constringere* Go. Malim *stricturo pedes eos*. (o) *passio atque* om. Corb. (p) *lacrymobuntur* C. (q) *praesepe incumbit, dormit* Corb. (r) *totus* C. (s) Vulgo *contundes*.

Cap. XLVII. *Dormitans*) Goth. *cum dormitat inversa o p.*

Vbi stratum cubet) Ita recte liber Sambuci. Hippiatr. p. 277. *πρῶτον μὲν ἐν μαλακῇ ἱπποστάσει ἱστάσθω ἀχύρων ἢ χόρτων ἁπαλῶν ὑποῤῥαινομένων κατὰ τὸ ἔδαφος.*

Camomillam) Deinde verba *idem nos trace* omissa a Corb. et Goth. correxi ex coniectura Morgagni IV. 40. qui monet, iridem Illyricam huic morbo non convenire; alias pronum esset, iridem illyricam, notam satis, substituere chamomillae illyricae, aliunde ignotae.

perunges. Herbam Artemisiam contusam[s] et cribratam[t] dabis cum lixivii sextario, et olei cyathis duobus, per triduum; quarta die intermittes. Quod si cibaria non appetit, ervum[v] mollitum ex aqua tepida [comedat,[x] et aquam] bibat. Si minus profecerit, 5
lini semen cum aqua in olla decoques, et heminas singulas per dies singulos dabis ad [y] cornu, addito melle quantum[z] sufficiat: quae potio etiam febricitantibus prodest. Lethargicum animal frequenti excita- 6
tione[a] prohibendum constat a somno. Assidua quoque iniungenda est deambulatio,[b] si ante omnes pedes eius miseris, in fomentum. Nam furfures sale et aceto permisces, et calentes ungulis imponis.[c] farinam quoque triticeam cum tritis salibus et puscae sextario uno faucibus infundes; herbam Artemisiam 7
tunsam cum oleo et modico lixivio dabis ad cornu;[d] abstinebis ab hordeo, fabae solidae sextarium porri-

Post *contunsam*. (t) *i. e. semunc.* inserit C. (v) Ita F. M. S. M. et C. nisi quod *mellitum* habent. F. S. (*bolum ex melle*). (x) inclusa om. C. recte, auctore Gesnero. (y) *ad cornu* om. C. (z) *quod sufficiat* Corb. (a) Ita pro *exercitatione* C. (b) *ambulatio, si ante omnes pedes miseris iumentum* C. vulgo *si anteriores pedes*. (c) *adpones* C. (d) *cornum* C. (e) et addit C.

Excitatione) καὶ συνεχέστερον διὰ χειρῶν νυστέσθω, ὥστε μὴ ἀποκαθεύδειν. ubi lege νυσσέσθω.

Nam furfures — infundes) Haec etiam exstant in Hipp. p. 277. καὶ τοὺς τέσσαρας πόδας ὄξει καὶ πιτύροις θερμοῖς ἀποτρίβεσθαι· προποτιζέσθω δὲ καὶ πόμα δεχόμενον πίτυρα σίτινα καὶ ἅλας μετὰ ὀξυκράτου ξε. β'.

Artemisiam) Hippiatrica p. 277. florem artemisiae ponunt. Deinceps *ungulis apponis* Goth.

Et puscae) Goth. *apulce*.

Abstinebis ab hordeo) *Hippiatrica* p. 277. κριθῶν ἀπέχεσθαι, τρωγέτωσαν δὲ φάβατος ξηροῦ ξέ. α'. οὕτω τε ἀπὸ τῶν σπονδύλων αἷμα ἀφαιρείσθωσαν· καὶ μετὰ ταῦτα τοιαύτῃ ἐγχυματιζέσθωσαν θεραπείᾳ· ῥέου ποντικοῦ γο. γ'. καλάμου ἀρωματικοῦ γο. ε'. καππάρεως ῥίζης γο. ε'. κόψας καὶ σήσας μετὰ ὕδατος ξέ. ἑνὸς ὅσον τρία κοχλιάρια ἐγχυμάτιζε. τὸ δὲ πόμα αὐτῶν ἔστω ὀλίγον καὶ αὐτὸ χλιαρὸν etc. unde adiuvantibus libris scriptis Vegetium emendavi. Spicam nardi omittunt Hippiatrica. Postea ex libris inserui *et parum* post *tepidam*. Ita enim Hippiatrica.

gis ut vigilet, donec duriores[f] edomet cibos. De
8 cervice quoque[g] sanguinem ei[h] detrahes. Depletum[i] hac potione[2] curabis : Rhei Pontici[l] uncias tres, calami aromatici[m] uncias duas, spicae nardi uncias duas, radicis capparis uncias duas, tunsa et cribrata permisces,[n] et terna cochlearia in[o] sextario aquae tepidae dabis in potu.[p] Nunquam frigidam, nec nimium calidam,[q] sed tepidam et parum[r] ad bibendum semper accipiat. Assidue flagello excitandum[s] aut voce, ut vitium timore deponat.

XLVIII. (vulgo XLIX.) Si quod iumentum morbum regium[a] habuerit, his agnoscitur[b] signis. utrique oculi virides sunt;[c] et[d] cervicem inclinatam habebit in[e] dextra parte, et[f] pede [dextro[g] etiam] sinistro videbitur claudicare. Cuius curatio est ista. Loco tenebroso,[h] ubi lumen videre non possit, clauditur,[i] et operitur sagis ita, ne[2] oculi eius aperiantur in die, oleo et vino tepido ungetur[l] atque fricabitur.
2 Lapides[m] molares non minus pondera quinque in

(f) *duriori edomatur cibo* Corb. (g) *quoque* addidi ex C. (h) *ei* om. C. (i) *repl.* S. M. (2) Ita pro *ratione* C. (l) Vulgo *Afronitri*. C. *Acori Pontici*. S. M. *Triti Pontici unc.* 4. Goth. *Pontici uncias tres.* (m) Vulgo *gallae Syriaticae*. Sambuc. *gallae Syriacae*. S. M. *calami Syriaci*. Corb. *cal. Syriatici unc. III.* ut Goth. (o) *miscebis* C. (o) *cum* C. (p) *potum* C. (q) *calidum sed tepidum* C. (r) *parum* ex C. addidi. *et puram*. S. M. *cochlearia inferunt aquae frigidae tepide dabis — nunquam frigida — calida sed tepida ad bib.* (s) *excitandus* C. *flagellum ad excit.* Go.

XLVIII. (a) *i. e. auriginem* in lemmate inserit C. *id est aurigines* Goth. (b) *agnoscetur* C. (c) *fiunt* C. (d) *et* om. C. (e) *in* om. F. *dextram partem* malebat Gcso. (f) *de* C. (g) inclusa om. C. S. M. *de cervice et pede etiam sinistro v. cl.* Go. reliquis. omissis Verba: *etiem sinistro* om. princeps Editio. (h) *tenebricoso* C. (i) *claudetur et operietur* C. (2) *ut nec oculi eius appareant* C. (l) *unguito atq. defricabitur* C. (m) *lapidis*

Cap. XLVII. *Lapides molares*) Eosdem in simili remedio nominat supra III. (vulgo II.) 28. 5. Aelius contra aconiti venenum in potu sumlum propinat vinum, in quo lapis molaris ignitus fuerit extinctus. Vide ad Nicandri Alexiph. versum 50. Lapidem molarem igne liquefactum

ignem imponuntur, animalis caput copulatur ad pedes; cum bene canduerint, sub eius naribus apponuntur[n] perfusi oleo; suffumigatur[o] os, nares et oculi, ut morbi virus exsudet.[p] quod per septem dies continue est faciendum. Tali etiam ratione succurrimus.[q] sanguine caprino et lacte ovillo, anagallico,[r] costo, oleoque pariter admixto potio conficitur,[s] quae per dies duodecim datur.

XLIX. (vulgo L.) Sed interdum bilis,[a] quae cholera[b] appellatur vulgo, solet iumenta vexare. quae passio his declaratur indiciis: commovetur ac volutatur ut strophosus.[c] Sanguinem ei[d] de cervice emittis, daturus eiusmodi continuo potionem: herbae trixaginis[e] nigrae unciam[f] semis, mannae succari[g] un-

molaris non minus pondus C. *Lapides — faciendum* om. S. M. (n) *et* ins. C. (o) *suffumigant — oculos* C. *suffumigant* etiam Goth. (p) *exsudent* C. (q) *succurretur* C. (r) *sil Gallicum* C. (s) *conficietur — dabitur* C.

XLIX. (a) *bilis quae cholera appellatur* C. *de bili, quae colera app.* S. M. Vulgo *biles — cholerae — appellantur — solent.* (b) *colerae* F. S. (c) *stropho. cui* S. M. (d) *ei* ins. C. (e) *traxag.* C. idem om. *nigrae unc. semis.*

facile fluere ideoque metallis excoquendis addi, monet Theophrastus de Lapid. c. 49. ubi simul pyrimachum nominat eiusdem naturae. Ita et Aristoteles Meteorol. IV. 6. qui ita genus utrumque distinguit, ut pyrimachi materiam liquefactum iterum in durum lapidem refrigescere atque indurari, molaris vero lapidis flumen, postquam concrevit, nigro colore similique calci ustae (τιτάνῳ) substantia esse dicat. Inde Plinius 36. s. 53. *calx utilior e molari lapide, quia est quaedam pinguior natura eius.* Isidorus Orig. 19. 10. molaris in parietibus utilis, quia est quaedam natura eius pinguior, duraque et aspera, ex quo etiam molae fiunt, unde et nomen traxit. Huius quatuor genera, albus, niger, permixtus ac fistulosus. Quae repetit Vincent. Sp. nat. 8. 2. Molarem etiam pyritem dici, monuit Plinius 36. s. 30. Reliqua loca vide in Analectis ad Histor. rei metall. Veter. p. 26. Genus lavae (fritam antiquo nomine apud auctorem Aetnae vers. 527. appellare licet) porosum esse molarem veterum lapidem asserit et cum molari Rhenano comparat *C. Vlyss. v. Salis* Beyträge zur natürlichen Kenntniss des Koenigr. Sicilien T. II.

Cap. XLIX. *Mannae succari*) Corb. *mannae croci*, i. e. crocomagmatis. Ceterum bilem Columella VI. 30. 4. 8. nominat choleram aridam. ubi vide notam.

ciam unam, nitri uncias duas, altei[h] uncias duas, vini optimi sextarium unum, conteres, ex aqua mulsa heminam unam per sinistram narem infundes.[i]

L. (vulgo LI.) Quod si aridam bilem habuerit, myrtum agrestem cum vino contritam per narem dextram defundes, pro hordeo far triticeum dabis. Potionem ipsam temperabis ex aqua.

LI. (vulgo LII.) Coli passio gravissimos cruciatus iumentis consuevit inferre, ita ut cardiaci aut strophosi esse credantur; sed his agnoscitur signis. Cum stat[a] repente concidit,[b] ut arreptum[c] putes, si satis[d] suspensum fuerit, dolor subsequitur, et iacet nonnunquam: cum frigidam aquam acceperit[e] tremit,
2 sudat, anhelat. Cui hac ratione succurritur. Anisi[f] Pontici unciam unam, petroselini unciam unam, foeniculi seminis unciam, piperis nigri uncias duas, marrubii unciam unam, abrotani unciam unam, anethi,

(f) *uncias sex.* S. M. (g) *croci* C. (h) *alt. unc.* 2. om. C. (i) *et ex ea aqua* C. (2) *defundes* C.

LI. (a) *statim* C. (b) *ita* addit C. *concitat ut* Goth. (c) ἐπίληπτον interpretatur Gesn. (d) *cadens* S. M. (e) *acceperint tremunt* etc. C. et Go. *Quibus* deinceps Go. (f) *Arasi* C. (g) *scrip.* 3. C. *uncia semis* S. M.

Altei) Gesner corrigebat *altheae*, Morgagni *allii*.

Cap. L. *Aridam*) Eadem generatim contra choleram tradunt Hippiatrica p. 202. Deinceps *diffundis* Goth.

Narem dextram) Hippiatr. εἰς ἀμφοτέρους τοὺς μυκτῆρας. Pro farre triticeo eadem contra humidam choleram dant πυροὺς πεφρυγμένους καὶ ἄλευρα πύρινα.

Cap. LI. *Concidit*) Hippiatrica p. 276. τούτῳ δὲ μόνῳ διαφέρει τῷ συνεχεῖς καὶ μείζους πόνους ἔχειν ἤπερ τοὺς καρδιακοὺς καὶ στροφουμένους — πρῶτον μὲν ἑστὼς ἐξαίφνης καταπίπτει, ὡς ἐπιληψίᾳ τοῦτον νομίζεσθαι ἔχεσθαι. ἔπειτα ὀλίγον διαλιπόντι πόνος αὐτῷ εὐθὺς ἐπακολουθεῖ, καὶ ῥίψας ἑαυτὸν ἀνάκειται; unde patet, verba *si satis suspensum fuerit* vitiosa esse; nec melior lectio S. M. Celso medicinam tribuunt Hippiatr.

Acceperit) Corb. *acceperint, tremunt*. Goth. *tremunt, sudant*. — *Quibus*.

Anisi pontici) Hippiatr. ῥίου ποντικοῦ. Eadem piperis nigri unciam unam ponunt, et anethi scripulum unum.

uncias[g] tres, Levistici[h] -) 4, centaureae[i] minoris et
maioris uncias duas, chamaedrys[k] semiunciam, eupa-
torii[l] -) quatuor, gingiberis unciam semis, pulegii[m]
semiunciam, rutae[n] unciam, apii seminis unciam,
pariter contundes et cernes. tunc mellis optimi pon-
dera duo cocta et despumata cum omnibus misces, ex
quo medicamento ad magnitudinem nucis avellanae
cum aquae tepidae sextario dilues, et per os infundes.
certissima medicina est. Quod si dolor perseverave- 3
rit, foeniculi seminis cochlearia quinque bene trita cum
vino sincero sed cibario, sext. 1[o] dabis. Praeterea
piperis[p] aliquantulum[q] et pelliculam[r] de ventre pulli
siccatam in furno et tritam cum vino dabis.

LII. (vulgo LIII.) Vomicae plerumque animalibus nascuntur intrinsecus. Cuius passionis signa sunt ista. cum accubuerit, difficile surgit,[a] os ei graviter olebit, incumbet in eo loco, a quo vexabitur,[b] tussiet, et purulentum exscreabit interdum. Cui haec da.[c]

(h) Ita cum Gesn. Go. *lebistici* C. *libist.* F. S. (i) *Centaureae sem. caneturl semuc. silporeum sepum IIII. pulegii Campani unc.* 1. *gingiber semunc. pariter contundes* C. (2) *camedrii* S. M. Vulgo *cametris.* (l) *silvii uncias quatuor* S. M. pro *silphii.* Vulgo *eupatoris.* (m) *pul. caprini unciam* S. M. (n) *rutae, apii seminis ἀνὰ unciam unam* S. M. unde vulgatum *apii unciam semis* correxi. (o) sic C. *sextarium* F. S. (p) sic F. M. S. M. et C. *panis* al. a. G. (q) *aliquantum* C. (r) *pellicula* etc. edd. a. G.

LII. (a) *surget* C. (b) *vexatur* C. (c) (*cui haec da*) ins. S. (d) *drac.*

Levistici) Hipp. λιβυστικοῦ γο. ά.

Chamaedrys) Verba *cametris sem.* inclusa habet editio princeps. Deinceps S. M. *silvii uncias quatuor.* unde Gesn. legendum coniiciebat *silphii.* In G. est *silpotorium — gingioperis.* Postea *pul. caprini unciam* S. M *pulei caprini cum paniuna et muxia, rutae unciam* Goth. In Corb. est *Centaureae semm. caneturi semuc. silporeum IIII. pulegii campani unc. I. gingiber semunc. pariter contundes.* In Hipp. est κενταυρίου σπέρματος γο. α΄. χαμαιπίτυος γο. στ΄. εὐπατορίου γραμ. δ΄. γλήχωνος καθαροῦ γο. ά. πηγάνου α΄.

Apii) Sic Hipp. σελίνου σπέρματος γο. α΄.

Pondera) μέλιτος πρωτείου λίτρας δύο — λεπτοκαρύου Hippiatrica, ubi tamen quaedam sunt minus integra verbis.

Turis uncias [d] duas, aristolochiae uncias [e] duas in unum contundes,[f] cum vino tepefacto per nares degeres. Item sulphuris vivi uncias [g] duas, aristolochiae unciam semis similiter dabis. Cibo autem maxime sustentandum [h] est, ut habeat corporis [i] nutrimentum. [Et [2]] cum ruperit vomicam, cauteriis circa pectus aduris,[l] ut facilius provocatus humor emanet.

LIII. (vulgo LIV.) Passio, quam Graeci echedermiam [a] vocant, Latini coriaginem appellant, cuius ista sunt signa. Macescet, et sine febre non erit, corium illius adhaerebit [b] costis, spina fit durior, in dorso eius nonnunquam furunculi exire consueverunt: magis etiam quam adsueverat [c] appetit cibos. Cuius ista
2 curatio est. Thymum [d] et sale cum vino rubro conteris, et tubera, si qua in eius [e] sunt corpore, confricas. Parabis etiam aliam unctionem: picem, ceram, resinam cavealem,[f] et thuris pollinem ex oleo veteri temperabis ac decoques, totumque [g] animal confricatum diutissime perunges. Sed parum est unctione [h] corio mederi, nisi potionibus et intrinseca curentur. Piperis albi triginta grana, myrrhae semiunciam,[i] vini

C. (e) *unciam semis pulverisa, cibo maxime sustenta, ut nutriatur. Et cum ruperit* S. M. (f) Ita Corb. Vulgo *uno cum vino.* (g) *drag.* Corb. (h) *sustentandus* C. (i) *corpori* C. (2) *Et* om. C. (l) *adures* C.

LIII. (a) Vulgo *ecedermiam* Corb. *epidermiam dicunt.* S. M. *cardiacam.* (b) *haerebit ad costas* C. (c) *solebat* C. (d) *Temum cum vino falisco rubro conteres* C. (e) Ita pro *in eo sunt* C. (f) Ita C. pro *cabialem* S. M. *ticulam.* Voluitne *piculam? cabulem* Go. (g) Ita pro *totum — confricando* C. idem *perunguebis.* (h) *unctionem* C. (i) *sexcutiae i. e. drag. XII.* C.

Cap. LIII. *Echedermiam*) Vulgatum *ecedermiam* recte ita corrigendum esse, vidit Gesner. Hippiatrica p. 88. ἐχεδερμίαν nominant quidem, sed plane diversam a Vegetiana.

Cavealem) Ita ex Corb. scripsit Gesn. *Cabulem* Goth. sed Glossarium Goth. *Resina caballialis id est termentina*, voluit *terbentina.* In loco Caelii Aurel. Tard. Pass. 2. 7. s. 108. *Tum resinae cadialis id est dicaminis illinimentum vel dropacis.* Gesner in Thes. L. L. corrigebat: *cavialis id est picaminis.* Margo *liquaminis* praefert.

Myrrhae semiunciam) Hippiatrica

odorati veteris cotylam, olei viridis cyathum unum
admiscebis et per os digeres. Item[k] fasciculum[l] rutae 3
viridis atque purgatae et[m] opopanacis unciam[n] unam
in cotylam vini et olei viridis cyathum decoques,[o] et
dabis in potu.[p] Quod vitium ex perfrictionis iniuria,
aut ex coactionis[q] alicuius necessitate descendit. Aliquanti suis non vetulae sed novellae sanguinem vino
permixto[r] ad cornu[s] faucibus degerunt, ignorantes,
si plus sanguinis fuerit, continuo animal interire.[t]
Cautius est hac magis potione curare: cepas germa- 4
nas et semen rutae pariter admisces, et deteres; ex
quo uncias tres cum vini cotyla per dies singulos
dabis, usurus curationibus, quae conveniunt roborosis.

LIV. (vulgo LV.) Syntexin[a] animalia patiuntur ut[b] homines. quae liquido[c] his declaratur indiciis.

(k) hinc omitt. S. M. (l) Ita pro *fasciculos* C. (m) *et* om. F. S. (n) pro *unciam unam in* F. S. solum *et* habent. (o) Ita pro *admisces* C. (p) *potum* C. (q) Ita pro *coactione — necessitatis* C. (r) *mixto* C. (s) *cornum* C. (t) *solet* addit C.

LIV. (a) Ita Gesn. *Syntaxin* F. S. *Synthesin* S. M. *sintexin* C. est σύντηξιν. (b) Ita pro *et* C. (c) Ita pro *valitudo* C. deinceps pro *indiciis* Go.

p. 484. χρῆσθαι δεῖ ἐγχυματισμῷ τῷ δὲ οἴνου καὶ ἐλαίου καὶ σμύρνης ὁλκὴ τριωβόλου ἢ πεπέρεως λευκοῦ κόκκους κ' τρέψαντα, ἢ πήγανον ἐν οἴνῳ ζέσαντα ἐγχυματίζειν. ἔστω δὲ πανταχοῦ οἴνου εὐώδους κοτύλη καὶ ἐλαίου κύαθος.

Fasciculum) Hippiatrica *opopanacem* omittunt.

Quod vitium) Hippiatrica p. 483. περὶ τῶν ἰσχαινομένων ἐξ ἀδήλου αἰτίας. ubi Apsyrtus ait, malum nasci κατὰ ψύξιν, addens: ὁ δὲ τοιοῦτος, ὅταν ᾖ μὴ τρώγων καὶ τῷ σώματι πεφρικὼς καὶ ὀρθὰς ἔχων τὰς τρίχας ἐγχυματίζεται ὑὸς αἵματι μὴ παλαιᾶς μετὰ οἴνου, ἴσον ἑκάτερον διὰ τοῦ στόματος. λέγεται δὲ ὑπό τινων κρόμυα καὶ εὐζώμου τὸν καρπὸν ἀνιέντας ἐν οἴνῳ ἐγχυματίζειν διὰ τοῦ στόματος. Fere eadem repetuntur sub alio titulo p. 257.

Coactionis — necessitate) Ita ex Corb. correxi vulgatum *coactione — necessitatis.* Hippiatr. p. 484. causam mali alteram ponunt ἀπὸ κόπου συνεχοῦς, eique aliam medelam adiungunt p. 488. ἀπὸ καμάτου πολλοῦ dicitur.

Semen rutae) Ex Hipp. puto legendum esse *erucae* εὐζώμου.

Cap. LIV. Titulus habet vulgo *De stomachico.* Sed Goth. *De stomando.* deinceps addit: *Sillate* (literae *a* et *e* litera *t* superposita) *inter.*

cotidie attenuantur[d] in maciem, ossa eminent,[e] multum manducantia[f] esuriunt semper; quidquid invenerint, tentant fame cogente corrodere; durum stercus emittunt; trahunt longam ac miserabilem[g] vitam,
2 ut nec surgere valeant: sed iacentia,[h] fatigata, multumque manducantia fame moriuntur. Omnis enim esca quam sumserint, ad stercus, et omnis potus convertitur in urinam: nullus ex his succus, nullum
3 alimentum pervenit ad medullas:[i] propterea quod stomachus eorum nimio rigore constrictus[k] nec coquere potest,[l] nec epati aliquid propinare, in quo tota virtus ad nutriendum corpus per dispensationem
4 ciborum et[m] sanguinis[n] praeparatur. Tabescit semper, iecurque eius minuitur ad similitudinem arboris, quae radicibus ex maiori parte praecisis,[o] cum a parvulis aliquamdiu sustentata portaverit frondes, cele-
5 riter exarescit. Quorum manifesto periculo hac ratione tentabis occurrere.[p] Inter principia facies unctionem: cerae libras[q] duas, resinae[r] terbentinae libram, medullae cervinae libram, axungiae veteris sine sale libram, propoleos[s] selibram, irisillyricae libram,[t] samsuci libram, olei[v] laurini quantum satis fuerit, decoques carbonibus lentis,[x] et ad ceroti[y]

signis. (d) Ita pro *tenuantur, et macie* C. *in macie* Go. (e) *os eminet* C. (f) *manducans esurit* Corb. (g) *mirabilem* Go. (h) *iacentes, fatigati, multumque fame* C. Go. (i) *medullam* Corb. (k) Ita pro *perstr.* C. Go. (l) Ita pro *poterit* C. (m) *et* addidit Gesn. ex C. (n) Ita pro *sanguis* C. Go. (o) *praecis cum parulis* C. (p) Ita pro *tentatur occurri* C. *conatur succurri* Go. sed punctis suppositis. (q) *libr.* 1. C. (r) *res. ter. lib. om.* C. (s) sic C. *propulegii* al. *populei lib.* 1. *sem. malvae lib. sem. samsuci libram semis* S. M. Illud *propoleos* confirmat noster 4, 13, 1. et Dioscor. 2, 106. Gesn. (t) *selib.* C. (v) *oleum laurinum, quantum fuerit* C. (x) *lenti sed* C. (y) *ceruti* C. (z) *perlocabis* F. S. *praelocabis* S. M. *colabis* Corb.

Tabescit semper) Corb. verba *semper — minuitur* omisit. Goth. verba *tabescit semper* rectius omittit, et deinde habet *iecurque eius minuitur semper.*

mollitiem percolabis,[a] cui adhuc tepenti[a] misces pul-
verem irisillyricae[b] et cretae Cimoliae,[c] donec refri-
gescat agitabis. Ex quo medicamento totum iumen- 6
tum[d] perunges, et multorum manibus confricabis,
donec calefiat et sudet. Quod interposito triduo con 7
venit fieri, ita ut coopertum animal stet,[e] et cotidie
paulatim exerceatur, ut digerat. Cui haec praepa-
rabitur potio: abrotani uncias quatuor, santonici
uncias quatuor, trixaginis[f] uncias quatuor, chamae-
pityos[g] uncias quatuor, gentianae uncias duas, mur-
rhae[h] uncias duas, opopanacis uncias duas, eiusdem
radicis, succari semiunciam, rutae aliquantulum,
omnia bene tundis[i] et cribras. ex quibus duo cochlea- 8
ria in vino veteri decocta cum succo ptisanae, in quo[k]
acro decoctus est, admiscebis. adiunges etiam ervi[l]
pollinis cochlearia duo, quae cum per novem dies
continuos dederis, intermittis[m] aliquamdiu, ut vires
colligat et resumat, et per singulas periodos[n] alternis
curabis,[o] nec cessabis, donec sanitas redeat. Diebus 9
autem vacuis offas ex farina triticea et[p] lacte con-
spersas ad substantiam degeris. furfures quoque tri-
ticeos et paleas dabis;[q] hordeum non dederis nisi
fortassis infusum; denegabis etiam herbam viridem,
donec reparare[r] coeperit corpus.

(a) *reuponticon* Go. (b) *tres illyrice s. tris. illyrici* Corb. (c) *pariter* addit C. deinceps ex C. vulgatum *infrigescat* correxi. (d) *corpus perunges* C. (e) Ita pro *sit* Corb. (f) *trax.* C. *anethi uncias* ½, *gentianae unciam unam*, *opopanacis radicis uncias duas*, *croci semiunciam*, *rutae* etc. Gesn. (g) Ita Gesn. *camepiteos* F. S. *camipitis* C. (h) *croci semunc. rutae semunc. omnia bene* C. Etiam S. M. *rutae unciam semis*. Crocum *succaro* substituit Corb. ut fere ubique. (i) *contundes et cribrabis* C. (k) *qua*, (*atro*) *decoctum est* et in margine: *al. acyro* F. et S. *acro* C. et Go. Correxit Morgag. IV, 41. (l) *ervi poll.* om. C. (m) *intermittes* C. (n) *hebdomadas* F. et S. margines. (o) *curabis. Nec cessabis* om. C. *nec etiam* Go. (p) Ita pro *in lacte conspersa* Corb. (q) *ministrabis* C. (r) *saturari* S. M.

LV. (vulgo LVI.) Icterici[a] ista sunt signa. Oculi
virides, de quibus profluet[b] lippitudo, ad similitu-
dinem fabae:[c] indurescit[d] corium, fit horridus[e] pi-
lus, insequitur fatigatio, ambulans genibus claudicat.
2 Iis sanabitur[f] medelis: Panacis, radicis[g] et apii se-
minis singulas libras contundito atque cribrato, et
cum mellis Attici libra[h] misceto, tunc[i] aquae, in
qua lupini crudi fuerint decocti, sextario,[k] ex medi-
camento superius[l] descripto quatuor cochlearia mi-
3 scebis, et in potione[m] dabis per[n] dies quinque. Si
tardius adiuvat,[o] vini sextarios tres in pultario novo,
et[p] canini stercoris albi uncias tres admisceto, et
ponito sub divo, ex qua[q] potione quinque diebus per
os degeres. Praeterea aquam,[r] in qua cicer deco-
ctum fuerit, et stercus caninum simili ratione prae-
bebis.

LVI. (vulgo LVII.) Strophi[a] diversae causae et diversae sunt curae. cuius ista sunt signa. Volutatur,[b] patitur torsiones,[c] ilia sibi respicit, stercus durum assellat,[d] terram pedibus tundit dolore cogente, intermissis[e] horis refrigerationem sentit et requiem.

LV. (a) *buginosus* vocatur in lemmate S. M. quod truncatum est ex *albuginoso* C. (b) *profluit* C. (c) *Ad simil.* om. Goth. *lippitudo* est gr. λήμη. (d) *dura ut corium* S. M. *durescit cor.* C. G. (e) Ita pro *horridum pilis* C. deinceps vulgatum *claudicabit* ex Go. correxi. (f) *sanatur* C. (g) *radicem* C. *radicis* S. M. Vulgo *Syriatici.* (h) *selibra* C. (i) *cum aqua* C. (k) *et ius.* C. (l) *supra scriptu* C. (m) *potionem* C. (n) *diem unciam unam* S. M. (o) *ambulat* S. M. *ambulat*, *adiuvat* C. *tardaveris* G. (p) *et ius.* C. (q) *qua* om. C. (r) *aqua si cicer decoctum fuerit* C. Vulgo *ciceres decocti fuerint.*

LVI. (a) *Tortiones* interpretatur lemma C. Samb. G. Sed *strofos* legit C. (b) *volutabitur* etc. C. (c) *tortiones* C. (d) *adsellatur* C. (e) *emissores*

Cap. LVI. *Volutatur*) Hippiatrica p. 148. σκάλλων τῷ ποδὶ καταπίπτει καὶ κυλίεται, καὶ ἑστηκὼς στρεφεῖται, τήν τε κεφαλὴν στρέφει πρὸς ἑκατέρας τὰς λαγόνας.

Intermissis horis) Ex lectione Corb. *emissores refr.* efficio *remisso vero refr.*

Hac potione[f] curandum est. Acori, anisi, opopa-
nacis singulas libras pariter contundis[g] et cernis, ex
quo pulvere duo cochlearia in vini veteris sextario
et olei pondo[h] semis admisces, et tepidum per os
dabis triduo. Si strophus [fortior[i]] fuerit, et non 2
facit ventrem, caudam intra[k] coxas mittet, et ad
ventrem suum conversus attendet.[l] cui pulverem de
semine rutae silvaticae cum vino per os dabis. Prae-
terea cepas decem deteris,[m] ficus siccae scrip.[n] octo,
nitri scripulos[o] quinque, stercoris columbini scripu-
los quatuor, ex quibus addita amurca[p] collyria facies,
et bina vel terna in[q] anum immittes.[r] Si vero for-
tius venter induruerit,[s] convenit adhibere clysterem,[t] 3
sed prius ventrem aqua calida perfovebis. Tunc suc-
cum[v] Cantabricum in quo fuerint betae[x] malvaeque

refrig. C. (f) *ratinne curandus* C. (g) *contundes* etc. C. (h) *lib. admisces* C. *pondere — admiscis* G. (i) Vulgo *strophosus*. Corb. *strofus*. (k) Ita pro *inter coxas suas* Corb. idem *mittit*. (l) *attendit* C. Go. (m) Ita pro *veteres*. C. Go. *tere* S. M. (n) Ita C. pro 3 *uncias quatuor* S. M. (o) Ita C. pro *serupulos*. unde sequens etiam colon correxi. (p) Ita pro *arinn* S. M. *muriae* C. (q) *manu per posteriora* S. M. (r) *mittes* C. *et vino vel ternas manus mittit* Go. (s) Vulgo *induruit*. C. *induraverit*. Goth. *induravit*. (t) Vulgatum *clysterium* correxi. (v) *cantarum aquae decoctionis betae et malvae cum* S. M. *sucum Cantabr. in aqua fuerint vite albaeque decoctae* C, *succum* (*cantabricum*) Fab. *qua* pro *in quo* Go. (x) *bletae* F. (y) *palumb.*

Si strophus fortior) Hippiatrica εἰ ἐπικρατὴς γένηται ὁ στρόφος καὶ μὴ προχωρῇ ἡ κοιλία.

Intra coxas) Graece est; ὅταν τὴν οὐρὰν μεταξὺ τῶν σκελῶν ἐμβάλλῃ καὶ ἐπικλίνεται ἐπὶ τὴν ἑαυτοῦ κοιλίαν.

Cum vino) Heminam vini ponunt Hippiatrica.

Deteris) Hippiatr. κρόμμυα λειώσας ί, ἢ σύκων ξυρῶν γράμματα Ͽ'. νίτρου γράμμα ἕν.

Terna in anum) Graece est: κολλούρια δύο ἢ τρία εἰς τὴν ἕδραν ἔμβαλε.

Succum Cantabricum) Herbae cantabricae ex genere Vettonicae; quam describit Plinius 25, 8. s. 47. succum intelligi putabat Gesner; sed in eo vix decoqui recte dicuntur betae malvaeque; sed in aqua. Igitur ex S. M. malim: *Tunc iumentum pronum constitues, et cantarum aquae, in qua fuerint — decoctae — scripulis per anum inicies, ita, ut* etc. *Cantarus* est *cantharus*, pro certa' mensurae genere.

decoctae, cum nitro et hemina olei, et columbini[y] stercoris quatuor scripulis, pronum constitues, et per anum iniicies iumento, ita ut post clysterem inambulet[z] aliquantulum. Alii fimum[a] leporis cum novem cochlearibus mellis et quindecim[b] granis piperis addito caulium succo per os salubriter defundunt.[c]

LVII. (vulgo LVIII.) Iecoris dolor solet infestare iumenta, cuius ista depreheuduntur indicia:[a] cibi fastidium, potus[b] appetentia, ventris inflatio, macies. Cui primo cremoris ptisanae sextarium unum[c] cum olei rosacei tribus cyathis per os degeres. Si passio permanet, alia potione curabitur. Apii seminis uncias tres, hyssopi uncias tres, abrotani unciam unam, allii[d] viridis quantum[e] sufficit, vel sicci[f] paulo minus,[g] si viridem abnegat tempus, ex vino optimo ad tertias[h] decoques. per aliquot dies potionem dabis.
2 Similis quoque huius passionis est ratio. Sine febre

C. Go. (z) *deamb.* C. (a) *fimo* C. G. (b) *quind.* om. C. (c) *defuderunt* C. *diffundunt* Goth.

LVII. (a) *signa* C. (b) *potum* C. *sitis valida, latus sibi inspicit* S. M. (c) 2 *cum oleo roseo* C. (d) sic C. et S. M. *olei* al. (e) *quod satis est* C. (f) *succi* edd. nobiscum ratio et C. (g) interpunctum hic sustulimus. (h) *tertiam* C. (i) ei ins. C. *conficit, testiculum dextrum cum evilet indu-*

Fimum leporinum) Formula eadem contra ventris dolorem exstat in Hip. p. 707.

Cap. LVII. *Allii viridis*) Hoc dedit Gesner pro *olei*, cui profecto sequens *sicci* non convenit. At quid sequens *veterem si abnegat tempus?* De sexu non adeo laboro; sed allium quo tempore siccum dici potest? et viride? num recens? Mihi potius *ali*, i. e. symphyti vel alius herbae nomen latere videtur. Tamen supra cap. 26. (28.) 5. *est allii viridis manum plenam.*

Similis — ratio) Vel ipsa haec verba arguunt lacunam. Nihil enim praecessit, cum quo similitudo aliqua fingi vel dici possit in morbo iecinoris. Novus igitur morbus videtur indicari. Dextri igitur testiculi cum iecinore consensum in peritonaeo, quo et iecur et testiculorum cellulosa tunica saltim comprehenditur, tam operose et anxie cum Platnero non quaesiverim.

enim animal non erit, nec facile cibum conficiet, testiculus[i] dexter tumebit et[2] indurescet. Cui ista subvenit medicina. Foenigraeci cyathos quatuor[l] mittis in aquae fontanae sextarios quatuor[l] [i.[m] grana triginta] et decoques ad tertiam partem. ita[n] per os data potione curabis. Nonnulli turis[o] drachmas[p] duas tritas cum vino quantum sufficit miscent, et inde[q] totum corpus multorum perfricant[r] manibus, sagis[s] cooperiunt ut sudet.

LVIII. (vulgo LIX.) Inflatio ventris interdum iumenta non[a] sine dolore conturbat. Cuius passionis[b] ista sunt signa. Testes eorum[c] sudabunt, alternis pedibus terram tundunt,[d] subinde[e] in alteram partem se[f] convertunt, caput ad ilia sua ponunt,[g] tanquam qui locum doloris ostendant,[h] gemitus interdum et tremor totius corporis insequitur. Hunc paulatim deambulare facies, manum unctam[i] in anum mittes, et stercus extrahes.[2] deinde sal et[l] mel misces et in anum infundes, ut assellandi[m] augeat voluntatem.
Si hiems fuerit, oleo et pice liquida lumbos et auri- 2
culas illius saturabis, hanc daturus potionem: laurum viridem vel baccas ipsius, piper et[n] cyminum, petroselini[o] et[n] foeniculi semen, semen[p] agrii[q]* et nitri,

rescet Goth. (2) *et* om. C. (l) *III.* C. et S. M. (m) inclusa a Fabr. om. C. (n) *ita* C. et S. M. Vulgo *hemina.* (o) *turis* om. C. (p) *drach.* 1. *tritam* C. *scrupulum triti* S. M. (q) *inde* om. C. (r) Ita pro *perfricatur* C. (s) Ita pro *saccis* C. *et satis* S. M.

LVIII. (a) *non* om. F. *sine dolore* om. Goth. (b) *passionis* om. Goth. (c) *eis* C. Goth. (d) *tundet* C. (e) Ita pro *subito inde altera parte* Corb. *subito in alt. — convertit — ponit* Goth. (f) *vertet* omisso *se* Corb. (g) *ponet* C. (h) *ostendit* C. G. (i) *huic* S. M. (2) *exhauries* C. (l) Ita pro *sale et melle mistus in* Corb. *misces et* Goth. (m) *adsellare augeat facultatem* C. (n) *et* om. C. (o) *petroselinum* C. (p) *semen — nitri* om. S. M. et ponit *et rutam.* (q) *argii* et *nitrium* C. *argii* Goth. (r) *cribrabis* C.

* Cap. LVIII. *Agrii*) De peucedano suspicabatur Gesner; rationem coniecturae ignoro. Vide ad c. 26. (27.) 3.

quae pariter admixta tunsa et[r] cribrata cum vino et oleo tepido et calidae aquae parvula portione[s] potionabis, et deambulare compellis moderate, donec dolor cesset.

LIX. (vulgo LX.) Intestini quoque vexatio,[a] quod colon[b] vocatur, et inflationes[c] et dolores consuevit[d] inferre. quae his agnoscitur signis. Cum ambulare coeperit, prioribus pedibus transvaricat et dolore[e] subglutit,[f] et[g] crebras deambulationes et calores stabuli, si[h] diligenter etiam operiatur, diligere[i] consuevit. Cui per nares suffundes laser Cyreniacum[k] in vino tepido solutum.[l]

LX. (vulgo LXI.) Frequens[a] et deforme vitium, quod maximae animalium parti accidit, tussis est, quae interdum sponte[b] desinit, interdum medicamentorum ratione curatur, interdum insanabilis penitus invenitur. Difficultas autem curationis emergit, quia causae, ex quibus tussis evenerit, a medentibus nec discernuntur, nec intelliguntur[c] interdum. Quam passionem universis auctoribus evolutis, quanto crebrius accidit, tanto studiosius credimus[d] exponendam.

(s) *potione* C. *aqua calida parvulas portiones* Goth. (t) *desinet dolor* C. *cessat* Goth.

LIX. (a) *versatio* C. (b) *colum* C. *Colus* Goth. (c) *inflationem et dolorem* C. (d) *consu — ambulare* om. C. (e) sic C. *dolores* a. G. (f) *subgluttit* C. *varicat — subgultit* Goth. (g) *crebris ambulationibus et calore stabuli* C. G. *deamb. — in stabulo* S. M. (h) *si* om. C. (i) *digerere* S. M. *dirigere* C. (2) Ita C. *et cyriacum* edd. *Siriacum* S. M. *cirmaicus* Goth. (l) *refectus* Goth. *resolutum* C.

LX. (a) Vulgo *Frequenter omni genere deforme vitium eo quod* legitur. *Frequens et deforme vitium quod et maxime pati animalibus accidit, tussis quae* Corb. (b) *sponte — interd.* om. C. (c) *intelleguntur* C. antique! (d) *credidimus exponendum* C.

Cap. LIX. *Subglutit*) Gesner interpretabatur pro *singultit*; equidem de singultu vehementer dubito; potius claudicationem latere suspicor; sed totum caput est lacunosum.

LXI. (vulgo LXII.) Exasperatio,[a] aut iniuria faucium gravissimam commovet tussim, quoties aut pilus aut arista aut os aut surculus aut lapillus aut aliquid inhaeserit gutturi. Quae res adeo[b] periculosa est, ut nisi celeriter subveniatur, animalibus per impatientiam doloris insaniam[c] generet. In sole igitur diligenter inspicito, et si[d] quid haeserit, evellito. Ex tepida etiam, addito nitri pulvere, infusa spongia[e] tergito. Deinde[f] oleo rosaceo tepido cum lana obturato[g] locum, qui indignationem sustinet. Post diem tertium lanam eiicies, eadem[h] ex aqua calida fovebis, et tale medicamentum imponis. succari[i] -)quatuor, aluminis colati[2] -) 1 ex tepido vino infundes, et sic exasperata sanabis.

LXII. (vulgo LXIII.) Ex perfrictione[a] quoque nascitur tussis. cuius ista sunt signa. cum tussierit, caput deorsum mittit usque ad terram, et cum biberit, aqua[b] ei per nares currit.[c] Quam hac ratione curabis. Machinam ori inseres, manum planam[d] iniicies, comperics[e] in parte superiore quasi vesiculam, quam unguibus rumpis. Deinde tres pilulas bene contusa[f] axungia mollissimas facies, quas[g] in subtilis-

LXI. (a) *expiratio* C. (b) *ideo* C. (c) *mammam* C. forte *manion*. Gesn. (d) *et si quid erit, vellito* C. unde addidi *et*. (e) *spongiam perterg*. Corb. *spongia pertergito* Goth. (f) *Deinde* om. C. (g) *atq*. ins. C. (h) *eodem* om. C. (i) *croci scrip*. 4. C. *croci droc*. 1. S. M. *Socchari* dedissem, nisi fere ubique Codd. eiicerent *succarum* et *crocum* substituerent. (2) *culati* C. an *colutum* est ὑγρὰ Dioscoridis s. *liquido* Plinii? an *comotum* legeudum quae τριχῖτις Dioscoridi, 5, 123. Gesner.

LXII. (a) *praefocatione* S. M. *perfricatione* Goth. (b) *aquam* C. scilicet ad praecedens comma retulit. (c) *curret. Quem* C. G. (d) *plenom* Corb. (e) *reperies* C. (f) an *contusam* vocat quae in rota diu haesit, et circuitu illius subacta est. (g) *quos* edd. *quae* Goth. *easque* C. (h) *Post triduo de*

Cap. LXI. *Exasperatio*) Goth. *Si quid faucibus haeserit ex potionibus autem iniuriam faucibus*. Ex eodem deinceps vulgatum *pulvis* mutavi in *pilus*.

simo lomento, hoc est farina fabacea, convolves, et per os digeres. Deinde[h] per triduum venaculo[i] et sale perfricabis,[2] et pastillos[l] cum speciebus calidis et[m] vino in potionibus dabis.

LXIII. (vulgo LXIV.) Tussis a tolibus[a] si fuerit, his signis agnoscitur. toles[b] iniuriae pleni sunt ac tumebunt, dum bibunt,[c] continuo ruminant. Ovum[d] in acetum acerrimum mittes, resolutaque testa, ita[e] ut integra membrana permaneat,[f] pice liquida perunges, et faucibus degeres. Post alumen, axungiam, salem, in vino[g] conteres, offas facies, et ex melle deiicies, ita ut aqua[h] calida,[i] et si facultas suppetit, cum hibisco[2] decocta, assidue fomentare[l] non desinas. Hanc quoque potionem adiicies: Myrrhae uncias duas, piperis albi semiunciam,[m] nuclei[n] pini purgati sextarium semis, uvae passae sextarium semis, mellis uncias tres, pastinacae unciam[o] unam, cariottae viri-

abinaculo C. (i) *uno avino vel brutillo* F. M. *de vernaculo, out uno a. v. b.* S. M. *cum sale* Goth. (2) *fricabis* C. (l) *pustillum* C. (m) *cum vino in putionem praebebis* C.

LXIII. (a) *spirituolibus* S. M. In lemmate. *vitalibus* S. M. context. *otolebus* C. *volibus* Goth. quod corruptum ex *a colibus* vulgato. (b) *folles* S. M. *foli* C. Vulgo *coles*. (c) *bibit — rumigat* C. (d) Vulgo *aceto — acerrimo* est. *ova in ocetum ocerrimum mittes.* unde vulgatum *mittis* correxi. (e) *ita ut* om. C. (f) *permaneant* G. C. (g) *unum* C. G. (h) *aquae* etc. C. G. (i) (*fomentetur*) ins. S. (2) *eius decocto* S. M. ex lectione Corb. *ebisco* vulgatum *evisco* correxi. *enisco decoctoe* Goth. (l) *fomentandae sint* C. (m) *unom* S. M. (u) *nucleos* etc. C. (o) *uncias tres, caricarum sel.*

Cap. LXII. *Perfricabis*) Palatum puto; verum quid herbae vel metalli lateat in scriptura *vernoculo, avenaculo, avina* et *brutillo*, divinare non potui.

Cap. LXIII. *Tolibus*) De his vide supra ad II. 40. (vulgo I. 38.) 3.

Ovum) Hippiatrica p. 74. contra tussim ἐξ ἐκκαύσεως καὶ κονιορτοῦ sic habent: ὠὰ πέντε εἰς ὄξος δριμὺ etc. Vnde suspicor, Corb. Codicem voluisse dare *Ova V*.

Pice liquida) Nimis inepte, Hipp. καθ' ἓν ἕκαστον εἰλίσσων ἀρσενικίῳ.

Cariottae) *Caryotae* Gesnero facile fuit coniicere, nisi *pastinaca* nos dubios merito in reliquo apparatu faceret, cui glossam potuit grammaticus adscribere *cariottae*. Nam recentiores pastinacam hortensem interpretati

dis selibram, decoques pariter [p] ex aqua, et addito vino tepido quinque vel sex diebus potionare non desinas.

LXIV. (vulgo LXV.) Ab [a] interioribus gravior et pene insanabilis tussis est; quae hac ratione dinoscitur. nares iumenti praecludes, [b] ut spiritum reddere non possit; tunc ilia ei [c] inspicies: quae si spissis pulsibus duxerit, scito esse tussim ex causa iecinoris, pulmonis vel praecordiorum, sed [d] recentem. Si lentis 2
pulsibus ilia duxerit, veterem [e] indicat tussim de interioribus, hoc est, de his locis, in [f] quibus intestina iumentorum ligantur, quorum tensione et iniuria compellitur [g] tussire. Nam [h] cursu nimio vel latiore 3
saltu cum vexata [i] ilia fuerint, haec nascitur causa.² Ex nimio quoque aestu vel intolerabili frigore interiora vitiantur, et [l] faciunt tussicos. [Vnde [m] vulsi appellantur]. Sive igitur ex supra scriptis sive ex 4
aliis causis interioribus nata [n] fuerint vulnera, etiamsi post sanitatem duxerint cicatrices, [o] strictius tamen contrahendo se et asperitatem faciunt, et assidua titillatione perpetuam excitant tussim. Quae causae lenis- 5
simis medicamentis adiuvari vel suspendi aliquatenus

S.M. *id est te virides lib.* 1. *decoq.* C. (p) *pariter, qua, addita* C.

LXIV. (a) *Si graviar* C. quae si vera esse debet lectio, legendum etiam, *ea hac* etc. Gesn. (b) sic S. M. *praeclude* C. *praecludit* al. a. G. (c) *speciesque si* C. (d) sic C. et S. M. *vel* (*recentem*) F. (e) *veterem indicat* S. M. C. G. vulgo *et ventrem, indicat.* (f) *de quibus intesti. gignuntur, quarum* C. *locis quibus — iunguntur* Go. (g) *compellitur* C. G. vulgo *compelluntur.* (h) vulgo additum *si* om. C. Go. (i) *quum vexata* C. *labore alta conv.* G. Vulgo *convexata.* (2) *unde vulsi appellantur.* hic inserendum puto. Vid 3, 42, 1. Gesner. (l) *et si quos faciunt* C. *Pro tussicos* forte legendum *phthisicos*: aut pro *et si quos hecticos* Gesner. (m) vid. not. k. (n) *vitiati fuerint, vulnera etiam cum sumta sanitate dux.* S. M. (o) *cicatricem, stricturam tamen contrahendus et aspr.* C. (p) *poterunt* C. *quae*

sunt *carottam*. Sed *caricarum* mentio in Samb. margine inclinant animum lectoris ad *caryotae*.

possunt, persanari omnino non possunt.[p] Hinc est
quod in herba viridi vel pascuis vulsorum vitia celan-
tur. Sed omni tempore haec compositio est salutaris:
6 foenigraeci heminam, seminis lini heminam, tragacanti
unciam unam, turis masculi[q] unciam unam, myrrhae
unciam unam, sacchari,[r] ervi pollinis ana[s] unciam
unam, tunsa et cribrata in calida infusa permaneant;
altera die ex aqua tepida singulas cotilas dabis ad
cornu, cyatho[t] olei rosati permixto, per plurimos
dies. Ex[v] qua compositione recens causa sanabitur;
7 vetus[x] sentiet levamentum. Ad quae vitia nunquam
dederis austeriorem potionem, ne exasperet et deci-
dat: sed lenem[y] et simplicem et refrigeratoriam.
Cavendum etiam est,[z] ne in tali passione unquam
sanguinem detrahas. Plerique[a] tragacantum ex oleo
8 dedere per biduum, tertio die decoctos raphanos atque
contusos propinarunt[b] cum vino, refrigeratorium pa-
stillum addentes in aestate. Ad[c] tussim diversae sunt
9 potiones, quas prope[d] omnes[e] inserere necessarium
duximus, ut pro qualitate[f] passionum medentis arbi-
trio remedia commodentur.[g] Farinae[h] fabae fresae
sextarios duos infundis in passi sextariis tribus, et in
mortario diutissime conteres.[i] piperis triti grana tri-
ginta, sevi hircini libras tres pariter admisces, et
omnia tusa[k] et cribrata per os ad cornu per[l] triduum
10 dabis. Nonnulli vero[m] duobus sextariis conditi fabae

causa — colloquatenus possit Goth. deinceps *et ideo haec com. omni temp.* Guth. (q) *mastichis ana* S. M. (r) *croci semunc.* C. S. M. Vulgo erat *saccari*. vide infra ad cap. 68. sect. 2. not. (s) *ana* om. C. (t) *cyathum olei rosei h. e. drag. X.* C. (v) *ex aqua dabis* C. male. (x) *vel tussenti et iuvamento, adque* C. (y) *levens* edd. a. G. (z) *est* om. C. (a) sic C. *Plurimi dracanton* G. vulgo etiam *tracanton* legitur. *Plerumque — debere dari* edd. a. G. (b) *propinare* edd. a. G. *propinaverint* C. (c) hinc ad *s. 11.* om. S. M. (d) Ita pro *proprie* C. (e) *omnes* om. C. (f) *qualitatibus* C. (g) forte *accommodentur* Gesner (h) *farinam f. frisae* C. vulgo *frixae* deinde *sepi*. (i) *teres* C. (k) *rursus attrita* C. (l) *triduo* C. Post *os* G.

fresae heminam ante triduum infundunt,[n] post deterunt[o] diligenter, et aequatis partibus per triduum degerunt. Aliis placet farinae fabaceae[p] sextarium unum tribus sextariis vini veteris infundere, additaque[q] olei optimi libra pariter deterere, ac dare per cornu. Si tussis, ex ruptura vel vulsione provenerit, 11
anagallicum[r] primo tundes, post herbam[s] parietariam[t] teneram admisces,[v] adiunctaque axungia veteri conteres diligenter, et[x] pastillos facies, quos impari numero et[y] imparibus diebus cum resoluto butyro ac melle diffundes. Ad levem tussim viatoria[z] sunt 12
expeditaque remedia: porros decoquere, et cum herba parietaria [a]bene tunsa[b] miscere, factisque pastillis in ovo resoluto et oleo roseo nec non et passo et melle convolvere, et[c] per triduum deiicere, succum ipsius[d] iuris in quo decocti sunt porri, insuper dare per cornu. Item laser [id[e] est opium Cyrenaicum[f]]

addit *digeres.* (m) *in* C. G. (n) *infund.* C. Vulgo *fundunt et frixae.* (o) *terunt* C. (p) *facies* C. *fabaticae* Goth. (q) *addita* C. (r) *simphitum* S. M. (s) *paritariam* omn. a. G. (t) Verba volgo addita *pro duabus partibus* om. C. (v) *misces adiuncta* C. (x) *et* om. C. (y) *et* om. C. *impari et paribus* S. M. *in partibus* Goth. (z) *vituria sunt experimenta: remedia* C. *iuvatoria sunt expertaque rem* S. M. *experta* etiam F. M. *iuvatoria* Goth. (a) *paretaria* edd. a. G. oobiscum C. (b) sic iobet Morg. IV, 4. *tonsa* al. a. G. Pro *ovo res.* Goth. *olere soluto.* (c) sic C. *et* om. al. a. G. (d) *et aquam in qua* Al. *et aqua in qua* G. (e) inclusa om. C. (f) *Syrenicum*

Cap. LXIV. *Anagallicum*) Hipp. p. 76. πρὸς βῆχα καὶ βούλσους. σκόροδον γαλικὸν καὶ σιδηρῖτιν καὶ βοτάνην ἣν Ρωμαῖοι καλοῦσι περδίκιον.

Impari) τούτους εἰς μέλι καὶ βούτυρον ἐμβάψας δίδου — ἐπὶ τρισὶν ἡμέραις.

Viatoria) Hippiatr. p. 75. Πελαγωνίου πρὸς βῆχα καθημερινόν. Sed ibidem est alia formula: πρὸς βῆχα ὁδοιπορινήν. ubi lege ὁδοιπορινόν. Eam ipsam posuit deinceps Vegetius.

Parietaria) Graece σιδηρίτιδος est.

In ovo resoluto) ποίησον παστίλους ὡσεὶ ὠά. Vnde lego *ad ovorum instar.*

Convolvere) ἐμβάψας Graece.

Succum) Aote hoc vocabulum punctum posui pro commate. Graece καὶ τῷ χυλῷ τῆς αὐτῆς βοτάνης μετὰ τοῦ ἀφεψήματος τῶν λοιπῶν εἰδῶν ἐγχυματίζειν.

Laser) Hipp. l. c. λασάρου κόκκον ὡσεὶ λεπτοκάρυον μικρὸν εἰς οἶνον λῦσον καὶ τοῦτον ἐν μιᾷ μόνον ἡμέρᾳ

ad magnitudinem fabae cum vino veteri deteres, et per cornu dabis. Tussi et gravedini capitis medebitur oleum roseum, vel certe simplex sed[g] viride cum aqua calida per narem dextram per triduum diffusum.[h]

LXV. (vulgo LXVI.) Vulsos[a] glutinare creditur, si tragacanti[b] uncias duas pridie infundas in calida, foeni quoque graeci heminam, lini seminis[c] heminam separatim infundas, die postero[d] in cacabo decoquas, et pariter teras, post medullae cervinae uncias duas, sevi[e] hircini libram, radicis dracontiae[f] unciam unam, gentianae unam, centaureae unciam unam, sevi[g] taurini unciam unam contundas[h] et illis, quae prius parata sunt, addas: quae omnia in mortarium mittes, et diutissime conteres. Ad ultimum passi sextarios tres et aquam, in qua foenum graecum vel semen lini fuerat infusum, adiicies et decoques, ac per triduum ad cornu dabis. Graviter[i] tussientes et vulsi
2 hac potione recreantur. De masculo pinguis porcinus acro decoquitur, donec omnis caro solvatur: abiectisque ossibus universis cum iure, in[2] quo deferbuerant, et tribus sextariis passi[l] et sextario ptisanae rursus in cacabum mittis.[m] glutis taurinae[n] semiuncia,[o] aceti acerrimi hemina dimidia coniunguntur[p]

omn. *cirinnicum* Goth. (g) *sic* C. *et* al. a. G. (h) *defunde* C. *deffusum* Go.

LXV. (a) *Vulsus* C. vulgo *Vulsis*. (b) *tracanti* C. *tragonti* Go. Vulgo *dragonti*. (c) *semen* C. haec omitt. Go. (d) *tertio* Go. (e) Vulgatum *sepi* — *sepi* om. C. (f) *tragenteae* S. M. *traconti*ae aliae. *tragonteae* Goth. (g) *sibi* al. *sebi* C. (h) Ita pro *contundes* C. (i) Hinc ad sect. 5. omittit S. M. (2) *in ex* C. addidi. (l) sic C. (*passi*) *succidi*: *Deinde rursus* F. et S. qui notant, in margine pro *passi* alias esse *ptisanae*. *Vinum succidum* est etiam 3, 67, 4. (m) *mittetur* C. (n) Ita C. et Go. *taurini* al. a. G. (o) *unc.* 1. S. Corb. i. e. sesquiunc. Vulgo *semiunciam*. (p) Ita pro *coniungitur et fervet* C. (q) Vulgo *ut quilon fiat*. Corb. dedit *faciant*. Deinde

διὰ κέρατος δίδου. ubi lege λασάρου ὀπόν. Vnde apparet, h. l. esse legendum *laseris Cyrenaici opon*.

Cap. LXV. *Glutis taurinae*) Vide infra ad VI. (vulgo IV.) 14. 4. notam.

et fervent, ut chylum faciant.[q] tragacanti unciae tres.
lini seminis et foeni graeci unciae [r] singulae deco-
quuntur extrinsecus [s] et teruntur: adiunges etiam
medullae cervinae et sevi[t] hircini uncias tres. quae
ad ultimum cum omnia pariter calefacta[v] fuerint et
colata, facies potionem, ex qua[x] per[y] cornu dabis
animalibus diebus septem aut novem, curaturus, ut[z]
tepefactam degeras: quae[a] ne spissentur, adiectio
passi et aquae illius copia, in qua cocta sunt semina,
praestat liquamentum. Aliquanti caput agninum tam 3
diu decoquunt, donec omnis compago solvatur, abie-
ctisque ossibus terunt, adiectoque[b] ad ius ipsius melle,
diebus septem ad cornu digerunt. Quod si tussis ex 4
faucibus veniat, myrrhae uncias tres, cardamomi
unciam unam, nuclei pinei sextarium, uvae passae
sextarium, deteres diligenter, additoque melle agi-
tando lentis carbonibus[c] decoques. cum intepuerit,
pastillos ad nucis magnitudinem facies, quos ternos
cum butyro diebus quinque vel septem degeres.
Item[d] si ex faucibus causa est, occisum pullum pal- 5

patracanthi Goth. vulgo *traganti* ut fere ubique. (r) *singulas partes emin.* (i. e. heminae) *decoq.* Corb. *singulae partes* omisso *unciae* Go. (s) i. e. extra reliquas partes, separatim Gesn. (t) *sibi* al. a. G. *sebi* Gu. *sepi* vulgo. (v) *fuerint decocta fac.* Corb. *omnia pervenerint cocta* Go. (x) *aqua* C. (y) *per* om. F. (z) Ita C. *aut* al. a. G. *ut tepefacias digerasque* Go. (a) *ut inspissentur, adiecto passo — semina. Praeterea aliquanti* F. et S. *Quae nec spes sentura deiectio passi — semina praestat liquamentum. Aliq.* C. Ex his lectionem, quam damus, exsculpsimus. *Acro, glus taurina, tragacantha, semina*, species reliquae facile coëunt in *chylum*, vel duriorem etiam massam et glutini similem. Hoc ne fiat, *ne spissentur, liquamentum praestat passi adiectio* etc. Gesn. (b) *adiunctoque* C. (c) *carnibus* C. *lentisque* Goth. (d) *Ita* C. (e) *utile* C. *vile* S. M. *hoc utile* Goth.

Nuclei pinei) Inserui ex Goth. *pinei*. Ibi tamen est *pini*. et verba *uvae p. sext.* omittuntur. Hippiatrica p. 77. στροβίλων habent: lini semen frictum addunt; et mensuram variant. Scilicet est eadem formula ibi, quam noster paulo post sect. 9. ponet. Vbique *cardamomi* est, ubi in Graecis καρδάμου.

Pullum) Hippiatrica p. 76. ὄρνιν

pitantem aperies, et tollis eius ventriculum, quem cum suo stercore calentem et integrum in melle convolves, et per canalem degeres. certissimum ac ve-
6 rum[e] remedium est. Si exasperatio gutturis[f] moverit tussim, murrhae uncias duas, piperis uncias duas, seminis lini frixi[g] et contusi sextarium, cardamomi[h] semiunciam, uvae passae sextarium, nuclei sextarium, mellis pondo duo, diligenter trita commisces ac decoquis;[i] pastillos ad nucis magnitudinem facies, ternos in[2] die degeres.

LXVI. (vulgo LXVII.) Tussi, quae[a] ex acerbitate humorum provenit, tali ratione succurritur. In primis purgandum est corpus tussientis. Cucumerem itaque silvaticum vel[b] radices eius cum nitro Alexandrino conteres, adiunctoque vino vetere per os dabis
2 ad cornu. Quae potio cum laxaverit ventrem, post diem tertium scyllae[c] validioris -)[d] quatuor contundes, et optimi laseris, quantum fabae patitur magnitudo, commisces, vinique odorati sextarium et olei veteris libram addis, et cum diligenter omnia cribra-
3 veris triduo per os defundes ad cornu.[e] Istis quoque

(f) *gutteris* F. antique! (g) *frioti contusi* Corb. (h) *cardamomi — nuclei sext.* omittit Goth. *nuclei sext.* om. Corb. Graece est *cardami* et *nuclei pinei.* (i) *decoques* F. S. quod errore dedit etiam Gesner. (2) *ad diem* Corb. Goth.

LXVI. (a) *quam humorum acerbitas excitat* Corb. (b) *et* Corb. (c) Ita pro *squillae* Corb. *reillae* Goth. (d) *script.* C. *uncias* S. M. (e) *item alia*

σφάξας καὶ εὐθέως ῥαχίσας λάβε αὐτῆς τὴν κοιλίαν, ὡς ἐστι μεστὴ τῆς κόπρου καὶ εἰλήσας αὐτὴν ἐν μέλιτι δίδου τῷ ζώῳ ἔτι θερμὴν οὖσαν διὰ τῆς φάρυγγος.

Si — tussim) Eadem est formula, quam sect. 4. posuerat ad tussim ex faucibus, contra quam exstat etiam graece p. 76. sed ibi *piperis unciae duae* non adduntur.

Semiunciam) Graece est καρδάμου γο. στ'. — στροβίλων ξε. α'.

Cap. LXVI. *Scyllae validioris*) In Hippiatr. p. 72. est παχυτέρης φλοιοὺς τέσσαρας τρίψαντα. sed p. 76. sunt plane ipsa Vegetii verba: ἀγριοσικύῳ μετὰ νίτρου ἀλεξανδρίνου λειωθέντος — παχυτέρας μέρη τέσσαρα κόψας.

Vinique odorati) albi Hipp.

suffimentis[f] non minus quam potionibus adiuvabis. Sandarachae[g] uncias tres, asphalti[h] uncias tres, allii et ceparum uncias tres. quae cum[i] pariter triveris, in tres partes aequaliter divides, et per triduum cooperto ori[2] vel capiti subiectis carbonibus suffumiges,[l] ut odor impleat nares. cuius tamen oculos prius ligabis, ne medicamenti acerbitate laedantur. Herbae 4
quoque marrubii fasciculum quam magnum volueris deteres, et cum ovo et vino succido[m] admisces, addita adipe cervina, vel si defuerit, vervecina,[n] cum cera resolvis, et cum tepefactum fuerit,[o] ad cornu degeris. Gravissimae subvenit[p] tussi, si pilulas[q] cypressi 5

inser. Edd. a. G. omilt. reliqua S. M. (f) *suffumentis* C. (g) Vulgo *Sandarici.* Golh. *Sandaracae.* Corb. *Sandaricis.* Verum viderat Morgagui. (h) *aspalti* Corb. (i) *cum pinu* suppositis punctis Goth. (2) *olei tantundem capite* Goth. *tantundem* ex Corb. laudat etiam sine nola Gesner et deinceps ibi verba: *ori vel capiti* omilti. (l) *suffies* Corb. (m) *sucido* Corb. *passum succidum* III, 66, 33. comparavit Gesner. (n) Ita pro *verbenaceam* ex Corb. *vervicina* scripsit Gesner. *verberina* Golh. (o) Vulgo *cum tepida ad cornu.* Corb. *quam dum tepefactum fuerit ad.* Ita etiam Go. nisi quod *quas dum* habet. (p) *subvenitur* Corb. (q) *pilulam* Corb.

Sandarachae) Hipp. σκορόδων κυπρίων καὶ κρομμύων τὸ ἴσον, καὶ σανδαράχης τρίψαντα ὁμοῦ καὶ λεάναντα διελεῖν εἰς τρία μέρη.

Ligabis) ὑποθυμιᾷν, τὴν κεφαλὴν καλύψαντα καὶ τοὺς ὀφθαλμοὺς περιδήσαντα. Dioscor. V. 122. melius ita cavet: καὶ ὑποθυμιᾶται σὺν ῥητίνῃ καὶ πρὸς παλαιὰν βῆχα διὰ σίφωνος ἑλκομένου τοῦ ἀτμοῦ τῷ στόματι.

Marrubii) Diverso ordine Hipp. μετὰ δὲ τὴν ὑποθυμίασιν οἴνῳ γλυκεῖ στέαρ ἐλάφειον ἢ προβάτειον καὶ κηρὸν τήξαντα ἐγχυματίζειν, ἢ πράσιον τρίψαντα μετὰ ἐλαίου καὶ ἁλῶν οἴνῳ διανιέντα ἐγχυματίζειν ὁμοίως. Vnde videtur h. l. legendum *cum oleo et vino et salibus admisces.* Eodem ordine, sed minus integra leguntur haec in Hipp. p. 87.

Pilulas) Hippiatrica p. 77. σφαιρία κυπαρίσσου ἑψήσας καλῶς κόψον ἐν ὅλμῳ καὶ ἐπιβαλὼν φύλλα βοτάνης σιδηρίτιδος, ἣν Ῥωμαῖοι παριταρίαν καλοῦσι, καὶ σκόροδα γαλικὰ καὶ ἀξούγγιον, ποίησον παστίλους οὓς ἐπὶ τρισὶν ἡμέραις ἐμβαλὼν εἰς ἔλαιον καὶ οἶνον καὶ προσμίξας ἕψημα καὶ ὠὰ δίδου. εἰ δὲ μὴ βουληθῇς τὰ σφαιρία, ἑψῆσαι φύλλα τῆς κυπαρίσσου κόψας καὶ ποιήσας ξηρίον μετὰ τῶν προγεγραμμένων χρῶ. Vnde patet, h. l. legendum *oleo et vino et passo.* Ex verbis *potes liquidiorem facere potionem* manifestum fit vitium verbi graeci ξηρίον. Denique anagal-

decoquas et purges diligenter, addita axungia et anagallico[r] et foliis tenerioribus herbae parietariae,[s] contundas[t] in pila et pastillos ad[v] nucis magnitudinem facias, quos quotidie impares cum melle et oleo et
6 vino passo ovis intinctos deiicies. Si placet pro pilulis etiam folia cypressi contusa miscere cum omnibus supra scriptis, potes[x] liquidiorem facere potionem, et dare per cornu. Ad omnes tusses talem dedere plerique potionem. traganti,[y] myrrhae, spicae nardi ana unciam unam detrivere[z] sollerter, et cum duobus sextariis passi per triduum diffudere.[zz]

LXVII. (vulgo LXVIII.) Ad arteriam exasperatam et ad spasmum. hyssopi libram,[a] foeni graeci selibram,[b] seminis[c] lini, tragacanti, anagallici,[d] rutae viridis singulas[e] selibras, salis heminam dimidiam conteres, et[f] usque ad tertiam[g] decoques cum passo, tussienti[h] per triduum vulso per novem dies dabis.
2 Alii petroselini Macedonici unciam unam semis, dauci unciam unam, myrrhae,[i] spicae nardi, costi, tragacanti singulas uncias, prius in mulsa tepida diffusas,[k]

(r) Ita pro *argallico* ex S. M. et Corb. Gesner. *armo gallico* Goth. et deinceps *appii tenerioribus*. (s) *paritarias* a. Gesn. (t) *contundes in pilo — facies, quos impones in mel, oleo, vino passo, et sic tinctos deiicies* Corb. (v) *adiungis nucis* Goth. voluitne *ad iuglandis nucis?* (x) Ita pro *poteris picis liquidae* ex Corb. Gesn. *poteris liquidoreme* Goth. (y) Vulgo *dragantii* Corb. *Tracanti unc. 1. piperis unc. 1. horminis seminis lib. 1. cimini unc. 1. spicae nardi unc. 1. murrae unc. 1. detriu.* (z) *detarivis solerunt* Goth. (zz) *defundes* Corb.

LXVII. (a) *semis* ins. C. (b) *lib. 1.* C. *se* Go. (c) *sem. li. trac.* om. S. (d) *selib.* ins. C. (e) *selib.* C. Go. (f) *et* om. C. (g) *tertias* C. (h) *tussienti — vulso* om. C. (i) *unc.* ins. C. (k) *infundes* C. *diffundis* G. malim *infusas*. (l) *succari — unam* om. C. *saccari* S. Vulgo *succari* quod et cap.

licum vides esse *σκόραδα γαλικὰ*, allium gallicum! Vide ad VI. (vulgo IV.) 8. 4.

Cap. LXVII. *Costi*) Hipp. p. 77: pro costo habent *crocum*, quem S. M. etiam postea recte inserit.

Traganti) Vulgo *tracanti*. Hipp. *τὴν δὲ τραγάκανθαν πρὸ μιᾶς ἐν ὑδρομέλιτι ἀπόβρεχε.* unde malim h. l. *infusas* legere.

acori, piperis, sacchari [l] ana unciam unam, guttae
Ammoniacae [m] uncias duas, cassiae unciam unam,
pariter deterunt, pastillos ex mulsa faciunt, post cum
passo deiiciunt taedianti. Ad tussim veterem, et ad 3
suspirium vel anhelitum et ad synanchen [n] mox de-
deris storacis rubeae uncias tres, myrrhae troglody-
tis [o] uncias duas, opopanacis [p] uncias duas, irisillyri-
cae [q] uncias duas, galbani uncias duas, resinae ter-
bentinae uncias tres, herbae symphoniacae [r] unciam
unam, pariter commisces et deteres, pastillos facies
cum melle. Praeterea axungiae libram semis, [s] caricas 4
quindecim, pineam [t] combustam, et in pulverem re-
dactam, liquaminis [v] optimi heminam, mellis libram [x]
cum cauliculis excoctis, offas faciunt, et cum passo
degerunt. Aliquanti [y] hederae folia, item populi albi 5
folia aequo pondere deterunt, et cum vino albo [z] per

69. s. 5. eliminat Corb. *croci*, *cassiae* S. M. (m) *Armeniacae* edd. *amoniaci* C. ut scripsit Gesner, scribi voluit Scriboniano Lexico Rhodius p. 349. *Armeniaci* Goth. Idem deinceps *detere — fac.* (n) *synancen mox dederis* C. quem secuti, *si*, quod post *synanchen* habent edd. omisimus. Gesn. (o) *troclitis* C. G. (p) *apopanacis* hic et saepe C. (q) *iris illyrici* C. Verum est *iridis Illyricae.* (r) sic C. *simponiacae* al. *sponiacae* G. (s) t. S. h. e. *unam semis* C. *libram* S. M. (t) *raveam* F. M. S. M. G. (v) *liq. opt. hem.* om. C. (x) *selib.* C. (y) Reliqua om. S. M. (z) *candida* C.

Sacchari) Recte C. et S. M. omitit *succarum*, et S. M. *crocum* addit.

Guttae) Hipp. στάγματος ἀμμωνιακοῦ. Celsus thymiama ammonicum vocare solet; ad quem vide Krause p. 657.

Synanchen) Hippiatr. p. 77. πρὸς βῆχα παλαιὰν καὶ συνάγχην· στύρακος πυῤῥοῦ — ὑοσκυάμου συμφωνιακῆς γο. α'. ὀπίου γο. σ'. συγκόψας καὶ οἴνῳ μίξας ἐγχυμάτιζε. ubi symphoniacam videntur interpretari hyoscyamum. Opii mentio deest in Vegetio. Dioscoridis I. 79. στύρακα ξανθόν probat πρὸς βῆχας κατάῤῥους, κορύζας, βράγχους.

Caricas) Hippiatrica p. 77. caricas 12. στρόβιλον κεκαυμένον ὁλόκληρον; κράμβης ἑψημένης χυλόν.

Liquaminis) Hipp. καὶ ἐπιβαλὼν ἡμίναν γάρου καλοῦ. sed passi mentionem omittunt.

Populi) Hippiatrica l. c. eadem habent.

nares defundunt. Alii[a] rutae folia molliora[b] deterunt, et cum vino optimo per nares defundunt. Alia. Cucumeris silvatici folia foeno miscent, radicemque ipsius contundunt, et cum lini semine et hordeo com-
6 mixta[c] offerunt. Experimento probatum est tussim suspiriumque sanare,[d] si sulphur vivum et rosmarinum cum melle et vino veteri per sinistram narem degeras.[e] Aliquanti panacis radicem detritam cum vini optimi[f] hemina et tribus cyathis olei per cavernam[g] naris sinistrae infundunt. Praeterea rosmarini[h]-) quatuor, myrrhae scrupulos duos[i] cum vini veteris sextario, olei hemina, per nares triduo defundunt, ita ut in[z] die detur hemina. Anethi acetabulum, irisillyricae[l] acetabulum, rutae scrupulum unum, olei heminam dimidiam mane[m] per os dige-
7 runt. Suspirium quoque ac tussim relevat, si radicis mori scrupulum unum, herbae heliotropii uncias tres diligenter conteras, et cum hemina vini candidi per os defundas. Recens quoque[n] tussis experimento[o] curationis sedatur. Lentis sextarium[p] semis emolis,

(a) *aliquanti* C. (b) Ita Corb. pro *cum melle*. In Goth. est *conterunt mollia*. (c) *commixto off. Et* C. (d) *sanari* C. Post *sanare* interpungunt, et *Alia* ponunt edd. a. G. (e) *digeris* edd. a. G. (f) *vino optimo* G. ita et *heminam — oleo* G. (g) Ita pro *cavernas* Corb. (h) *rosmarinum scrip.* 4. C. (i) *croci scrip.* 2. ins. C. (z) *in* om. C. (l) *ir. oc.* om. C. (m) *mane* ins C. G. (n) *vero* C. (o) *expedit hac cum ratione sed* C. (p) 1. S. hoc est

Molliora) Hipp. πηγάνου φύλλα τὰ ἁπαλὰ τρίψον καὶ μετ' οἴνου παλαιοῦ etc. Recte igitur liber Corb. *molliora* pro *cum melle*.

Alia. Cucumeris) Lego *Alii cucumeris*. Hipp. καὶ τὸν χόρτον χυλῷ ἀγριοσικύου ῥάντιζε. βέλτιον δ' αὐτοῦ ἀγριοσικύου τὸ σπέρμα καὶ τὰς ῥίζας ξηρὰς συμμίξαι μετὰ κριθῶν.

Rosmarinum) Hippiatr. p. 78. θεῖον ἄπυρον καὶ βράθυος τὸ ἀρκοῦν μέλιτι καὶ οἴνῳ μίξας διὰ τῆς ἀριστερᾶς ῥινὸς ἐγχυμάτισον, ἢ πάνακος ῥίζαν κόψας καὶ ἐπιβαλὼν οἴνου ἡμίναν μίαν καὶ ἐλαίου κυάθους τρεῖς, τὸ αὐτὸ ποίει.

Mori) Hippiatrica p. 78. unde *vini calidi* legendum pro *candidi*. οἴνου θερμοῦ.

farinamque mollissimam[q] facies, ex qua singulas heminas cum singulis heminis aquae per os per[r] triduum degeres. Vetus autem tussis aboleri creditur,[s] si 8
cyathos tres ex succo porri cum hemina olei pluribus diebus per fauces defundis.[t] Tussientes ac vulsi hac potione curantur: panacis radicis uncias duas, sulphuris vivi unciam unam, thuris masculi uncias duas, myrrhae troglodytis[v] unciam unam commixta in pulverem rediges, ex quo duo cochlearia cum duobus ovis, addita vini veteris hemina, diebus quinque vel[x] septem per os dabis: Expertum dicitur: ulmi 9
cinerem levissimum[y] (id est favillam) aqua tepenti permiscere, et olei boni aequam mensuram addere, iunctisque tribus ovis, diebus quot volueris dare per fauces.

LXVIII. (vulgo LXIX.) Validissima contra tussim et vomicas compositio talis est. succi[a] marrubii expressi[b] heminam,[c] caricas siccas xxv, mellis Attici vel[d] Siculi sextarium semis,[e] in olla nova ad medium decoques, post myrrhae troglodytis[f] uncias duas,

unum semis C. (q) *mundissimam* C. G. Deinceps *coque et per os* G. (r) *in* C. (s) *ita* ins. C. (t) *infundas* C. (v) *triglodites* edd. a. G. *troclitis* C. (x) Haec omitt. Goth. *aut sex* C. (y) *lentissimum* S.

LXVIII. (a) *succum* C. G. *talis* ins. Goth. (b) *expressi* om. C. *expressum* G. (c) *lib.* 1. S. M. (d) Vulgo *vel cymini*. (e) *unum* S. M. (f) *troglitis* C. *troditis* G. *dauci, cassiae, fistulae ana* S. M. (g) *dauci — semis*

Succo porri) Hipp. *πράσου χυλοῦ κυάθους τρεῖς μίξας* etc.

Emolis) Hipp. *φακὴν ἐκλεπισθεῖσαν καὶ εἰς λεπτὰ ἀλεσθεῖσαν* etc.

Vlmi) Hippiatr. p. 78. *πτελέας ξύλου μέρος καύσας τὴν κόνιν λαβὼν καὶ διηθήσας εἰς ὕδωρ καὶ μετὰ ἴσου μέτρου ἐλαίου συμμίξας καὶ τριῶν ᾠῶν δίδου.* Hinc apparet, verba *id est favillam* esse spuria. Igitur inclusi. Vlmi cineres mundissimos contra tussin laudat infra VI. (vulgo IV.) 9. 2.

Cap. LXVIII. *Marrubii*) Hipp. p. 78. *χυλὸν πρασίου σταθμὸν δηναρίου ἑνὸς, σῦκα κβ', (i. e. 22.) μέλιτος ἀττικοῦ ἢ σικελοῦ λίτραν ας'.* unde vulgatam *Attici vel cymini* correxi, ubi vocabulum aliquod, mel peregrinum indicans, latere suspicatus erat Gesnerus. *Communis* ingeniose conieceral Sladus.

dauci[g] unciam unam, cassiae fistulae unciam semis,
cinnami[h] semiunciam, thuris masculi unciam,[i] aristo-
lochiae uncias duas, opopanacis unciam, irisillyricae[k]
unciam semis, radicis panacis unciam, universa con-
terito atque cribrato, et supra medicamentum,[l] in
2 quo mel et[m] ficus coxeris, mittito, et studiose agitans
fervere facito paulatim carbonibus lentis, post in
pixidem plumbeam vel ligneam condito, ex qua bina
cochlearia cum hemina vini per os quotidie degeres.
3 Vulsis vel tussientibus prodest singulos sextarios lentis,
foeni graeci, et[n] lini seminis frigere[o] separatim, et
pulverem facere, et de singulis speciebus singula co-
chlearia cum succo anagallici[p] et succo plantaginis,
quantum volueris addito vino, per os dare.[q]

LXIX. (vulgo LXX.) Vt diversae causae sunt, ita
et[a] difficiles curae. Quapropter[b] studiose, quae ex-
perimentis nostris vel aliorum probata cognovimus,
intimamus. Ad unum[c] itaque animal talis potio prae-
paratur: fabae frixae[d] sextarium sine sale cum[e] aqua
decoques, quemadmodum hominibus consuevit ap-
poni. Praeterea foeni graeci sextarium separatim
mittis in cacabum, et cum fervere coeperit, primam
aquam effundes,[f] post addis aquae sextarios quinque,
2 caricas viginti, glycyrrhizae[g] uncias duas;[h] tantum

om. C. (h) *cinnamomi* C. (i) *unc. 1. sem.* C. (2) vid. 3, 68, 3. not. r. (l) *medicamento* edd. (m) *vel* C. (n) *et* om. C. (o) *terere* S. M. *frigide* G. (p) *anigallici* C. *simphiti* S. M. h. e. *Symphyti.* (q) *dabis* C.

LXIX. (a) *sunt* C. (b) *qualiter* C. (c) *ad unumquodque* S. M. (d) *frictae* C. *sextarium semis cum aqua* Goth. (e) *cum aqua* om. C. (f) Ita Corb. pro *fundes.* (g) Vulgo *liquiritiae.* C. *Lyciriae.* Goth. *gliceris in die.*

Dauci—cinnami semiunciam) Haec omittunt Hippiatr.

Masculi) Vnciam unam Hippiatr. deinde opopanacis radicis unciam, omissa iride.

Cap. LXIX. *Frixae*) Hippiatr. p. 89. φάβατος πεφρυγμένου ξέ. ἁ — ἔχεις ζίμα. Eadem formula exstat infra VI. (vulgo IV.) 9. 6.

ferveat, donec quatuor sextarii remaneant; tunc
fabam istam coctam et foenum graecum[i] cum caricis
et[k] glycyrrhiza,[l] in mortario diligenter deteris, addis
insuper butyri,[m] sevi hircini ana uncias duas ad ca-
lorem diligenter[n] resolutas. quae cum omnia miscue-
ris, addito iure,[o] in quo foenum graecum decoxeris,
tepefacta per cornu plus quam singulas heminas die-
bus singulis faucibus[p] digeris. Quod[q] si spissiorem
videris potionem, tantum passi addis, ut possit per
cornu exire. Barbarorum usus adversus tussim inve- 3
nit salutare remedium. Radicem herbae, cui nomen
est inula,[r] quam Campanam plerique appellant, col-
liges, et[s] in umbra siccabis; postea deteres, in pulve-
rem rediges, ex quo terna maiora cochlearia in sin-
gulos sextarios vini veteris pridie infundis, et cum
bene agitaveris claudes, ne odor herbae salutaris
exhalet; per os triduo vel quot volueris diebus dege-
res. Item aliud.[ss] Lentis alexandrinae, foeni graeci, 4
lini seminis heminas singulas decoquis,[t] addisque ei
tragacanti unciam[v] semis, pridie in tepida infundis,
et anagallici uncias tres diligentissime resolutas; quae
cum omnia in mortario triveris,[x] in cacabo novo cum

(h) *et* addit C. (i) Vulgo *foenigraecum*. C. G. *foenugr.* (k) Vulgatum *vel* correxi ex loco gemello IV, 9, 6. (l) Vulgo *liquiritia*. Corb. *glyceriziu.* (m) *unc. 3. sibi* al. *sebi hirc. unc.* 2. Corb. Vulgo *sepi.* (n) *diligentissime resolves* C. *resoluta* Goth. (o) *tepido* addit S. (p) *dabis* C. (q) reliqua om. S. M. (r) *enula* edd. a. G. (s) *et* ins. C. (ss) Ita pro *alia* Go. paulo post vulgatum *traganti* correxi bis. (t) *decoques*, *addes* etc. C. (v) *s. s.* C. (x) *cribraberis* C. h. e. *cribraveris*, quod inserendum potius quam cum

Quatuor — remaneant) Hippiatrica antea non quinque sextarios, sed quatuor aquae addebant. igitur h. l. ὅσον ἀπὸ τεσσάρων ξεστῶν τρεῖς ἐναπομεῖναι. Sed vide ad VI. (vulgo IV.) 9. S. ubi integrius ponitur idem medicamen.

Per cornu exire) Hipp. διὰ κέρατος προχωρῆσαι.

tribus aquae sextariis decoquis,[y] exinde tertiam partem cum sextario passi tepidum per os dabis triduo
5 continuo. sanare[z] creditur vulsos.[a] Si iumentum ex vulneribus faucium[b] tussis urgebit, irisillyricae[c] unciam unam, piperis nigri semiunciam, succari[d] -)unam, myrrhae troglitis semiunciam, thuris pollinis semiunciam, tragacanti prius infusi et triti unciam unam, ova quinque cum passi sextario commisces, et triduo per fauces degeres ad cornu.[e] Post mel, butyrum, axungiam, salem[f] et piculam commisces,
6 offas facies, et in passo intinctas degeres.[g] Si ab internis tussierit,[h] succi ptisanae heminam, defruti[i] cyathum misces, et per triduum dabis. Si gravius tussierit animal, fabae frixae[2] et coctae sextarium, sevi[l] hircini uncias tres, allii capita tria pariter decoques,[m] et in mortario conteres,[n] et cum passo da-
7 bis. Curat autem vulsos et ruptos:[o] foeni graeci sextarium unum, cum viginti caricis,[p] fasciculo apii, et fasciculo rutae in aqua[q] ad medium decoquis, ita ut postmodum tragacanti resoluti[r] unciae tres et anagallici contusi tres aliae[s] addantur, et omnia conte-

triveris permutandum. Gesn. (y) *et* ins. C. (z) *stagnare* C. G. (a) *vulsum animal* C. (b) *faucibus* C. (c) pro *iridis illyr.* (d) *croci scrip.* 1. C. *troglitis* est pro *troglodyticae.* (e) *cornum*, ut solet, C. (f) *sales* C. (g) *degeres* Gesn. Aliae *digeres.* (h) Vulgatum *intussierit* correxi. (i) *defricti* C. (2) *frissae* C. (l) *sibi* C. *sepi* Goth. (m) Ita C. pro *decoquis.* (n) Ita C. pro *deteris.* (o) intellige hoc remedium vel simile quid cum Gesnero. (p) *et fasciculum* C. (q) *qua* C. (r) *soluti* C. Deinceps *uncias* Edd. ante Gesn. hic et p. p. (s) Ita C. Vulgo *contusi unc. tres, et allii tres.*

Coctae) Infra VI. (vulgo IV.) 9. 4. additur *sine sale coctae* — et deinceps *butyri unciae* 3.

Alii) Infra addit *purgati*) Et cum succo ptisanae propinat.

Viginti caricis) Infra *ficus siccae pondera duo* — *anagalici* (*symphiti* S. M) *unciam, rutae viridis fasciculum, apii fasciculos tres, pariter in aqua diutissime decoques.*

Tragacanti) Infra: *tragacanti unciam pridie in calida infusam.*

Tres aliae) Ineptum est de alliis uncias tres ponere. Quare cum Corb. libro vulgatum *contunsi unc. tres et allii tres addantur* correxi. *Et* ante

rantur, offulaeque[t] ad nucis magnitudinem factae ternae, quinae, septenae per triduum degerantur.[v]

LXX. (vulgo LXXI.) Scabies iumentis deformitatem et passionem, et interdum periculum generat. Contagiosa namque est, et transit in plures.[a] Cui nascenti medicamentis non oportet occurrere,[b] ne praeclusa cute in visceribus residens convertatur in morbum. Sed cum[c] eruperit foras, primo purgatio ventris adhibetur, si pulverem ex radice cucumeris[d] silvatici cum vino faucibus animalis infuderis,[e] vel certe si radicem minutatim[f] concisam copiose cum hordeo subministres.[g] Quod cum ex ratione proces- 2
serit, interposito triduo aliquantulum[h] sanguinis, si caput et collum scabies infestat, de cervice detrahes. Si vero scapulae[i] vel armi aut pectus in causa est, de brachiolis sanguis emittitur. Cum[k] spinam vel lumbos aut coxas papulis[l] aestuans prurigo[m] pervaserit, de femorum venis sanguis emittitur.[n] Asphal- 3
tum, sulphur vivum, picem liquidam in butyrum aequis ponderibus pariter deteris, et in sole diutissime confricans totum iumenti corpus perungis.[o] aceti acris sextarium, piculae uncias quatuor, cedriae un-

(t) Vulgo *offisque — factis.* (v) *digeruntur* Edd. ante Gesn.

LXX. (a) *pulverem* C. (b) *occurri* C. (c) Ita pro *ut* S. M. C. et Go. (d) Ita Edd. a Gesn. qui dedit cum Corb. et Goth. *ex cucumere silvatico.* (e) Ita pro *infundis* C. (f) *minutatim* ex C. addidi. (g) *subministras* Edd. a. G. *sibi ministras* omissis *cum hordeo* Goth. (h) *aliquantum* C. (i) *scapuli* Edd. a. G. (2) *Et post* S. M. (l) *exstuans* Goth. unde malim *exaestuans.* (m) Ita pro *contagio* C. *purgatio* Goth. (n) *auferatur* C. (o) *Item allii* ex libro scripto addiderat Gesner. Allium etiam infra omittitur, ubi est: *et faucibus per triduum defundes*, vel *dabis*, ut est in Corb.

Offulaeque — factae) Ita correxi vulgatum *offulisque — factis.*

Cap. LXX. *Deformitatem et passionem*) Ita recte Goth. pro *deformem passionem.*

Picem liquidam) Hippiatrica p. 187. addunt γλοιὸν παιδικόν.

Piculae) Morgagni Epist. III. 34. picis liquidae emendabat. Hippiatrica pro picula habent γλοιὸν παιδικόν,

cias quatuor pariter decoquis,[p] scabiosum animal ex
lotio humano et calida permixta diligentissime perfri-
caturus, tunc penicillo[q] in fuste ligato medicamentum
inducis in sole. Asphaltum[r] et sulphur aequaliter
conteris, addita adipe porcina, et olei veteris tantun-
4 dem, quae cum decoxeris, perunges in sole. Adipis
libram, sulphuris vivi uncias duas, bituminis unciam
unam, olei selibram, picis liquidae cyathos duos,
omnia conteris[s] et decoquis, et perungis sicut supra
scriptum est. Lotii veteris humani, faecis -)[t] quatuor,
stercoris ovilli selibram, olei heminam, sulphuris
vivi[v] uncias tres, picis liquidae cyathos tres, omnia
contere et decoque, et in sole calido animal semel in
die perunge. Bituminis pondo duo, sulphuris vivi
selibram, cerae libram, mannae thuris selibram
commisces in oleo, in quo prius fasciculus anchusae[x]
5 decoctus est, et perungis in sole. Alia.[y] si minus

addit S. deinde vulgatum *cedrinae* ex Goth. correxi. *cedri* Corb. (p) *et scab.* — *perfricabis* C. *confricas* Go. (q) *penicello* C. Go. Hinc omittit S. M. (r) *Aspaltum* hic et alibi C. (s) *conteres* C. *contere et decoque* Gothano. (t) *scrip.* 3. *stercus ovillum selib. faecis olei* C. *fecis* — *stercus ovillum* Goth. (v) *vivi* om. C. (x) Vulgo a. G. *aricusae* Corb. Go. *ancusae.* (y) *Alias si*

i. e. strigmenta puerilia, seu sordes, quae a corpore puerorum, oleo unctorum in balneis aut palaestra, deraduntur. De vocabulo γλοιός praeclare disputat Cornarius ad Galenum de Compos. Medic. secund. loca p. 374. sed piculam esse γλοιὸν, nemo hucusque animadverterat.

Decoquis) Hipp. καὶ κεδρεὰν ἀναζέσας ἐν ταυτῷ ξυλοσπόγγιον ποιήσας θερμῶς κατάχριε. ἐὰν δὲ μὴ ᾖ κεδρέα πίσσῃ χρῖε μὴ πολλῇ, προαπόσμηχε δὲ οὔρῳ παλαιῷ μίσγων ὕδωρ θερμὸν καὶ ὅσα δὲ στυπτικὰ ἁρμόζει. ἐνεργεῖ δὲ καὶ τοῦτο. θείου καὶ ἀσφάλτου. Ex quibus clarum est, verborum ordinem h. l. esse turbatum. Interim post verba *in sole* interpunxi. Deinceps enim diversa ratio sequitur.

Stercoris ovilli) Hippiatr. p. 191. κόπρου χοιρείας—τρυγὸς ἐλαίου. Vnde legendum *stercoris suilli* — *faecis olei heminam*. Sed tamen ovillum stercus cum amurca omisso tamen lotio adhibet Eumelus p. 189.

Anchusae) Ita emendaverat Morgagni Epist. III. §. 17. qui locum Dioscoridis IV. 23. et Plinii XXII. cap. 20. annotavit, ubi herba ad lepras et ulcera commendatur.

habeat integras vires, ranas in aqua decoquis, unctumque[z] earum colligis, et cum polline lenticulae, adipe et oleo permisces,[a] tepefacto perungis. Item alia.[b] Cucumeris silvatici radices lavas et tundis, et[c] in cacabo novo cum oleo, quantum sufficit, decoquis et uteris. Sulphur quoque cum vino[d] decoctum similiter iuvat. Si vetustate scabies occaluit,[e] prius abra- 6
denda[f] ferro vel testis ad vivum est, insuper humano lotio cum aqua marina vel salsa mixto confricanda[g] est. post sulphuris, bituminis, picis liquidae, axungiae veteris, sepi caprini, cerae, aluminis scissi[h] singulas libras contundis,[i] misces, et decoquis, et sic animal perungis in sole. Folia rhododafnes[2] cum 7
oleo vetere decoques, addita pice liquida, et aceto, et cera. certum est de experimento remedium. Memineris tamen, in omni unctione contra pilum iumentum in sole diutissime confricandum.

LXXI (vulgo LXXII.) Vitiatum aliquo[a] casu vel mucidum foenum ad similitudinem veneni animalibus

non Corb. (z) *unctamque* Edd. a. G. *mictumque* Go. (a) *et* addit Corb. qui etiam hic futura posuit. (b) *aliud* C. *alium* Go. (c) *et* ex C. addidi. In Goth. *et* pro *in* adest. (d) *candido* ins. C. (e) *obcalluerit* C. (f) Ita pro *obrad.* G. *erad.* C. (g) *perfricanda* C. *fricanda* G. Vulgo *confricandum.* (h) Vulgatum *spissi* omitt. C. emendavit Morg. (i) *contundes* etc. C. (2) sic C. G. *de rodedafnes* edd. Deinde *et per acetum et ceram liquidum* G.
LXXI. (a) sic C. *aliquoties vel modicum* edd. (b) *et* om. C. (c) *ipsos*

Ranas) Hipp. p. 189. φρύνον σφάξας μετὰ οἴνου καὶ ὕδατος ἐν χαλκείῳ ἕψησον καὶ τῷ ἀποζέματι αὐτοῦ ἤτοι τῷ ἰχῶρι ἐνάλειφε. Ibid. p. 191. βατράχους λιμναίους καὶ ὄξος δριμύτατον καὶ ἔλαιον, ἀφρόνιτρον, ταῦτα μίξας κατὰ συμμετρίαν καὶ ἀναζέσας κατάχριε. Plinius 32. s. 51. *equorum scabiem ranae decoctae in aqua extenuant, donec illiniri possit. Aiunt ita curatos non repeti postea.* ubi Vincentius recte *possint illini.* Iungenda haec scilicet verbo *decoctae.*

Abradenda) Hipp. p. 189. πρότερον τὸ δέρμα ψήκτρᾳ ἢ ὀστράκῳ ἀναδείρας καὶ ἐκτραχύνας. Eadem p. 191. 192.

Rododafnes) Hanc nullibi Hippiatrica nominant in hac medicina scabiei.

Contra pilum) Hipp. ἀνὰ τρίχα.

nocet, quorum ista sunt signa: Oculos habebunt vagos et[b] semper micantes, ipse[c] gradus eorum erit incertus. His de matrice auferendus est sanguis, de[d] brachiolis flebotomandi sunt, et potionandi ita: Caricis in vino odorato decoctis, rursum detritis: abstinendi ab hordeo (et[e] foeno): dandae[f] etiam diureticae[g] potiones.

LXXII. (vulgo LXXIII.) Simili observatione curantur, quae[a] nimio hordeo aut[b] malo laeduntur. Sed haec[c] etiam in aqua frigida adversus torrentem diutissime detinentur. Vtrisque[d] remedium est, pelliculam[e] de ventre pulli siccatam fumo deterere, additisque[f] octo scripulis[g] piperis, et quatuor cochlearibus mellis, et uncia[h] pollinis ex thure, cum sextario vini veteris tepefacto per os dare.[i]

LXXIII. (vulgo LXXIV.) Fascinatum animal triste est, gravatur[a] incessu, macescit, et nisi subveneris, incidet in morbum. Bituminis igitur et sulphuris parum cum granis lauri ex aqua defundis per nares. Praeterea coriandrum vel semen ipsius cum sulphure et teda carbonibusque[b] circumferes,[c] ex[d] aqua fer-

C. (d) *debrachilandi sunt etiam et pot.* C. an *debrachiolare* dixerunt? ut *dematricare* noster saepe. Gesn. (e) *et foeno* om. C. G. (f) *sunt* ins. C. *addendae sunt diureticae* G. (g) sic C. et S. M. *duriticiae* F. *dureticiae* S.

LXXII. (a) *qui* C. *curetur qui — hi* Goth. (b) *maloque* C. (c) *hi* C. G. (d) Ita pro *utrique* C. (e) *pellicula — siccata* C. (f) *additaq. unc. una* S. M. (g) sic C. *scrup.* al. a. G. (h) *uncia* om. C. *uncias* male Gesner Editio. (i) *dabis* C. G.

LXXIII. (a) *grav. et mac.* C. *Si ascinicum — est et gravatur* G. (b) *carbonesq.* C. unde *que* addidi. (c) nota verbum lustricum ut ille Aeneas *ter pura socios circumtulit unda.* Gesn. (d) *ex aqua ferv.* om. C. Pro his G.

Cap. LXXI. *Oculos vagos*) Hipp. p. 277. ἄστατον ἕξει τὸ πνεῦμα καὶ διὰ παντὸς παλλόμενον, σαθρὸν τὸ βῆμα. τοῦτον ἐκ γαστρὸς ἢ καὶ ὤμων ἀφαίμασσε καὶ προπότισμα οἴνου ἀφεψημένου δίδου. κριθῶν δὲ ἀπεχέσθω. κέχρησο δὲ καὶ διουρητικοῖς βοηθήμασιν. Matrix igitur est venter, brachioli, humeri.

venti animal consperges, suffumigabis. Vniversis quadrupedibus remedium praestat ista suffumigatio,[e] curat, atque morbis resistit.

LXXIV. (vulgo LXXV.) Adversus universas infirmitates et morbos equorum vel boum, ubi primum coeperint aegrotare, potio ista succurrit: Radices[a] scillae,[b] radices populi, quae[c] graece appellatur rhamnos (nam est fuscior et nubellula[d]) et salis[e] communis quantum sufficit mittes in aquam, eamque animalibus usque ad sanitatem dabis in potu.[f] Quod si desperatas valetudines praeoccupare volueris, ne unquam accidant animalibus tuis, incipiente vere hanc illis[g] temperabis potionem, et omnibus animalibus[h] per quatuordecim dies continuos dabis in potu.[i]

aqua solum habet. (e) *suffectique resistit etiam morbi* C. Forte *suffitio quae res. et. morbis* Gesoer.

LXXIV. (a) Ita pro *radix* C. (b) *scyllae* Edd. a. G. *rhamni, radices squillae* S. M. *sillae* Goth. (c) *quae appellatur albus. nam est fuscior et novellula* C. *quae appellatur rampnus* Goth. *populus alba* malebat Gesner. (d) *rubella* coniic. Morgagoi IV, 26. (e) Ita pro *sales communes* Corb. (f) *potum* C. (g) Ita pro *praeparabis* C. (h) *omn. anim.* ex C. addidi. (i) *potum* Corb.

Cap. LXXIV. *Adversus*) Haec eadem distinctius tradita fuerunt IV. (vulgo III.) 2. 4.

Populi) Supra fuit: *tenerae populi*, ubi vulgo *popinum*.

Rhamnos) De vitio monuit etiam Gesnerus, cuius tamen emendationem noo probo. In lectione libri Goth. *rampnus* latet vero *rumpotinus*. quem in arbusto gallico explicavi ad Colum. V. 7. ubi populi genus esse vidimus. Vulgaris alba vineae causa serebatur; nigra in arbusto gallico adhibebatur. De origioe graeca, quam et Pootedera statuebat, dubitatur. Quid io *nubellula* lateat vocabuli, non possum assequi. Certe *novellula* non magis convenit, quam *rubella* Morgagni. Sed ecce Geoponica XVII. 14. Δημόκριτος δὲ συμβουλεύει ἔαρος ἀρχομένου εἰς τὸ ποτὸν τῶν βοῶν ἐπὶ τέσσαρας καὶ δέκα ἡμέρας ἐμβάλλειν σκίλλης καὶ ῥάμνου ῥίζης. Rhamni radicem tritam aquaeque mistam in potu sues a morbis defendere, ait Galenus Parabil. III. 101. Ecce denique Gargilium Martialem: *Bos aut asinus si eosdem morbos inciderint, sumito scilla aut rumnisa radicem, id est spinam albam quam tenerrimam et in aquam infundito. Ex qua per dies quatuordecim bibat; unde expurgabuntur et sanitas consequitur.*

Vere hanc) Deinceps omissam, sed supra IV. (vulgo III.) 2. 6. positam.

LXXV. (vulgo LXXVI.) Ostendendum autem est, potiones ipsas oportere cum[a] ratione defundi. Siquidem frequenter evenit, ut, dum animalia potionantur, tussiant, sudent[b] graviter, et tremorem musculorum[c] omnium patiantur, follicent[d] etiam et submisso capite se sustinere vix possint.[e] Quod accidit,[f] si quando per imperitiam ante[g] dantis potio in arterias, et spirituales[h] partes pulmonis resilierit. Vnde
2 fit et periculum praesens. Quare observandum est, ne tussienti iumento et pendenti[i] adiicias potionem, sed statim eum[k] solvas, paululumque[l] deambulet, et[m] magis ei alia potione subvenias: aquae tepidae oleum[n] rosatum commisces et agitas, et per os saepius. Pusca[o] quoque puleiata nares eius fovebis, et[p] emendabitur culpa. Observandum quoque est, ut subtracto hordeo et[q] negato potu digerat[r] animal potiones.

LXXVI. (vulgo LXXVII.) Plerumque a nocivis[a] animalibus, id est colubris, scorpiis, phalangiis,[b] et

LXXV. (a) Ita pro *curatione* C. in Goth. est: *Cum accipit potionem, ostendendum est potiones.* (b) *salent* F. M. S. M. sed *sudent* inclusum habet Fabr. (c) *mosc.* a. G. (d) Ita G. ex Corb. pro *follientes et.* (e) *possunt* a. G. (f) *evenit* C. (g) Ita pro *artis* Goth. omittit Corb. (h) *in spiritales* C. quod praeferebat Gesn. (i) *pandenti* sc. arteriam malebat Gesn. (k) *eum* om. C. Go. (l) *paulatimque* C. (m) *sed magis alia* C. *aliam potionem subiicias* Goth. (n) *oleo commisc.* Corb. (o) *Post quoque pulta acto* Goth. est *posca pulegiata.* (p) *et* om. C. (q) *et ne potum degestum animal potiones* C. Voluitne: *ne post potum degestum animal potiones?* (r) *digerit* C.

LXXVI. (a) *noxiis* C. (b) *sphalangiis* a. Gesn. *spalangiis* Corb. (c) *ab.*

CAP. LXXV. *Follicent*) Ex Apuleio Metam. IX. *follicantes nares languidas assiduo pulsu tussedinis hiulci* posuit Gesner, et Tertulliani locum de chamaeleone: *follicans ruminat.* ubi Salmatius p. 199. comparavit locum Eusebii ad Eustochium: *si pes laxa pelle non follet.* ubi editur *folleat.* Eiusdem Hieronymi sunt *caligae follicantes*, Isidori *follati calcei*, quos vulgatis *foliatis* substituit Salmasius, est a *follis*, *follex*: et graccum φυσᾷν reddit *follicare*, inprimis cum de follibus fabrorum usurpatur.

Pusca puleiata) Infra VI. (vulgo IV.) 8. 7. *puscam cum pulegio trito misces naresque et faciem confovebis.*

muribus caecis[c] animalia feriuntur, et in periculum
veniunt. Quorum[d] ista sunt signa: fastidiunt[e] cibum, 2
pedes trahunt,[f] et cum producuntur,[g] succumbunt
ad singulos gressus,[h] per nares defluit sanies, gravedo
nascitur capitis, ita ut deiiciatur ad terram, ad sur-
gendum vel incedendum deficiunt corporis vires.
Generaliter curatio ista succurrit: Locus[i] qui percus- 3
sus est ante omnia fumigandus est succensis testis
ovorum gallinae, quae prius infundes[k] in aceto, ad-
dito etiam cornu cervino vel galbano. Post suffimen-
tum[l] loca ipsa scarificabis,[m] et sanguinem ex his emit-
tis, vel certe candenti[n] ferro comburis loca, quae ve-
nenata pestis attigit. Observare autem debes, ne aut 4
supra articulos[o] aut nervosis in locis in quacunque
passione unquam cauterium imponas.[p] Adustis enim
nervis vel articulis, perpetua debilitas consequetur.
Sed diligenter considera, ut[q] aut superius aut infe-
rius pusillum quam nervi aut articuli sunt, cum ne-
cessitas fuerit, apponas cauteria. Animal autem quod 5
venenata bestiola[r] tetigerit expedit ut sudet, et cali-
dis[s] coopertoriis involutum deambulet, et farinam
hordeaceam in cibo sumat, additis frondibus fraxineis
et vitibus albis.[t] In plaga autem mel Atticum vel
cyminum in[v] vino veteri mixtum calefactum oportet
imponi. Nonnulli stercus suillum recens et mel[x] At-

areis id est araneis vid. c. 79. in margine Fabriciani exempli adscriptum. (d) Ita pro *cuius* Corb. (e) Ita C. pro *fastidium ciborum*. Goth. *cuius, pedes*. (f) Ita pro *trahuntur* Corb. (g) *perducuntur* Goth. (h) *ingressus* Goth. (i) *locum — suffumigabis* Corb. (k) *infunderes* Corb. unde *infuderis* malebat Gesner. *ova gallinae prius* Goth. (l) Ita pro *fomentum* Gesn. *suffimento* Corb. (m) *claricabis* Corb. (n) *cauterio inures* Corb. (o) *articulum aut in nervosis locis* Corb. (p) *ponas* Corb. (q) *et — appones* Corb. (r) *bestia* Corb. *vestigia* Goth. (s) *sagis* addit Corb. (t) *(credo)* inserit F. *ab iis credo albis* Goth. (v) *cum* Corb. (x) *melantem* Corb. unde *melanthium* coniiciebat Gesner.

ticum cum vino miscent et calefactum quasi cataplasma inducunt addentes urinam humanam.

LXXVII. (vulgo LXXVIII.) Equus[a] si buprestem comederit in foeno vel in pabulo, haec[b] erunt signa. Statim ei venter inflatur, a cibis[c] resilit, et[d] stercora minutatim et frequenter reddit, qui statim sternendus est, et cogendus ad[e] cursum. Post ei vena tangenda est de palato leviter, ut sanguinem suum defluentem transglutiat, assidue deambulet, triticum cum[f] passo infusum, et porros offeres[g] ad cibandum. Vinum autem tepefactum cum uva passa diligenter contritum[h] ad cornu dabis eidem in potu.

LXXVIII. (vulgo LXXIX.) Vipera si momorderit[a] iumentum, ex morsu eius pus[b] consuevit exire. Nam si praegnans[c] erit, totum rumpitur corpus. Ad morsum tamen viperae vel phalangii[d] aut muris aranei commune remedium est, terram formicarum cum vino miscere et dare per fauces, vel certe de ipsa

LXXVII. (a) *Buprestem si com.* C. *bustrepem* edd. nisi quod *buprestem* S. M. (b) *haec erunt signa. Statim ei venter* C. Vulgo erat: *haec signa statim sequuntur. Venter ei inflatur.* (c) *cibo* C. (d) *et* om. C. (e) *ad* om. C. (f) *cum passo* om. C. (g) Ita pro *adferes* C. (h) *detritum ad cornum dabis in potum* C.

LXXVIII. (a) *mordebit* C. (b) *aest* C. *ei post* G. (c) tum scilicet efferatior putatur. Vid. *Aët.* 4, 1, 90. et noster 3, 82, 3. (d) *sphalangii* edd.

Cap. LXXVII. *Cogendus ad cursum*) Haec vitiosa esse, demonstrat sententia et Hippiatr. p. 219. δεσμεύων ἀνάκλα τὴν κεφαλὴν καὶ δίελε τὰς φλέβας τὰς ἐπάνω τῶν μυκτήρων ἵνα τὸ αἷμα ἔξω ῥέοι διὰ τοῦ στόματος.

Cap. LXXVIII. *Pus consuevit*) Hierocles Hipp. p. 219. ἐκ τοῦ δήγματος πύον ἐξέρχεται μέλαν ἢ ἐπιτρέχει.

Praegnans) Nihil de hac re Hippiatrica; gravidae quidem viperae iram maiorem et venenum atrocius innuunt etiam Nicander cum Aetio; sed ipsius vulneris naturam mutatam non referunt. Quare puto, haec verba referenda esse ad murem araneum, de quo eadem traduntur infra cap. 82. sect. 3. nisi forte in verbis, quae statim sequuntur in Hipp. καὶ ἐὰν ᾖ θῆλυ τὸ κτῆνος, θεράπευε οὕτως, vitium et lacuna est, quod suspicor.

Terram formicarum) γῆν ἀπὸ μυρμηκιᾶς Hippiatr. Ita intellige etiam terram talparum, id est ex cumulis a talpa egestis.

terra frequentissime vulnera[e] confricare. Ad quas
causas etiam terra talparum creditur posse prodesse.
Quod si in itinere aut in locis, ubi desit copia fomen- 2
torum,[f] necessitas ista contingit,[g] piperis[h] grana tri-
ginta cum sextario vini veteris tepefacto[i] faucibus
degeres. et[k] herbam thymum tritam cum vino si de-
deris, prodesse creditur. Morsus viperae [vel cuius-
cunque serpentis] ostenditur, si humor putidus de
plaga incipit currere. Praesens remedium est, si 3
haedum vel gallum vel agnum in recenti occideris;
et calentes pulmones eius cum sanguine vel corde vel
iecore vulneri apposueris, diligenterque constrinxe-
ris, ut omne virus educat: daturus continuo potio-
nem: acori Pontici semiunciam tritam cum vini vete-
ris sextario,[l] salis triti heminam pariter misces, et
tepefacta[m] faucibus degeris. Si perseveraverit[n] tu- 4
mor, vitem albam silvestrem copiose comburito,[o] et
ex cineribus eius lixivium[p] facito, et in potionem
triduo[q] ad unum sextarium dato. Cinerem quoque
ipsum cum[r] aceto in modum cataplasmatis vulneri
imponito. Si nihil profecerit, cauteriis[s] urito, usta
solenniter curato. Farinam quoque hordeaceam

a. G. *spalangionis* C. G. (e) sic S. M. C. G. *vulvam* edd. a. G. (f) *fumentorum* edd. a. G. *pigmentorum* C. *pigrorum* G. (g) *contigerit* C. *ista pro ipsa* dedit Goth. (h) *triti* ins. C. (i) *tepif.* F. (k) *Herbam quoque typum* C (l) 1. S. ins. C. *macoris Pontici — tertiam vini veteris* Goth. (m) Ita pro *tepefactum* C. (n) Ita pro *perseverat* C. (o) In Cod. Corbeiano aliquis scripserat *cum burito:* deinde adiecit *scriv.* h. e. *scribendum*, *butiro*. Verum haud paullo sapientius subiecit manus Fabricii (quamquam ad hoc facinus ne opus quidem hac manu erat) *Male. retineo vulgatum.* GESN. *copiose cum butyro et cinerem* Goth. (p) *lixivam* C. (q) *per diem* C.

Fomentorum) Quod est in Corb. *pigmentorum* coniecerat Sladus.

Piperis) *albi* addunt Hipp.

Vel cuiuscunque serpentis) Haec recte omittit Goth. liber; igitur inclusi. Quae deinceps sequuntur aliunde transtulit Vegetius, nec exstant in Hippiatricis.

cum[t] vino et sale, oleoque decoctam in cicatricem oportet imponi.[v]

LXXIX. (vulgo LXXX.) Iumentum si in pabulo araneum[a] comederit, haec erunt signa: totum corpus tumebit, sed circa[b] auriculas et oculos et nares inflatio cum indignatione maior apparet. cui hac ratione subvenis.[c] De palato sanguinem tolles,[d] cumque exceptum cum sextario aceti et hemina salis miscebis, et circa plagam vel loca tumentia perunges, diligenterque operies ut sudet. hac ratione sanabitur.

LXXX. (vulgo LXXXI. Si phalangius[a] iumentum percusserit, his apparebit[b] indiciis. Stat[c] ei veretrum prae dolore, et videtur velle mingere. cui ista ratione subvenis. piperis unciam unam, pyrethri[d] unciam, uvae silvaticae unciam terito, et cum vino veteri per fauces dato.

LXXXI. (vulgo LXXXII.) Mus araneus pestis est[a] venenata, et tam equis quam bobus noxia. atque ideo cum[b] captus fuerit, mersus necatur[c] in oleo, ibique in putredinem vertitur, ex quo medicamento, cum animal mordetur,[d] plaga linitur, et curatur animal.[e]

(t) *cum aceto* om. C. (s) *cauteribus* C. (l) *ex sale et vino* C. (v) *apponi* C. (*usque dum sanus sit*) addit S.

LXXIX. (a) *areum* S. (b) *circum* C. (c) *subvenis — sanguinem* om. C. (d) *tollas* edd. a. G.

LXXX. (a) sic C. et S. M. *sphalangius* al. a. G. et in marg. Fabric. corruptionis arguitor *spalangius*. (b) *agnoscetur signis* C. (c) *Statim ver. pro dolore videtur velle* C. unde vulgatum *videbis* correxi. (d) *piretri* omn. a. G.

LXXXI. (a) *est* ins. C. (b) *dum* C. (c) Ita pro *necabitur* C. (d) *mo-*

Cap. LXXIX. *Sed circa auriculas*) Haec signa nemo de morsu araneorum aut phalangiorum tradidit. At de staphylino Hippiatrica p. 266. ἐξοιδεῖ δὲ συνόλως οἰδήματα παμμεγέθη — μὴ καταπλαγῇς δὲ, ἐὰν τὰ χείλη μάλιστα καὶ οἱ ὀφθαλμοὶ οἰδῶσι. Quare suspicor, pro *araneum* legi debere *staphylinum*. Cura ipsa etiam convenit, etsi singula paululum differunt verba.

Cap. LXXX. *Vvae silvaticae*) σταφυλῆς ἀγρίας Hippiatrica pag. 218.

Vel si inventus[f] non fuerit, cyminum tritum cum pice
liquida axungiaque miscetur, ad spissitudinem mala-
gmatis coquitur, impositumque[g] a periculo liberat et
sanat. Quod si in suppurationem fuerit plaga con- 2
versa, lamina ferrea candenti aperienda est, et quid-
quid vitiosum est inurendum, atque ita[h] pice liquida
vel oleo curandum.[i] Ne autem mus araneus animal
mordeat, ipsum animal[2] vivum de creta[l] circumda-
bitur, quae cum induraverit, suspenditur in[m] collum,
et non contingetur a morsu. certissimum est. Adver-
sus morsum[n] comprobatur allium tritum cum nitro, et
si nitrum defuerit, cum sale et cymino[o] permiscere,
atque ex eo pulvere loca, quae morsu contacta sunt,
confricare. Quod si[p] eruperint vulnera venenata, 3
hordeum combustum in pulverem rediges, et diluto[q]
aceto vulneri insperges, et hac ratione sola curabis.
daturus potionem, pollinem tritici, hordeum,[r] cedriam,
et vini sextarium per fauces degeres. Quod si prae-
gnans mus araneus fuerit qui percusserit, his agno-

morderit, linetur C. (e) *animal* om. C. (f) *deventum* C. (g) *impositumq.* C. (h) *ita* om. C. (i) *percurandum* C. (2) *animal* om. C. (l) *crita* C. (m) *ad* C. *suspenditur collo* G. (n) *morsus eiusmodi* C. (o) *cum vino* C. ex *cumino.* (p) *ei* ins. C. (q) *diluti aceto vulneri asperges* C. *aspergis* G. (r) *cum hordeo, cedri* C. G. (s) *pustellae* C. (t) *est* om. C.

Cap. LXXXI. *In suppurationem*) Hippiatrica p. 221. ubi caput totum exstat, πρὸς δὲ τὸ τὴν φλεγμονὴν διαλύεσθαι εἴ γε πυοτροφήσει — εἰ τὴν ἐπιδερματίδα περιέλοις σμιλίῳ καὶ πᾶν τὸ πεπονθὸς ἐπικαύσεις, οὕτω τε πίσσαν ὑγρὰν μετὰ ἐλαίου ἐπιβάλοις. unde legendum h. l. *atque pice liquida et oleo.*

Vulnera venenata) Hipp. p. 222. ἡνίκα δὲ τὰ τῆς φλεγμονῆς ἀποῤῥαγέντα εἰς τραῦμα μεταβληθῇ. Ibid. p. 221. ἐὰν δὲ ὁ ᾠδηκὼς τόπος ἐπὶ πλέον ἕλκωσιν σχῇ.

Diluto aceto) Hipp. τότε ἀποπλύνας καθαρίῳ τὸ τραῦμα καῦσον κριθὰς καὶ τούτων τὴν σποδιὰν ἐπίπασσε καὶ μηδὲν ἄλλο ποιήσῃς. sed alius auctor p. 221. κριθὰς κατακαύσας καὶ λειοτριβήσας ἐπίπασσε προχρίων στέατι παλαιῷ.

Hordeum, cedriam) Hipp. ἀνήθου, ἀλεύρου σιτίνου, καὶ κεδρίας. Anethum igitur fuit pro hordeo.

scitur signis. Pustulae[a] per totum corpus exeunt; sed simili, ut supra scriptum est,[b] ratione curabitur.

LXXXII. (vulgo LXXXIII.) Scorpius si iumentum percusserit, his agnoscitur[a] signis: Genua contrahuntur, claudicat, non manducat, de[b] naribus fluent pituitae virides; ut accumbit,[c] vix resurget. Simili ratione curatur sicut serpentis ac viperae morsus: stercus tamen asininum velocius[d] in plagam oportet imponi.

LXXXIII. (vulgo LXXXIV.) Canis rabiosi[a] morsus et iumentis et hominibus exitium inferre consuevit, usque eo ut[b] ipsos qui contacti fuerint hydrophobos[c] faciat et convertat in rabiem: qui hac ratione curantur.[d] Locum qui morsus est, ferreis, vel quod utilius est, cuprinis cauteriis urito, in loco tenebroso eum constituito. Sic eum adaquabis[e] in tenebris, ne aquam[f] videat. Quod si canem ipsum occidere potueris,[g] iecur eius coctum[h] dabis ad manducandum,

LXXXII. (a) *agnascetur* etc. C. (b) *fluent ei de naribus pit.* C. (c) *accumbet, et vix surget* C. *ut vix* G. (d) *vel latium in ipsa pl.* C.

LXXXIII. (a) *rabidi* C. (b) *eos ipsos* C. *ut ipsi* edd. (c) *hydropharbos* C. *hydrophobicos* S. M. (d) *curatur* Edd. Deinceps *Locus* Gesneriana. (e) Ita Cor. Vulgo *Sic etiam eum adligabis.* In S. M. est *et sic ipsum pota ut aquam non videat.* (f) Vulgo *quidquam.* Corb. etiam *aquam.* (g) Ita

Pustulae) Hipp. p. 221. οὐκ ἔσται δὲ ἕλκος ἐὰν μὴ ἔγκυος οὖσα δάκῃ. alius auctor pag. 222. φαίνεται δὲ ἡ διαφορὰ τοῦ δήγματος ἀπὸ τοῦ κατὰ τὴν φλεγμονὴν μεγέθους.

Cap. LXXXII. *Genua*) Hippiatrica p. 217. σκελῶν συρμὸς καὶ χωλεία καὶ μὴ τρώγειν, σύῤῥευσίς τε ἐκ τῶν μυκτήρων ἰχώρων χλωρῶν καὶ μόγις ἀναπίπτειν καὶ διεγείρεσθαι ὡσαύτως.

Asininum velocius) Corb. liber *vel lotium.* Anatolius in Hipp. κόπρῳ χοιρείᾳ κατάπλασσε. stercus caninum vulneri muris aranei imponunt Hippiatrica p. 220.

Cap. LXXXIII. *Urito*) Plinius 34. s. 44. *quaedam ustione sanantur, privatim vero canis rabidi morsus; quippe etiam praevalente morbo expavescentesque potum usta plaga illico liberantur.*

Adaquabis) Hunc locum ex libris scriptis constitui. Compara supra V. 30. (vulgo III. 34.) In Goth. est *Si etiam eum aduequabis — aquam videat.*

Iecur) Ita etiam Aelianus H. A. XIV. 20.

vel tritum[i] faucibus degeres. Foeni quoque flores 2
combures, et cum axungia veteri deteres,[k] et ad morsum appones. salutare remedium est. Sed specialiter prodest, si radicem cynorhodon,[l] id est, herbae quae appellatur[m] rosa canina, effoderis, et lotam prius atque contusam diligenter, sive homini sive animali, quod rabiosus canis momorderit, in plaga apposueris, contritamque[n] cum vino veteri propinaveris[o] quotidie ad bibendum. Hac enim sola ratione nec hydrophobus[p] fiet, et imminens discrimen[q] evadet. Canis 3
rabidi morsibus subvenit, si[r] tres -) nitri, Iudaici bituminis[s] scrupulum unum tritum cum hemina vini veteris[t] tepentis triduo per os degeras. Sambuci[v] quoque grana vel succum de foliis aut de cortice exprimes, et cum vino veteri dabis in potu.[x] Sed tunc[y] efficax est haec potio, si de ea sambuco dederis, quae non in terra sed in alia arbore fuerit innata.

LXXXIV. (vulgo LXXXV.) Si fimum gallinacium[a] animal in hordeo comederit, vel foeno sumserit, quasi a venenatis bestiis percussum cruciatur continuo, internorum dolor et inflatio subsequitur, ad similitu-

C. pro *poteris*. (h) Ita C. pro *decoctum*. (i) Ita C. pro *detritum*. (k) *deteres et* om. C. (l) *cynorrhodae* C. (m) *vocatur* C. (n) *constrictamque* C. (o) *propinabis ad* C. (p) *hydrophorbos* Edd. (q) Ita C. pro *crimen*, ut coniecerat Morgagni IV, 44. (r) *Serp. Iudaici* C. *nitri* omitt. et deinceps *bituminis triti cum hemina* habet. (s) *bituminis trito* C. (t) *meri* addit Goth. (v) Ita C. et Morgagni pro *samsuci*. pro *cortice* Goth. *radice*. (x) *potum* C. post *veteri* Goth. *tepidum* addit. (y) *tamen* S. M. Deinceps vulgatum a. G. restitui. Ille dedit *quod — innatum*. Goth. *quos — non innatum*.

LXXXIV. (a) Ita pro *gallinarum* C. (b) Ita C. pro *quoque strophi et*

Cynorrhodon) Plinius 8. sect. 63. *a morsu vero unicum remedium oraculo quodam nuper repertum, radix silvestris rosae, quae cynnorhodos appellatur*. Idem 25. sect. 6. narrat, quomodo militi in somnio fuerit remedium hoc indicatum in Hispania. Nuper id factum ait. Plinii locum ex nostro licebit supplere, quod omisit monere Harduinus. Goth. habet *cyronodam eiusdem — esconderis — lota — contunsa*.

Ea sambuco) Ita correxit vulgatum *eo* Morgagni, qui de sambuco comparavit Plinium 24. c. 8. et Diosc. IV. 168.

dinem strophi sudor quoque[b] et volutatio ac tussis
2 asperrima. Adversus quam necessitatem apii seminis[c]
deteris uncias duas, et cum vini veteris sextario et
hemina mellis temperas,[d] et per os defundes, et tam
diu deambulare compelles, donec potio ventrem mo-
3 veat. Quod si nimio[e] dolore etiam obroboratio fuerit
subsecuta, baccarum[f] lauri libram, nitri selibram,[g]
aceti sextarios duos, olei sextarium, diligenter trita
permisces, et ad focum calefacies, et in loco calido
animal[h] per triduum unges,[i] et contra pilum diligen-
ter fricabis, certissimum daturus[k] ex sudore reme-
4 dium. Adversus huiusmodi casum[l] physicum reme-
dium experimenta docuerunt: Pullum vel gallinam
occidere,[m] ventremque eius crudum et adhuc calen-
tem cum stercore suo equo vel mulo involutum[n] melle
5 digerere per fauces, optimum creditur. Tres pilulas[o]
gypsi cum vino veteri deterere, et tepidum per os
dare, eadem optime[p] sanare firmatur. Lixivium[q]
quoque de[r] arbore ulmi vel[s] cuiuscunque generis
ligni cinerem,[t] dummodo bene cretum,[v] cum oleo
miscere,[x] ac liquidum et tepidum defundere per
fauces,[y] physicum et salutare laudatur.

volut. In Goth. omissis verbis *et volutatio — necessitatem* sequitur *item apii.* (c) *semen deteres uncias* 2. Corb. (d) *contemperas* C. *heminaque illis temperabis* Goth. (e) Ita pro *nimius dolor* C. (f) *bacas lauri selib.* C. *libram semis* S. M. (g) *unciam unam* S. M. (h) *animal* ex S. addidi. (i) *perungues* C. (k) *haec* Corb. (l) *casus* C. (m) Ita Corb. vulgo *pullum si occideris vel gallinam.* (n) *involuto melle* Corb. (o) *pullos cuficum* C. (p) *hora sanari* C. (q) *Lixivum* C. (r) *ex* C. (s) *ex* addit C. (t) *cinere* Corb. (v) *tritum* C. (x) *oleo permisces liquidum et lac tepidum* Goth. (y) *tanquam* addit C.

Cap. LXXXIV. *Apii seminis*) Hippiatrica p. 223. seminis cyathos quinque ponunt. Supra IV. (vulgo III.) 2. 43. uncias 3. posuit.

Obroboratio) Hippiatrica l. c. εἰ δὲ φρίκη τις καὶ ὀρθοτριχία γίνηται δαφνοκόκκων τὸ ἀρκοῦν καὶ νίτρου λίτρας τὸ ἥμισυ etc. Quae h. l. sequuntur a sectione 4. non exstant in Hippiatricis. Forte igitur h. l. fuit *obrigoratio.*

Gypsi) Supra *gisni*, ubi *gith.* seu melanthii malebat Morgagni; equidem *cypressi.*

Cretum) Supra cap. 2. *bene coctum,* ubi tamen ex libro Sambuci *cribratum* praefert Morgagni.

VEGETII RENATI
ARTIS VETERINARIAE
SIVE
MVLOMEDICINAE
LIBER SEXTVS
(VVLGO QVARTVS.)

PRAEFATIO.

Solennis excusatio negligentium est, dispendia ex
dissimulatione venientia Deo imputare vel casibus.
Minus namque peccare se credit ignavia, si id, quod
ipsius culpa accidit, ad potestatem incipiat deferre
fortunae. Sic de aegrotantibus dicitur morituros,[a] et 2
si medicina cesset, evadit. Cui disputationi, quia non
solum iners, sed etiam impia est, non libenter assen-
serim. Malo enim nihil expertum relinqui, quam si 3
quid calamitatis evenerit, avaritiae vel dissimulatio-
nibus imputari. Sed fortasse aliquando vera [illa[b]]

VARIETAS LECTIONIS.

Hanc praefationem ex Gudiano libro Fabricius ante Gesnerum iam ediderat Bibliothecae Latinae Tom. III. L. III. c. 12. p. 135. sq. (a) Adnotatum etiam legi *morituris. Caeterum hoc sibi velle videtur, quosdam aegrotantes ita male ab medicis haberi, ut morituri videantur; evadere, cum ab his relinquantur: si mortui fuissent non medicinae sed fato imputaturos fuisse*

videantur in homine, qui divina providentia ac dispo-
4 sitione fatorum[c] creditur regi. Animalia vero cum
quibus divinitas nihil dignatur habere commune, nisi
hominum studio impensisque curentur, absque am-
5 biguitate depereunt. Quid enim iumentis spei super-
est, quae divinitas fovere respuit, si hominum me-
dela cessaverit? Saepe accidit, ut neglectis animali-
bus, quae prima compararent morbum,[d] contactu
crescens pestilentia greges integros perimat, quum[e]
polluta a languidis pascua infectique fontes ita no-
6 cent,[f] quasi in venena vertantur. Postremo aegroti
odor cum sanorum impleverit nares, ipso foetore
visceribus inseret morbos. Sic ad pullos mors a ma-
7 tribus corrupto lacte transmigrat. Sic in numerosis
stabulis quamvis vile iumentum, si contagiosam semel
susceperit passionem, veloci transitu pretiosa quoque
iumenta consumet. Sed adversum omnia diligentia,
studium, herbarum potestas, curandi scientia, pro-
8 desse consuevit. Sicuti medicorum prima doctrina
est humani corporis partes organorumque[g] cogno-
scere, ita necessarium Mulomedicis, de ossibus, de
nervis ac venis iumentorum universa perdiscere.
Neque enim curare rationabiliter potest, qui qualita-
tem rei, quam curat, ignorat.

I. Iumentum igitur habet in capite ossa duo, a

mortem homines G. (b) *illa* om. F. (c) Ita cum Fabr. Gesn. pro *factorum*. (d) *primo cum perirent morbo* cum Fabricio Gesner. *quae prima cum pererent* (al. *perirent*) *morbum* Cod. Posui Gesneri coniecturam. Ipse malebam *prima susceperant morbum*. (e) Ita Fabr. Gesn. pro *Quam*. (f) Ita pro *nocet* Fabr. Gesn. (g) Ita pro *organum* cum Fabr. Gesner, qui illam tamen lectionem non contemnebat.

Cap. I. De ossibus compagis equinae eorumque numero iam inepta et falsa traduntur, ut ea vix putem a Vegetio profecta esse. Hodie enim vel puer ex proiectis passim cadaveribus equorum haec corrigere possit. Verbis igitur adhaerebo, cum rem ipsam tangere taedeat.

fronte usque ad nares alia duo, maxillaria inferiora
duo, dentes quadraginta, id est, molares quatuor et
viginti, caninos quatuor, rapaces duodecim. In cer-
vice autem sunt spondyli [a] septem,[b] a spatula ad renes
sunt octo. a renibus usque [c] ad anum septem, musca-
rium habet commissuras duodecim. In armis priori-
bus sunt regulae [d] duae. ab armis usque ad brachiola
duo. A brachiolis usque ad genua duo. In genibus 2
parastaticae duae. tibiae [e] usque ad articulos duo.
Bases quae appellantur numero duae. Vsque [f] ad
pumices ungulae ossa minuta sedecim, in pectore
unum: costae tum [g] in interioribus triginta sex. Item
in [h] posterioribus a cumulari [i] usque ad molaria [2] duo;
a molaribus [l] usque ad vertebras duo, costales duo.
Ab acrocolefio usque ad gambam duo; a gamba usque [m]

Cap. I. (a) *spondili* Edd. a. G. *spondoli* C. (b) *sex, spatulae et renum sunt octo* Corb. unde Gesner malebat *a spatula ad renes.* Vulgo *septem, spatulae renum.* Cou. Gesner. corrigebat: *spondyli ad renes.* Spatula est ἀκρώμιον. (c) *ad dimidium sex musculos habet: commissuras* S. M. *a renibus ad imum septem* C. (d) Ita pro *ragulae* S. M. (e) Ita pro *a tibia* C. *tibiae duae* Goth. (f) *punicae duae* S. M. *usque ad pumicem* C. *ad punices* Goth. (g) Vulgatum *tamen* correxi ex Corb. *tum interiores.* (h) Ita pro *a* S. M. (i) *columellari* F. M. S. M. Cf. Cap. 2, 2. (2) *mala XIII.* C (l) *malaribus* C. (m) *usque — minuta* om. C. *gammas — cyros* Goth.

Vsque ad anum) Quod in libris est *ad inum* vel *ad dimidium* ortum videtur ex simili lectione cap. 2. sect. 2. *usque ad imum muscarium commissurae sunt duodecim.*

Regulae) Ossa recta et longa dicere videtur. Verum ex Cap. 2. sect. 2. ubi *Sagulae* legebatur, ut h. l. *ragulae*, apparet, omoplatam intelligi.

Pumices) Vngulae solum dicit.

Molaria) Respondent brachiolis, ut vertebrae tibiis, et costales parastaticis in genu anteriore.

Acrocolefio) Alibi ἀκροκώλια nominant, sed in infimo porci pede, contra hic summa pedis pars intelligitur. Videtur igitur a κώληψ suffrago vocabulum derivatum significare ἀκροκωλήπιον, partem pedis a suffragine summa. Supra V. 17. (vulgo III. 18.) 5. *colesium ipsum, hoc es iuncturam coxae.* Petronius c. 70. *Volueris, de vulva faciet cocus piscem, de lardo palumbum, de perna turturem, de colaepio gallinam.* ubi recte monuit Salmasius, esse a graeco κωλήπια. Glossae Isidori *pulpidiuem, colophia.* Plautus Persa I. 3. 12. cum

ad cirros tibiales duo, minuta usque ad ungulas sedecim. Et[u] sunt ossa omnia centum septuaginta.

II. Nunc mensuras numerumque membrorum oportet exponi. In palato gradus[a] sunt duodecim. Longitudo linguae habet pedem semis. labrum superius habet uncias sex, inferius uncias quinque, maxillae[b] singulae uncias denas: a[c] cirro frontis ad nares habet pedem. auriculae singulae[d] continent uncias senas. In oculis autem[e] singulis[f] unciae quaternae. a cirro, ubi desinit cervix,* usque ad Mercurium[g] continentur
2 calculi[h] octo.* Spina continet subter[i] spatulas triginta duas. a commissura renum (quod cumulare[2] dicitur) usque ad imum muscarium[l] commissurae sunt duodecim. Regulae longitudo[m] uncias[n] duodecim; ab armis usque ad brachiolum uncias sex, a brachiolis usque ad genua longitudo continet pedem; ab arti-

(u) *Fiunt o. o. CLXXX.* C.

II. (a) *grodo* C. (b) *maxillae — denas* om. C. *maxillare singulare* G. (c) *a cirro — a cirro* om. S. M. (d) *singulae* om. C. (e) *autem* om. C. (f) *sont* ins. C. G. (g) *musculum* S. M. *a cirro ibidem sont — mercorium continent tali cliato* G. (h) *subtus arteriae duae* S. M. (i) *ac supra* ins. C. G. (2) vid. 4, 1, 2. not. i. in G. *commissuras tenuios.* (l) *muscolons* S. M. (m) Vulgo *Suguloe longicia.* C. *ragulae longitu XII.* S. M. *rogiolae longitudo.* (n) *uncias — oncias* om. S. M. (o) *longitudine vel prolixi-*

Martiali VII. Epigr. 67. et Iuvenali II. 53 *coliphia* nominant inter cibos athletarum. Glossae apud Salmasium ad Tertullianum p. 262. *Colophium*, κωλῆν. Suidas κώληπα interpretatur τὸ ὄπισω τοῦ γονατίου μέρος, ἡ κόξα. Petronii lectio dubia est; Vegetii locum priorem nemo hucusque adhibuit, veram enim lectionem Corb. liber demum exhibuit. Scholiastes Iuvenalis *pulmentum* interpretatur *sicut membrum virile.* Sed ibi editi libri *sive* pro *sicut* habent; Codex Heinsii ad Petronium laudatus *sicut* dedit. Videntur carnes et pulpamenta esse ex coxendicibus decerptae, quae veteres *strebulas* vocarunt. Ecce Phrynichus de vocibus Atticis p. 26. κωλύφιον μὴ λέγε, κωλῆνα δέ. ubi corrige ex Vegetio κωλήφιον. Hinc discimus, istius aevi vocabulum esse.

Cap. II. *Spatulas*) Costas Graeci etiam σπάθας dicunt, a latitudine pectinis textorii.

Imum muscarium commissurae) Goth. *imum muscarium mensuras.* Sed *mensuras* punctis suppositis deleri voluit deinde librarius.

culis usque ad ungulas uncias quatuor; in longitudinem[o] vel prolixitatem pedes sex. Haec eumetria[p] equi convenit staturae honestae ac mediae. Caeterum[q] non dubitatur in buricis minora ista, et in primae formae equis esse maiora.

III. Nervorum quoque numerus, qualitas, ac mensura pandenda est. A mediis naribus per caput, cervicem, ac mediam spinam, usque ad imum muscarium[a] descendit[b] filum duplex, quod continet pedes duodecim. duo[c] nervi in cervice palmarii[d] continent pedes quatuor. ab[e] armis usque ad geniculum[f] nervi duo. a geniculo usque ad basin nervi quatuor. In prioribus sunt nervi decem, in posterioribus decem. a renibus usque ad testes nervi quatuor. fiunt in se omnes nervi triginta[g] quatuor.

IV. Consequenter venarum quoque indicandus est numerus. In palato venae sunt[a] duae,[b] suboculares

tudine C. (p) *geometria* S. M. *Aereum entria* Gotb. (q) *Caeterorum Non* C. *Caeterum enim non dubitatur, alicui esse minora, et alicui maiora* S. M. *Caeterum vero* G.

III. (a) *ancarum* S. M. (b) *descende pilum* C. (c) *Platonena in* C. *A. cervice usque in armos vadit aliud, quod est pedes IIII.* S. M. (d) *palmari continet* C. (e) *Ab armis* om. C. (f) *genuculos* C. *genua* S. M. (g) *XXV.* C. *triginta tres* G.

IV. (a) *sunt* om. C. (b) *temporales II.* ins. S. et C. (c) *in naribus II,*

Buricis) Sunt qui Graecis *hinni* et *ginni*, Romanis *manni* dicuntur, ut ad Varronem de mulis monui.

Cap. III. *Filum duplex*) Hinc V. 47. (vulgo III. 18.) 4. *filum laesisse* dicitur equus, cum coxam eiecit vel emovit. Ceterum nervorum nomine intelligi ligamenta potius ossium, quam medullae cerebri vel spinalis ramos, in propatulo est.

Cap. IV. *In palato*) Noluit Vegetius venas omnes anatomicorum more persequi, sed eas tantum dixit, quas hippiatri percutere solent in sanguinis missione. De venis palati sanguinem demere Vegetius proprio vocabulo dixit *despumare.* Vide III. (vulgo II.) 34. 2. Sic *debrachiolare* est sanguinem de brachiolis demere V. 71. (vulgo III. 72.) in libro Corbeiensi. Ceterum h. l. liber Corb. et Sambuci inserunt: *temporales II.* et deinceps *in naribus duae.* De venis, quas hodie secant mulomedici, cf. Vitet médecine vétérinaire Vol. II. p. 41

duae,[c] in[d] pectore duae, de brachiolis duae, de[e] sub cirris quatuor, de[f] talis duae, de[g] coronis quatuor, de[h] feminibus quatuor, de femoribus vero[i] duae, de sub gambis duae, de[2] muscario una, venae[l] matricis in cervicibus duae. fiunt pariter venae undetriginta.

V. Aetatem iumentorum ex dentibus aliisque signis

in cervicibus II. ins. C. (d) *in naribus duae*, in *cervice duae* S. M. (e) *de* om. C. *de sub cruris* S. M. (f) *in* S. M. *de talis duae* om. C. (g) *in* S. M. (h) *in femoribus duae* S. M. *de sinueribus* C. Sed distinguuntur hic haud dubie *femina* pars iuterior summi pedis, et *femora*, exterior. (i) *vero* om. C. (2) (*in cristario*) ins. S. (l) *et sunt omnes XXXII.* S. M.

Matricis) Male dici putavit Gesner. quasi *matrices* et eervici tribuit. Sunt venae ventris. Vide ad V. 11. (vulgo III. 12.) 2. Venarum numerum et situm quamquam difficile est constituere ex verbis Vegetii vitiosis, annotabo tamen, quae alibi Vegetius obiter annotavit, cum de sanguine mittendo loqueretur. Libri igitur I. cap. 25. de *matrice* detrahit saoguinem; aliis de *venis auricularum*; ex quo loco cognoscitur supplementum, quod offert Sambuci margo, temere a me spretum: *in naribus duae*, *in cervice duae*: cum in Corb. sit: *in naribus II. in cervicibus II.* ita esse corrigendum in *auribus duae*: Pergit Vegetius I. c. 25. detrabere de temporum venis sub cavatura temporum tribus digitis ab oculo interpositis; unde iterum constat, recte Sambucum cum libro Corb. addere post palati venas: *temporales II.* Sequuntur io Vegetii loeo laudato: *inferiores venae sub oculis positae, quae descendunt sub angulis oculorum inferioribus quatuor digitis inferius quam oculi sunt.* Hae sunt *suboculares* quae dicuotur in hoc altero loco. Quarto loco nominantur venae *in pectore, quae positae sunt in dextra, ac sinistra, ubi brachiola coniunguntur et flexura fit cum armus plicatur.* easdem *in pectore* sitas commemorat alter loeus, et similiter a brachiolaribus distinguit, de quibus I. e. 25. *quae venae positae sunt interius, ubi centuriae, id est musculi brachiolares sunt, sex digitis superius quam genu, tribus vel duobus digitis inferius quam centuriae.* Est etiam tertius locus II. cap. 5. ubi obiter de veoa coxae est: *de coxa* media quatuor digitis ab ano venam inquiris et ex ea saoguinem detrahes. ubi intelligit, quae hoc nostro in loco *de feminibus quatuor* appellantur, nescio quam vere. Ceterum male operae nostrae dederunt *matrices* pro *matricis*, id est ventris. Locum igitur sic distingue: *venae matricis, in cervicibus* duae. Vide supra ad I. c. 10. p. 28. et ad 5. e. 71. p. 102.

Vnde triginta) S. M. *et omnes sunt XXXII.* At vero additis duabus narium, et temporalibus duabus efficiuntur XXXIII.

Cap. V. Conferre iussit Morgagni Epist. III. 42, Aristotelem VI. 22. Varrooem II. 7. Plioium XI. c, 37. Columellam VI. 29. et Palladium IV. 13. Ipse de varietate lectionis iudi-

oportet agnosci, ne vel[a] ementes imperitiae[b] subeamus incommodum, vel curantes aegrotantis animalis[c] ignoramus aetatem. Quia sicut hominibus, ita et equis, aliud convenit, cum[d] iuventa sunt fervida, aliud cum senectute iam frigida. Manifestum est autem notas 2
corporis[e] cum aetate mutari. Pullis enim bimis et sex mensium medii dentes superiores cadunt, quos lactantes[f] vocant. cum autem quartum annum agere coeperint, decidentibus his,[g] qui canini appellantur, alios supponent. Deinde intra sextum annum molares 3
cadunt. Sexto anno quos primo mutaverunt,[h] exaequant. Septimo omnes explent[i] aequaliter, et ex eo cavatos habere incipiunt dentes, nec[k] postea quot annorum sint sciri ad fidem potest, nisi signis aliis, quae usus edocuit. Decimo namque anno tempora cavari[l] incipiunt, et supercilia nonnunquam canescere. Duodecimo anno nigredo in medietate dentium apparet. Plerique adserunt, domitis et freno 4
assuetis animalibus rugas, quae in labris sunt superioribus computandas, ita ut ab angulo ubi incipit[m] morsus, incipientes, usque ad extremum labrum perveniamus. quia annorum numerum rugarum nume-

V. (a) Sic S. M. et C. *velamentis* al. (b) *per imperitiam* S. M. (c) *aegrotis animalibus* C. rectum ex Goth. inserui. (d) *cum sunt fervidi* C. *cum vividi et ferventes sunt* S. M. et p. p. *frigidi* iid. Vulgo est *iumenta*. (e) *aetatit cum corpore* coniec. Morg. III, 42. (f) *lactentes* idem emend. (g) *his* om. C. (h) Ita pro vulgato *mutavit*, *exaequat* em. Morg. (i) Vulgo *explentur* est. *Explet aequaliter. Ex eo cavos hobere incipit.* C. (k) sic C. *Postea vero — scire — nullus* S. M. *Nec postea — scire — nullus* al. In Go. est *sit scire — non potest usus docuit.* (l) *cadere* C. (m) *coeperit* edd.

dicium permisit illis, qui haec aetatis indicia melius callerent.

Iuventa) Egregiam Gesneri coniecturam posui pro vulgato *iumenta*.

Rugas — labris superioribus) Male dicit labra pro maxillis seu palato. Puto enim, intelligi palati duodecim gradus, quos ipse Vegetius VI. (vulgo IV.) 2. 1. dixit, et qui in senescentibus evanescere dicuntur. De his vide ad Vegetii I. 22. 11.

rus[n] ostendit. Postremo rugarum multitudine, tristitia frontis, deiectione cervicis, pigritia totius corporis, stupore oculorum, palpebrarumque calvicie[o] senectus ipsa se prodit.

VI. In permutandis equis vel distrahendis[a] maximam fraudem patriae solet afferre mendacium. Volentes enim carius vendere, generosissimos fingunt. Quae res nos compulit, qui per[b] tam diversas et longinquas peregrinationes equorum genera universa cognovimus,[c] et in nostris stabulis saepe nutrivimus, uniuscuiusque nationis explicare signa vel merita.
2 Nam ut viliora ministeria taceamus, equos[d] tribus usibus vel maxime necessarios constat, praeliis, circo,[e] sellis.[f] Ad bellum Hunniscorum[g] longe primo docetur utilitas patientiae, laboris, frigoris, famis.[h] Toringos deinde[i] et Burgundiones[2] iniuriae tolerantes.

(n) *numerus* om. F. (o) *canicie* S. M. *cautione* C. Voluit quod est in Gothano: *palpebrae tebrorumque* (i. e. *temporum*) *cavatione senectus ipsa prodit.*

VI. (a) *detrahendis* F. (b) *propter* C. *per* (*occasionem*) — *peregrinationes* (*adivimus*) S. (c) Ita pro *cognoscimus* S. M. C. (d) sic S. M. C. Gesn. *equestribus* al. (e) sic C. *circeis* al. a. G. (f) *vel ad bellum* edd. a. G. *selisi* al. *sellis* C. *cliis* G. (g) *Volscorum* S. M. *Hunnescorum* C. *Hunniscorum* retineri vult Barthius Adv. II, 32. ratione non alia prolata, quam notos eo tempore fuisse Hunnos. Gesn. (h) Hoc loco inter exemplaria primae editionis diversitas observatur: cum in altero ita interpunctum sit, ut supra posuimus; in altero autem ita, *frigoris, famis toringos. Deinde.* (i) *dehinc* C. *tornic. de habere* Go. (2) *Burgundios* S. M. (l) *Phry-*

Calvicie) Ex Goth. malim *palpebrarum calvitie temporumque cavatione.*

Cap. VI. *Distrahendis*) Ita ante Sambucum vulgatum *detrahendis* correxerat etiam Conr. Gesner in Equo p. 459.

Sellis) Sellarum usum ex Vegetio de re militari I. 48. et Lipsio de R. Milit. Rom. III. 7. annotaverat Gesner; quin ἐφίππιον Xenophontis aliorumque addidit, quibus strata equorum, a nostris tamen sellis diversissima signantur.

Hunniscorum longe primo) Etiam Conr. Gesnerus in Equo p. 460. corrigebat *prima* Huniscos interpretatus quos hodie *Vugaros* appellamus. Idem ex Hieronymo ad Oceanum posuit *Hunnorum examina pernicibus equis huc illucque volitantia.*

Primo docetur) An *prima*?

Tertio loco Frigiscos,[l] non minus velocitate quam 3
continuatione cursus invictos. Postea Epirotas, Samaricos,[m] ac Dalmatas, licet contumaces ad frena, habiles[n] armis [ac bellis] asseverant. Curribus[o] 4
Cappadocum gloriosa nobilitas: Hispanorum[p] par vel proxima in circo creditur palma. Nec inferiores prope Sicilia exhibet circo, quamvis Africa Hispani sanguinis velocissimos praestare consueverit.[q] Ad usum sellae Persis provinciis omnibus meliores praestat equos, patrimoniorum censibus aestimatos, tam[r] ad vehendum molles, et[s] ipsius incessus nobilitate pretiosos. sequuntur Armeni atque Saphareni,[t] in qua parte[v] nec Epirotas Siculosque despexeris, si mores ac pulchritudo non deserat. Hunniscis[x] grande 5

giosne an *Frisios* intelligimus, an neutros? *Phrygios* laudat Claudian. 29, 192. GESN. (m) *Zelameros* S. M. *Zelomosos* C. an *Sarmaticos?* GESNER. (n) *ac viles, armis* edd. a. G. *armis habiles adseverant* C. (*tamen habiles sunt cruribus*) post *armis* ins. S. Puto τὴν *habiles* dupliciter corruptam in *ac viles*, et in *ac bellis*. GESNER. (o) sic C. *cruribus. Cappad.* edd. a. G. (p) *Spanorum* C. (q) sic C. *consuevit ad usum* edd. a. G. nisi quod S. M. *ad usum sellae Persica prov. omn. meliores. Praestat equos* etc. (r) *tam* om. C. *tamen* S. M. (s) Ita pro *pios incessibus* scripsi. S. M. *et incessus ipsius nob. pret. consequuntur Arm.* Corb. *impigros incessu.* Go. *ingropis incessus.* (t) *Suffumeni* S. M. *Sofoëni* C. (v) *parte* ins. C. G. (x) *Hunnuscis* F. *Hutruscis* (f. *Hetr.*) S. *Buruscis* S. M. *Vniscis* scr. *Hunniscis* C.

Licet contumaces ad frena ac viles armis, at bellis et cet. ex primae Ed. lectione corrigebat Con. Gesner in Equo p. 459.

Ipsius incessus) Praetuli hanc lectionem, quoniam in vulgata et Corb. lectione verba *nobilitate pretiosos* inepte repetunt sensum verborum *censibus estimatos*.

Saphareni) Cum Medis Herodotus I. 110. IV. 40. Σάσπειρας. Σάπειρας memorat, qui fortasse iidem sunt; Gesnerus *Sophieni* divinabat legendum.

Si mores pulchritudo non deserat corrigebat Con. Gesner l. c.

Hunniscis) Quemadmodum ex Herodotea de Sigynnarum equis narratione V. 9. Zosimum IV. 20. Hunnos effinxisse praeclare vidit Wesselingius, ita in iisdem equos agnovi Huniscos Vegetii. En tibi suavissimi historici verba: τοὺς δὲ ἵππους αὐτέων εἶναι λασίους ἅπαν τὸ σῶμα, ἐπὶ πέντε δακτύλους τὸ βάθος τῶν τριχῶν. μικροὺς δὲ καὶ σιμοὺς καὶ ἀδυνάτους ἄνδρας φέρειν. ζευγνυμένους δὲ ὑπ' ἅρματα εἶναι ὠκυτάτους.

et aduncum caput, extantes oculi, angustae nares, latae maxillae, robusta cervix et rigida, iubae ultra genua pendentes, maiores costae, incurva spina, cauda silvosa,[y] validissimae tibiae, parvae bases, plenae ac diffusae ungulae, ilia cavata, totumque corpus angulosum, nulla in clunibus[z] arvina, nullì in musculi tori, in longitudine magis quam in altitudine statura propensior, venter exhaustus, ossa[a] grandia, macies grata, et quibus pulchritudine praestet ipsa deformitas: animus moderatus et prudens, et vulne-
6 rum patiens. Persis[b] et statura et positione[c] a caeteris equorum generibus non plurimum differt,[d] sed solius[e] ambulaturae[f] quadam gratia discernuntur a[g] caeteris. gradus est minutus et[h] creber, et qui sedentem delectet et[i] erigat, nec arte doceatur, sed
7 naturae veluti iure praestetur. Inter[k] colatorios[l] enim et eos, quos totonarios vulgus appellat, ambu-

(y) *spinosa, validis. coxae, tibiae parvae, bases plenae* S. M. (z) *cluribus* C. (a) *os agrudia* C. (b) *Persus* S. M. *Per staturam* C. (c) *positionem* C. *positio* dedit Gesner. (d) *differunt* C. (e) *sola ambulatione* C. (f) *genere. nam.* ius. C. (g) *Ciris* C. (h) *celer* C. (i) *et* om. C. Deinde Goth. *represtetur.* Forte voluit *repraesentetur.* (2) Nescio quid sibi velit S. M. Pro

ἀρματηλατέειν πρὸς ταῦτα τοὺς ἐπιχωρίους.

Positione) Gesner correxerat *positio.* aliam etiam rationem emendandi proposuit: *Persici et statura — differunt.* Equidem lectionem antiquam mutare dubitavi propter locum Ciceronis Divin. II. 46. *quid inter Indos et Persas — differat corporibus animis.*

Erigat) Berenger vertit *relieve the rider.* Sed vocem vitiosam suspicor esse.

Colatorios) Con. Gesner p. 162. mutabat in *tolutares*, quam coniecturam firmare videtur Corb. lectio.

Totonarios) Supra II. 28. (vulgo I. 56.) 57. est *tottonarios*; ubi vide notam. Vtroque in loco cum Salmasio ad Capitol. Maxim. p. 13. Cangius in Glossario sub voce *Trepidiar* legi malebat *guttonarios.* Gesner comparabat Gallorum *trotter.* Sed ipse male inspexit locum Cangii. Is enim *trottonarios* vel *trotarios* legi malebat, et comparabat locum Leonis in Tacticis c. 7. ubi τριπόδῳ et χἄλπχ de eodem motu ponuntur. A χἄλπη Gallorum *galop* derivat. Sed recte h. l. Berenger: *their pace was something between a gallop and anamble, a vile and broken pace, answering to what the French call aubin.* Idem p.

latura eorum media est; et cum neutris[m] sint similes,[n] habere aliquid creduntur ab utrisque commune. His[o] sicut probatum est, in brevi amplius[p] gratiae, 8
in prolixo itinere sevior[q] patientia, animus superbus, et nisi labore subiugetur[r] assiduo, adversum equitem contumax. mens tamen[s] prudens, et quod mirum est,[t] in tanto fervore cautissime[v] decoris est observantior, incurvata in arcum cervix,[x] ut mentum[y] recumbere videatur in pectore.

verbis enim *inter colatorios* ponit, *his sicut probatum est*, *in brevi* etc. (l) *totularios* C. *Intestulatorios* Go. (m) sic C. *neutri* al. (n) *similis — creditur* C. (o) sic C. Go. (p) *amplior gratia* C. (q) *minor* S. M. *potentia* Go. (r) *subiugatus*, *assidue* Edd. a. G. *subiugatur* Go. (s) sic C. S. M. Go. *mens*, *tumens*, edd. a. G. (t) *est* om. C. (v) *caute se decuriis curvata* C. *observantior* et syllabam *in* om. etiam S. M. *observ.* omittit etiam Goth (x) *et rutamentum* C. (y) sic C. et S. M. *mentum* om. al. a. G.

80. docet, Romanos incessum sibi invisum, quem hodie *Trot* Galli dicunt, *succussationem* equumque *succussatorem* dixisse. Gallicum *Trot* ab Italico *travatto*, *tratto* derivat. *Guttonarios* et *colatorios*, graece σακκιστικοὺς (a σακκάζειν, ὑποσακκίζειν) ita interpretatur *which dealt their steps in time and measure and had a certain spring and lightness in their motions.* Cum latino *trepidare* comparat Gallicum *Piaffer*. Salmasius ad Capitol. Macrin. c. 3. graecum κάλπη a gutturnio dici etiam monet. Sed hoc loco manifesto diversi sunt colatorii a tolonariis; atque ipse Berenger antea tolonarios ex h. l. ita vertit, ut eos esse vellet, qui *galoper* dicuntur gallice. Igitur Salmasii emendationem h. l. probare non possum.

Sevior patientia) Gesner malebat *levior* vel *brevior patientia*. quam lectionem expressit *Berenger*. Propertius IV. 3. quot sine aqua Parthus millia currat equus. De Parthis etiam malim Vegetii locum interpretari; de Persis enim iam antea dixerat. Persas equos animosos, sed mollium ungularum esse, ait Gratius vers. 512. Nec ipsa ingressus differentia a Parthicorum ingressu supra II. 28. (vulgo I. 56.) 38. descripta tam manifesta est, ut Parthos a Persis h. l. distinguere liceat. Ceterum gressum illum equi, quem hodie *Amble* vocant Galli et Britanni, plurimi hodieque orientis populi cum veteribus Graecis, Romanis et Asiaticis, atque ipsi Poloni, Tartari, et Rutheni maxime probant, annotante Berenger T. I. p. 146. qui deinde p. 170. docet, medio aevo eundem gressum in bellicis equis etiam praecipue fuisse spectatum.

Cervix) Malim *cervice*. Hoc equi schema cum Galli significare volunt, equum *armer* et *encapuchoner*, Britanni similiter *arming* dicunt.

VII. Aetas longaeva Persis, Hunniscis,[a] Epirotis, ac Siculis: brevior Hispanis[b] ac Numidis. Frequens opinio est, Barbaricis nulla[c] adhibenda medicamina, quod usque adeo naturae beneficio [aegroti[d]] convalescant, ut eis nocitura sit cura. Sed falsa erat ista persuasio. Nam quanto fortiora membra sunt, tanto diutius vivunt, si ex arte[e] veniens medela non
2 desit. Spadonibus tamen inter auctores constat[f] sanguinem de matrice nunquam nisi forte ex nimia et extrema necessitate tollendum: propterea quod caloris maximam partem cum testibus amiserunt. De palato tamen, si non impediat negligentia,[g] omnibus prope mensibus tam spadonibus quam testiculatis
3 minuendus est sanguis. Admissarii[h] vero, si cohibeantur a venere, nisi[i] dematricati[2] fuerint, caecari saepe dicuntur: quamvis eo anno quo admissum faciunt, non sit eis vena laxanda, ne generationi intentum corpus cura[l] geminae necessitatis exhauriat. Studiosis equorum quae cura stabuli, qui alimentorum cultus, quae observationis[m] solicitudo praestanda
4 sit, primus ac secundus indicat liber. Nunc decursis omnibus [his,[n]] quae huius artis doctrina poscebat,[o] ad compositiones necessariarum potionum medicamen-

VII. (a) *Hunnicis* edd. *Immistis* G. *Vniscis* C. (b) *Spanis* C. (c) *nullarum potianum adhibendam medicinam* C. (d) *aegroti* om. C. (e) sic C. *ex aëre venientibus* edd. a. G. *ex arte vehemens* S. M. *veniens medulla* G. (f) Ita pro *constitit* S. M. (g) *negleg.* C. (h) *emissarii* S. M. (i) sic C. S. M. *ubi* al. pro lectione, quam recepimus pugnat Veg. 1, 24. Gesn. (2) *de matrice minuti* S. M. (l) *ex minutione deficiat* S. M. *necessitas* G. (m) *observatione* C. (n) *his* om. C. (o) Ita praeter reliquos libros etiam Goth.

Cap. VII. *Barbaricis*) Cf. supra III. Prologi sect. 4.

Spadonibus) Vide supra I. 23.

Admissum) De re ipsa supra vide I. 24. ubi est: *si ab admissura cessaverint.*

Dematricati) *De matrice minuti* S. M. Dicit ventrem. Vide supra ad V. 44. (vulgo III. 42.) 2.

torumque descendemus,[p] ex quibus explorata congessimus,[q] et ea, quae non tam ad utilitatem curandi quam ob[r] caritatem emendi mulomedicorum cupiditas inflaverat, submovimus. Constat namque, non tam 5 multis neque[s] pretiosis speciebus, sed paucis, et ad causam, de qua agitur, accommodis posse sanari. Primum igitur ut pinguia sint iumenta, tam[t] in curulibus[v] quam in sellaribus decet; deinde ut sana permaneant; post ut aegrota curentur,[x] confectiones ut dictum est, medicaminum proferemus electas ex auctoribus multis, et[y] experimentis manifestissimis approbatas.

VIII. Traditur Chiron[a] ad reficienda iumenta vel curanda hanc edidisse potionem, quae[b] internos[c] extergeat morbos, quae[b] tussim reprimat, vulsos ac[d] phthisicos curet. Ptisanae sextarium, lini seminis[e] heminam, croci unciam unam, intestinum porcinum recens, quod longanonem vocant, prius diligenter elotum,[f] vel acronem: quae si in praesentia forte non suppetunt, haedinum caput cum pedibus suis[g] et intestinis ac ventre,[h] diligenter quasi ad hominum usus curatum in cacabum novum[i] mittis. addes supe- 2
rioribus hyssopi fasces duos, cochleas germanas pur-

possidet edd. a. G. (p) Ita pro *descendimus, in quibus et explorata* C. (q) *concessimus* C. (r) *ad* C. *ad utilitatem* G. (s) *neq.* om. C. (t) *quia in curulibus et sellaribus licet* C. (v) *currilibus* edd. a. G. *cursibus quam in saltibus* S. M. (x) Videtur legendum: *curentur. Confectiones igitur.* (y) Ita pro *de* Corb.

VIII. (a) *Cyro* C. (b) Ita pro *qua* bis cum C. Gesn. (c) *interna* C. *extergat* Go. (d) Ita pro *tussicos* corr. Gesn. *lactesycos* C. (e) *sem.* I. C. (f) Ita pro *lotum* C. *longaonis vocatur — ut lacronem* Go. (g) *suis* ex C. addidi. (h) Vulgo additum *et* cum C. omisi. (i) *novum* ex C. addidi.

Cap. VIII. *In praesentia*) Supra I. 56. (vulgo II. 28.) 17. *vel si porcina defuerint, caput hoedinum depilatum cum pedibus suis et cordulis intestinorum mundis — fasces duas — baccarum lauri cum virent sextarium —*

gatas quindecim, bulbos quindecim, ficus duplices
viginti, rutae fasciculum unum, baccarum lauri sex-
tarium unum tritum,[k] dactylos viginti, allii purgati
capita tria, sevi[l] caprini uncias sex, pulegii sicci fa-
3 sciculum. Quae[m] omnia trita decoquis in aqua cister-
nina vel coelesti, donec liquefacta carne defluant
ossa. sed aquam saepius adiicies ne[n] medicamentum
4 ustura constringat. Sed cum succum[o] spissum vide-
ris, colabis, abiectisque excrementis et ossibus addes[p]
tragacanti uncias tres pridie in[q] calida infusas; ut
inturgescat et solvi possit; adiicies passi sextarios tres,
ova cruda sex, olei rosacii ova plena sex, butyri re-
soluti[r] uncias tres, anagallici[s] uncias tres, amyli

(k) supra I, 56, 17. *cum virent.* (l) Vulgo *sepi.* (m) *Quae* om. C. (n) *nec ad med. usturam consumat. cum* C. *ustura consuccum spissum* Go. (o) *succum* ex Go. addidi. (p) *oddes* ex C. ioserui et vulg. *tracanti* correxi. (q) *in* ex C. addidi. *in calenda* C. *calida ei* Go. *infusa* Go. (r) *soluti* C. (s) *symphyti triti* S. M. (t) *morbo reficit* C. G. (v) *grandem cocleurium*

Vstura) Supra: *ne comburatur, sed fervendo pinguescat, vel succus ipse pinguior efficiatur. Post haec diligentissime colabis ad colum, tum draganti unciam I. in tres divides partes, ita quod exinde in unam potionem missurus es, pridie infundas in calidam ut inturgescat. tunc oddis passi* etc.

Rosacii) Supra variatur lectio in his verbis, ubi vide notam.

Anagallici) Sambuci Codex *symphyti triti.* Ecce Marcellus Empiricus p. 424. ed. Cornarii: *symphyti radix, quam quidam inulam rusticam, quidam alum gallicum vocant.* Ita etiam supra II. 25. (vulgo I. 53.) 4. liber Sambuci pro anagallici habebat symphyti. Sed V. 48. (vulgo III. 49) 2. pro *anagallicum* habet idem *sil gallicum.* Marcelli locus descriptus est ex Scribonio Compos. 83. ubi vide Rhodium. In Caelio Aureliano Chronic. II. 42. et V. 2. male *argallici* legi monuerunt viri docti. Sil gallicum supra V. 26. (vulgo III.) 27. Hippiatrica interpretantur σέσελι γαλλικόν. Plinius 26. sect. 26. *Halus autem quam Galli sio vocant Veneti cotoneam — similis est cunilae bubulae cacuminibus thymo, dulcis et sitim sedans, radicis alibi albae alibi nigrae.* Quae postrema sunt ex Dioscoride IV. 9. de symphyto petraeo. Herbae cydoniae cum melissophyllo meminit Galenus Medic. secundum loca libro 5. c. 5. Diversa est *ola*, quo nomine inulam rustici vocabant. Vide ad Palladium III. 24. In Plinio legendum esse suspicor: *Halus quam Galli sil vocant* De sile priorem Vegetii locum posui supra. Alter est IV. 28. 31. *sil gallici.* Tertius III. 40. ubi *silis gollici* legitur.

uncias tres, pulveris quadrigarii uncias tres, lomenti fabae [id est, farinae] sextarium. Haec omnia ita temperabis, ut per cornu defluant, et sextarios singulos ieiunis animalibus per triduum dabis. et si volueris, septem diebus interpositis repetis, et das a capite potionem. Iumenta a morbis[t] vindicat et custodit: Gentianae, aristolochiae rotundae, myrrhae troglodytis, rasurae eboris et baccarum lauri aequis ponderibus pulvis immixtus, ex quo grande[v] cochleare plenum sumis. Addes hyssopi triti scripulos quatuor, mellis vel passi uncias tres, vini sextarium, gisni[x] resoluti pastillum unum, post[y] cursum sive post laborem conditi bene piperati[z] heminam adiicies, aestate rosati vel absinthiati[a] tantundem, et per os dabis ad

C. (x) *gyfru* C. *Fac pastillos pensatos quemlibet unc.* I. *ex quibus unum* S. M. (y) *ciel cursi observatio luvorem conditum bene piperati* C. (z) *praeparati* F. M. S. M. (a) Vulgo *roris vel absinthii.* C. *rosae sive.* S. M. *olei*

Inter[t] aromaticas herbas sil nominal Scribonius Compos. 126. et Celsus V. 23. et c. 25. *semen silis* habet Plinius 24. c. 19. et *vinum sili conditum* Festus. *Sil frictum, et sil montanum* habet Apicius I. 34. III. 5. IV. 8. Sed iterum de symphyto petraeo Plinius 27. s. 24. *Alum nos vocamus, Graeci symphyton petraeum.* Medici graeci πολύγονον, Macedones osteocollam, alii talantium vocabant, ut affirmant Hippiatrica p. 181. ubi planta accurate describitur, et in usu frequenti Hispanorum esse dicitur contra equorum morbos. ubi in ταλάντιον forte latet γαλικὸν ἄλον. Quae adduntur: συνεψομένην διαμεμερισμένοις κρέασιν ἑνοῦν αὐτά: eadem Plinius 25. s. 30. de centaurio chironio: *cohaerescere etiam carnes tradunt, si coquantur simul.*

Id est farinae) Haec supra desunt. Igitur recte inclusit Gesner.

Haec omnia ita) Haec usque ad finem sectionis variavit supra Vegetius vel librarius, ubi vide.

Gentianae) Est haec potio diapente, quam repetit sect. 8. et posuit supra I. 10. 6. ubi aristolochia longa legitur. Ceterum Gesner hic *aristologiae* reliquerat, postea vero rectum posuerat.

Gisni) Goth. *gisin*, sed ita ut facile *gifru* lector non satis attentus inde exsculpere possit. Vide ad IV. (vulgo III.) 2. 14.

Rosati vel absinthiati) Ita cum Morgagni II. 24. scripsi ex libri II. 28. (vulgo I. 56.) 22. Forte etiam *olei et rosati* legendum est ex scriptura S. M. Vulgatum olim *roris* Conr. Gesner in Equo p. 494. corrigebat *roris marini.*

7 cornu. Si aestu animal fatigatur, puscam[b] cum pulegio trito misces, naresque et faciem confovebis: ova quoque trita cum hemina vini veteris, optimi faucibus infundes, ut per[c] ovi refrigerium vini[d] virtus accrescat. Maciem languoremque depellit, si semiunciam sulphuris cum myrrhae scripulis quatuor in pulverem resolutis ovum crudum et vini veteris sextarius
8 addatur, frequenterque per fauces detur: Diapente[e] est, ut[f] supra retulimus, necessarium pluribus[g] causis ac morbis, et semper diligenti confectione servandum. Gentianae, aristolochiae rotundae, myrrhae, rasurae eboris, et baccarum lauri, de recentibus speciebus in unum redactis minutissimis pulvis, ex hoc febrientibus plenum cochleare cum tribus unciis mellis, et aquae tepidae sextario, in qua radices iunci et apium sufficiens decoctum fuerit, per os dabis; ita ut triduo
9 similiter[h] cura procedat. Idem pulvis si ultra cochlearium cum sextario vini veteris et olei viridis hemina detur, animal a quibuslibet venenis, vel serpentum aut bestiolarum morsibus liberat. Cui si piperis atque pulegii nec non etiam cymini pulveris aliud cochleare addideris, et cum vini veteris sextario dederis, omne frigus expellit.

IX. Tussim quoque insanabilem cura[a] cum hemina passi et tribus unciis olei et ovo crudo, si[b] per triduum defundis[c] faucibus, addito fabae polline et foeni graeci binis cochlearibus. Praeterea valde tus-

rosati. (b) pro *poscam.* Deinceps G. *faciem confricabis.* (c) *ovu lene ref.* C. *ut ovis bene — virtutem* G. (d) *vino vetus adcr.* C. (e) sic C. *diapenton* al. a. G. (f) *quod* C. S. M. G. (g) *plurimis* C. G. (h) *simulis* C.

IX. (a) sic S. *curat* al. (b) *si* om. C. (c) *defundas* C. (d) sic C. *foe-*

Puscam) Haec est pusca puleiata IV. (III) 76. 2.

Cui refrigerium) Ex Cod. lego: *cui lene refrigerium vino virtus adcrescat.*

Diapente) Cf. ad I. 10. 6. et II. 36. (vulgo I. 61.) 1.

sientibus prodest fabae frixae sextarius sine sale co-
ctae,[e] sevi caprini unciae tres, butyri [f] unc. 3, allii
purgati capita tria decocta et [g] cum succo ptisanae
data per triduum. Quo medicamento validius credi- 2
tur: ficus siccae pondera duo, foeni graeci sextarium,
tragacanti unciam, pridie in calida infusam;[h] anagal-
lici [i] unciam, rutae viridis fasciculum, apii fasciculos
tres, pariter in aqua diutissime decoques, et faucibus
per triduum defundes.[2] Curare etiam vulsos credi- 3
tur, si septem uncias cineris mundissimi ex ulmo [l]
colligas, addasque [m] olei uncias tres, bulbos tritos
septem, anagallici unciam, butyri [n] unciam, sevi ca-
prini unciam, mellis uncias tres, plantaginis viridis
tritae uncias tres, passi heminam, ptisanae vel [o] lini
seminis heminam: quae ita temperata ut per cornu
defluant, per triduum, vel, ut [p] necessitas cogit, per
plures dies ieiunis [q] singulos sextarios dabis. Despe- 4
ratam tussim saepe curavit potio vilis ac facilis: pul-
veris ex faba uncias sex, pulveris ex foeno [r] graeco
uncias sex, enulae tunsae [siccae [s]] pulveris uncias
sex, pulveris anagallici [t] tunsi uncias tres, butyri un-
cias sex: quae omnia cum tribus boni vini sextariis
additoque [v] passi sextario uno semis [x] pariter agitabis,

nugraeco al. a G. (e) Ita C. vulgo *coctus*, *sepi*. In C. *sivi*. (f) *but. v.* 3. om. F. (g) *et* addidi ex C. (h) Vulgatum *infusa* correxi. (i) *Symphyti* S. M. (2) *dabis* C. (l) (*ex ulmis*) ins. S. *ex ulmo* praeposuit C. (m) *eo* ins. C. (n) *botyri* hic et al. C. (o) *et* C. (p) *si* C. (q) *ieiunis* om. C. (r) *foenig.* edd. a. G. (s) *siccae* om. S. (t) *siccati et* ins. C. (v) *addesq.* C. (x) *semis* om. S. M. (y) *defundes* C. (z) *bibat* C. (a) *Potionem*

Cap. IX. *Sine sale coctae*) Supra V. 69. (vulgo III. 70.) 6. salis nulla fit mentio, et butyrum omittitur.

Decocta, et) Ex Corb. addidi *et*, et commata post *ptisanae* delevi. Supra dat cum passo.

Infusam) Vulgatum *infusa* correxi ipse, ut et paulo antea *tracanti*. Supra haec verba variata leges.

et uni equo ieiuno ante lucem bina cornua per os
5 dabis,[y] donec omnem ebibat[z] potionem.[a] Curam quoque non parum profuisse experimenta docuerunt hac ratione compositam. Fabae frixae sextarium sine sale decoques, addesque eo[b] sevi hircini resoluti uncias tres, butyri uncias quinque: in mortario deteres uni-
6 versa. Praeterea foeni graeci sextarium bene purgatum fervere facies, primamque aquam inter initia fervoris[c] effundês, addesque aquae sextarios quinque, pinguissimas caricas viginti, et glycyrrhizae[d] uncias quatuor,[e] pariter decoquas, donec aqua ad quatuor[f]
7 sextarios redigatur. tunc[g] in mortario deteris foenum graecum, glycyrrhizam[h] et caricas, miscesque cum faba, superfundis etiam calidam,[i] in qua caricae cum caeteris coctae sunt: contemperatisque[a] omnibus, si liquor spissior fuerit, tantum passi addes, ut per cornu facile possit exire. diebus plurimis ex eo per os singulos sextarios tussientibus dabis.

X. Cossos,[a] vermes, vel tineas caeteraque animalia ventris extinguit, si heminam cineris ex olivae[b] ligno viridi collecti cum hemina olei viridis per tri-
2 duum dederis[c] ad cornu. Alia quoque confectio,

ad sequentem periodum refert S. (b) eo ins. C. (c) *fervores* edd. a. G. (d) *lyricigiae* C. Vulgo *liquiritiae*. (e) 3. C. X. S. (f) Ita pro *tres* S. M. et C. (g) sic C. *tunc* om. al. (h) *cum Caricis et lyricigia* C. *cum caricis et requilitia missisque* Goth. (i) *caldam* C. (a) sic C. *comparatisq.* al.

X. (a) *Ad Coscos* C. (b) *solibe ligno viride collecto* C. (c) *dederis ad*

Bina cornua) Mensurae nomen esse, suspicabatur Gesner; sed medicamenta omnia per cornu infunduntur animalibus a Vegetio et Columella. Quamquam etiam cornu mensuram dedit, teste Galeno, unciarum. Ita enim ille libro primo κατὰ γένη: οὐγγίας, ἃς ὡς τὸ πολὺ τοῖς κέρασι μετροῦσιν ἐπιτετμημένοις ἔξωθεν γραμμαῖς τισι κυκλοτερέσιν. quem locum posuit Cornarius ad Galenum Compos. Medic. sec. loca p. 438.

Fabae frixae) Eadem variata paululum leguntur supra V. 69. (vulgo III. 70.) 1. ubi vide, et in Hipp p. 79.

sed[d] quae saepe mortiferam liberat passionem. pulveris[e] santonici, itemque[f] absinthii Pontici, nec non lupini crudi, et herbae centaureae, et ervi pollinis, et seminis raphani binas uncias mittis, addisque cornu cervini unciam,[g] sinopidis Pontici[h] pastillos tres, opopanacis semiunciam, vini tenetani[i] vel alterius austeri sextarios duos, olei viridis sextarium, quae tepefacta ita animali defundis, ut per os cornu accipiat, in clivo[2] constitutum, quatenus succus facilius ad interiora perveniat. Postero die idem animal pronum 3
constituatur in clivo, et per clysterem intestino[l] illius tepidae potionis sextarius ingeratur,[m] quatenus alternis diebus ex utraque parte iniecta potio coagulare,[n] quod appellatur, possit infundere, in quo illae noxiae bestiolae congregantur,[o] et pertuso ventriculo excruciata doloribus animalia perimunt.[p] Est et tertia 4
confectio non minus valida: Radices capparis Siculi, vel baccas lauri[q] cum foliis ad unam libram deteris,

cornum C. (d) *sed aquae* S. *eadem quia* C. *quae eadem* S. M. (e) *pulverem* C. (f) *it. abs. Pont.* om. C. (g) *opii sem.* ins. C. (*apii seminis unciam*) ins. S. (h) pro *Ponticae.* (i) *tenibati* C. *territani* Goth. (2) *declivi* S. M. (l) *intestino* ins. S. (m) *inrigetur* C. *ut per clystere — inrigetur* Goth. (n) *longanonem* S. M. *quam gulare* Goth. (o) *congregatur* C. et S. M. Vulgo *coguntur.* (p) sic C. et S. M. *pereunt* al. a. G. (q) *lauri* ins. C.

Cap. X. *Pulveris santonici*) Supra II. 46. (vulgo I. 44.) 5. *Santonici, absinthii p. pulveris.* ubi S. M. pollinem.

Centaureae) Supra pro ea posuit *seminis nasturtii*, et addit *seminis coriandri heminam.*

Raphani) Supra *seminis radicum— scobis cornu cervini.*

Sinopidis Pontici) Sic et supra. *Ponticae* malebat Morgagni. Deinceps pro *opopanacis* supra est *pollinis ervi uncias* 3. velut S. M. *orobi*; sed alio loco habet ibi *opopanacis unciam unam.*

Tenetani) Supra *vini austeri sextarios tres*, vel ut S. M. *quatuor.* Vini cognomina varia coniectavit Morgagni, verum ex varietate scripturae non facile est assequi coniectura.

Olei viridis) Supra *olei Hispani sext. unum.*

In clivo) Supra II. 47. (vulgo I. 45.) contra clivum, et in clysteris mentione, *caput animalis in valle statues et clunes ad altiora convertes.*

pariterque [r] commisces, addisque [s] aceti sextarios duos. Quod medicamentum interdum per os (sicut superius [t] dictum est) interdum per intestinum iniicis animali, ut internos hostes potionis austeritate consumas.

XI. Adversum omnia genera morborum salutaris confectio praeparanda est, ut inter ipsa initia ex conditis possit occurri. Cassa [a] est enim medicina quae sera est. Myrrhae troglodytis [b] libram, turis masculi libram, mali Punici corii [c] tunsi selibram, piperis uncias tres, [d] croci uncias tres, acaciae rufae selibram, Cadmiae [e] botryodis selibram, resinae [f] ustae selibram, absinthii Pontici [g] selibram, pulveris serpylli selibram, betonicae [h] selibram, centaureae selibram, sagapeni selibram, saxifragae selibram, peucedani selibram.

(r) *par. comm.* om. C. (s) *eo sext. turis, capparis emin.* [h. e. *heminam*] *quoque seminis coriandri, et emin. turcii et emin. seminis erucae deferes pariterque* ins. C. (*sextarium vini, capparis heminam, et seminis erucae, tere simul, misce addens aceti H—S.*) ins. S. *cum foliis ad unam libram datis addisque iuris capparis heminam, seminis coriandri, eminam nasturtii et eminam seminis erucae, deteris pariterque commistis addis aceti* etc. Go. (t) *superius* om. C.

XI. (a) Sic S. M. *Causa enim medicinae quaerenda est* aliae. Margo tamen Fabr. habet *cassa*. Corb. *Causa est enim med. quae servanda est*. Go. *Cassa enim nec materia aeque sera.* (b) Vulgo deest. *troclitis* inserit Corb (c) Vulgo *libram*. Corb. *corium tunsum selibram.* (d) *sex* C. (e) *cathimiae butrotis* F. S. et in marg. *Casmiae. Cosimiae botriti* C. *brutotis* Goth. (f) *res. ustae* om. S. M. *aes ustum* C. *perustum* Goth. (g) *Pontici* om. C.

Cap. XI. *Ex conditis*) in usum reconditis medicamentis interpretatur Gesner. Equidem mallem verbis transpositis legi *confectio ex conditis praeparanda.*

Tunsi selibram) Corb. Lectionem firmat comparatio loci supra I. 46. 5. ubi eadem formula est, monente etiam Morgagni. Ibi sunt piperis unciae 3. (in Corb. *sex*) et croci unciae tres.

Cadmiae botryodis) Ita scribi voluit Morgagni IV. 48. cui obsecutus est Gesner. Verba *resinae ustae* omittit S. M. eis substituit Corb. *aes ustum*, quam glossam esse Cadmiae suspicabatur Gesner. Supra I. 46. 5. cadmia cum resina omittitur, et mensura in pluribus variatur.

quae omnia bene tunsa et cribrata [in[i]] mellis optimi 2 tribus sextariis misces, et ad carbones leniter[2] paululum coquis, post in vase stanneo vel vitreo condita[l] servas, ex qua confectione morbidis etiam,[m] si febriunt, ad[n] diem singula cochlearia maiora[o] cumulata cum hemina aquae tepidae et olei floris tribus unciis dabis. Quod si absque febre sunt morbidi, vel convalescere iam[p] coeperint, cum vino et oleo plurimis diebus dabis, donec animal liberetur. Quam validissimam et approbatam[q] noveris potionem.

XII. Suffimentorum compositio fascinum pellit, lustrat animal, fugat daemones, submovet morbos. Odor[a] namque fumi ac spiritus per os ac nares ingrediens penetrat ad viscerum[b] omnes recessus, ac curat saepius loca, quae potiones non potuerunt curare.[c] Sic[d] tussis etiam in hominibus suffimentorum vapore praecipue sanatur. Denique[e] desperatos et 2 periculosissimos morbos auctores[f] mulomedicinae adserunt non ex pabulo[g] aut aquarum vitio sed aëris corruptione descendere.[h] Et ideo facilius languorem, quem pestilens morbus[i] ingessit, suffimenti[2] salubri

(h) *Vettonicae* C. (i) *in* om. C. (2) *leviter* edd. a. G. (l) *recondita* C. (m) *animalibus si etiam* C. *etiam* ins. ex S. (n) *diebus singulis* S. M. (o) *minora* C. (p) sic C. *etiam* al. (q) *probatam* C.

XII. (a) *odoris n. fumus* C. (b) sic el S. M. *ulcerum* al. a. G. (c) *nec tangere* ins. S. M. *potio potuit* Goth. (d) *Sic tussis etiam in omnibus suffimentorum praecipue vapore sanantur* C. *sicut etiam in hominibus suff. vapore pr. sanantur* S. M. Vulgo erat: *Etiam in hominibus suffimentorum vapor praecipue sequitur.* (e) *de quibus* C. (f) *aut sicut mulo medici* edd. a. G. nobiscum C. (g) *stabuli* C. (h) *descendentes* edd. a. G. (i) *ventus ingesserit* C. (2) *suffumentorum salubri curatur adflatu. Cuius talis est compositio. Sulph.* C. *suffimentorum* Goth. Vulgo erat: *suffimenti huius curat*

Stanneo) Vulgo *stagneo* hic et supra; sed altero loco verum offerunt libri scripti.

Olei floris) Supra *olei optimi*.

Cap. XII. Multa et enormia huius capitis vitia ex libris scriptis correxi, et ex loco gemino I. 20. Lacunas etiam ex libris supplevi.

curatur afflatu. Cuius talis est compositio : Sulphuris
3 vivi libram, bituminis Iudaici libram, opopanacis[l]
unciam,[m] galbani selibram, castorei selibram, aeris[n]
crudi selibram, albitis selibram, salis Ammoniaci
uncias tres, rasurae cornu cervini uncias tres, sino-
pidis[o] uncias tres, gagatis foeminae uncias tres, lapi-
dis gagatis masculi uncias tres, lapidis haematitis[p]
unciam unam, lapidis sideritis unciam unam, lapidis
argyritis unciam unam, caballiones marinos septem,
stellas[q] marinas quatuor, pilas[r] marinas septem, cau-
das[s] marinas septem, ungues marinos septem, uvae
marinae uncias tres, medullae[t] tedae pineae pondera[v]
tria, cedriae pondera[v] tria, picis liquidae pondera[v]
tria, ossa sepiae septem. haec siccata pariter deterun-
4 tur atque miscentur. ex quibus unum cochleare, cum[x]
opus fuerit, vivis carbonibus aspergis, et cooperto[y]
capite, ut fumum per os naresque suscipiat, animal
suffis. Quod suffimentum praeter curam iumentorum,
sanat incurrentes[z] hominum passiones, grandinemque
depellit, daemones abigit[zz] et larvas.

afflatus. At talis compositio suffimentorum. (l) *apap.* C. (m) *unciam* om. C. (n) Vulgatum *ciceris crudi — albitis selibram* om. C. *aëris crudi sel. sulphuris unam, therbintinae sel. salis* S. M. Margo Fabr. *aëris usti.* (o) *lapidis gagatis foeminae et maris ana unc. tres* S. M. *lapidis dagatis masculi unc.* 3. *lapidis galactis unc. lapidis ematitis unc.* 3. C. unde *masculi* inserui. (p) Vulgo *ematitis.* (q) *scillas* C. *stincos, caballos marinos ana unc. VII.* S. M. (r) sic C. *pallas* al. a. G. (s) *caud. mar. VII.* om. C. (t) *medullam* C. *modullae* edd. *pineae, cedriae ana pond.* 3. S. M. (v) *lib.* C. (x) *si* C. (y) *operto* C. (z) *et incursitantes* C. (zz) *abicit et umbras fugat* C. *daem. alligat* Goth.

Aeris crudi) Ila M. Fabr. el S. M. Vulgo *ciceris.* Supra I. 20. in eadem formula vulgo erat *yreos crudi ana uncias* 6. Ibidem pro *albitis selibram* esl *salis cappadocis uncias tres*; sinopis plane omiltitur.

Stellas) Supra omisit slellas el pilas. In Corb. esl *scillas*, in S. M. *scincas* pro slellas.

Medullae) Supra *medullae cervinae, cedrei, picis liquidae ana pondera tria.*

Et larvas) Supra esl: *et aerem defecare dicuntur.*

XIII. Quadrigarium pulverem vocant, qui ex diverso pigmentorum genere mixtus et per se adiuvat animalia, et aliis potionibus pro modo vel curae ratione[a] miscetur. Huius Chiron[b] talem compositionem 2
saluberrimam credit.[c] Tracanti pondera tria, aloës[d] uncias sex,[e] myrrhae uncias sex et -)[f] 1, costi unciam unam et -)[f] 1, amomi[g] unciam unam et[f] -) 1, cassiae[h] unciam unam et[f] -), gentianae[i] libram unam, aristolochiae libram, centaureae libram, betonicae libram,[2] saxifragae libram,[l] samsuci libram, opii[m] libram, abrotani libram, eupatorii uncias sex, cardamomi uncias sex, folii uncias tres, spicae nardi uncias tres, spicae Celticae uncias sex, asari libram, dauci uncias tres, castorii uncias sex, opopanacis uncias sex, galbani uncias sex, struthii[n] uncias sex, panacis radicis uncias sex, liquiritiae[o] uncias sex, aristolochiae longae unc. III. absinthii[p] fasces tres, succi herbae peristereonis cyathos duos, radices vel surculos ipsius herbae peristereonis siccas et cribratas drachmas 6, haec omnia pariter conteres, et diligentissime[q] in vase vitreo vel stagneo servabis. Pela- 3

XIII. (a) Ita pro *curatione* C. (b) *Cyro* C. (c) *dedit* C. S. M. (d) *aloë* S. (e) *septem* S. M. (f) *et* -) 1. *om.* C. (g) *Armoniaci* edd. nobisc. C. *Amomi, myrrhae, costi, casiae ana unc. VII.* S. M. (h) *casiae* S. M. (i) *gentianae, aristolochiae, meliloti, cent. beton. saxifr. cynaritos, sinapis succi, hyssopi, abrot. ana lib. 1. Eupatorii, cardamomi ana unc. VI. folii, spicanardae, ana unc. III, spicae Celticae unc. VI, asari lib. 1. dauci unc. III, Castorei opopanacis, Galbani, strieii, radicis panacis ana unc. VI, liquiritiae aristolochiae longae ana unc. III, absinthii fasciculos III, succi peristereon cyathos duos, radicum peristereon vel foliorum pulveris unc. VI. Haec etc.* S. M. (2) *meliloti lib.* 1. ins. C. *meliloti* pro *aristologiae* Goth. (l) *seynoanthus lib.* 1. C. h. e. *schoenuanthus.* Goth. inserit *yriniantes libr.* (m) *ysopi* C. h. e. *hyssopi.* (n) Vulgo *strutii.* (o) *licingiae* C. *glycyrrhizae* verum. *requilsiae* Goth. (p) *aristolochiae longae unc. III, absinthii fasc. III, succum herbae peristeriae cyathos duos, radices vel surculos ipsius herbae peristereonis siccas et cribratas dracmas 6. Haec omnia* C. *Aristologiae unc.* 3. inserit etiam Goth. Vnde addidi. Deinceps vulgo erat: *peristerei siccae et cribratae uncias quinque, haec omnia etc.* (q) *di-*

gonius vero[r] quadrigarii pulveris eiusmodi composuit confectionem: Cinnamomi, spicae Syriacae, spicae Indicae, croci Siculi, myrrhae Troglodytis, schoenanthi,[s] piperis nigri, piperis longi, mannae[t] croci, betonicae, cassiae nigrae, trissaginis,[v] folii, nardi, lentisci,[x] cepae Indicae (nardi,[y] storacis) acori Pontici,[z] turis masculi, irisillyricae, thymi Cretici, piperis albi, calami aromatici,[a] asari Pontici, petroselini, mannae croci, mali terreni, gentianae, rosae aridae, cassiae fistulae, enulae: omnia aequis ponderibus pro modo animalium misces, conteris, cribras, in pyxide[b] vel vitreo dolio condis, et cum opus fuerit singula cochlearia vel amplius, si vires animalium[c] patiuntur, iumentis singulis dabis, addito vino et oleo. Interdum aliis potionibus misces, si ratio artis
4 vel cura mandaverit. Absyrtus quadrigarium pulve-

ligenter servabis C. (r) *quoque* C. Hinc reliqua om. S. M. (s) Vulgo *scieni*. Corb. *scinoatos*. Goth. *scoeni*. (t) *Xylocinnamomi cassiae, betonicae, cassiae nigrae* Corb. Vulgo ante Gesn. erat *catiae*. (v) *tapsaginis* Go. (x) Ita pro *lentici* C. Goth. (y) *nardi stor.* om. C. paulo autea vulgo *cepe Indici*. (z) *meum* addit C. (a) *Syriaci* C. (b) *pixidem vel vitreum doliolum condes* C. (c) *animalium* addidi ex C. (d) ante Gesn. erat *nidafantis* qui

Cap. XIII. *Troglodytis*) Hippiatr. p. 305. τρωγλήτιδος σχοινάνθης. unde vulgatum *scieni* correxi.

Mannae croci) Bis in eadem formula nominatur, ab Hipp. omissa. Est κροκόμαγμα. Betonicam omittunt etiam. Hipp.

Cassiae nigrae) Graece est Κασίας μελαίνης. Morgagni *acaciae* malebat, sed locum Hippiatr. ignorabat.

Trissaginis) In Hipp. desunt haec *folli, nardi, lentisci*. Pro trissagine Hippiatrica nominant chamaedryn.

Cepae Indicae) Vulgo *cepe Indici*. Graece est: κρομίων ἰδικῶν pro κρομύων ἰνδικῶν. An fuit Ἰσσικῶν. Issicae? quod genus ex Theophrasti H. P. VII. 4. laudat Plinius 19. sect. 32.

Nardi storacis) Haec duo vocabula, in Corb. omissa, ut etiam in Hipp. inclusi.

Acori) Hipp. ἀγρίου ποντικοῦ male; deinceps ἴρεως λευκῆς. omisso *thymo, pipere albo, calamo*. Postea pro *asari pontici* in Hipp. est λασάρου ποντικοῦ.

Petrosilini) Hippiatr. πετροσελίνου ξηροῦ κασίας σύριγγος. omissis malo terreno et enula. Itaque ibi ex h. l. lege πετροσελίνου, ῥόδου ξηροῦ, κασίας etc.

rem hac ratione composuit: Folium, spica nardi, crocus, piper album, piper longum, piper nigrum, opopanacis radix, cassia dafnitis,[d] cassia marmalitis,[e] cassia[f] nardina, irisillyrica, apii semen, malum terrae, peucedanum, sabina,[g] gentiana, herba[h] rosina, thymum, myrrha, trixago,[i] costum, tus masculum, gesse mantium,[2] malum Punicum, calamum aromaticum, rosa sicca, ruta agrestis, petroselinum, aristolochia longa, amomum, calamum Syriacum, herba Artemisia. haec omnia pro numero animalium praeparas, aequis ponderibus misces[l] et tundis, cribratasque[m] servabis ad diversas passiones.

XIV. Causticum humectata siccat, laxata constringit, luxata[a] reparat, laesa confirmat. Huius Chiron[b] talem compositionem demonstrat.[c] Bituminis Iudaici pondera duo, bituminis Apollonii pondera duo, mannae[d] turis uncias sex, bdellii[e] Arabici uncias duas,

ex Corb. dedit *dafnitae*. Vulgo etiam bis *cassiae* erat. (e) *asmalitae* C *masmalitem* Go. (f) *cassiam nardinam*, *yrisillyrioam* Corb. (g) *radicem herbae Sabinae* C. (h) *herbam clerusmam*, *pernam* C. *herba rasina* Go (i) *traxaginem* C. (2) *gessemante cumeum iuncanicum punicum* C. (l) Ita C. pro *intermisces*. (m) Ita C. pro *cribrasque et servabis*, *adversus passiones usurus*.

XIV. (1) Ita pro *parat* C. et Goth. in quibus tamen est *laxa*. *reparat* etiam coniecerat Cl. Morg. IV, 50. (b) *Cyron* C. (c) *demonstravit. Sulfur Iud.* C. (d) *Smyrnae et turis ana unc. VI*, *Bdellii unc. II*, *Cerae propoleos unc. II*, *opponacis unc. II*, *castorei*, *galbani*, *styracis ana unc. II*, *me-*

Dafnitis) Vulgatum *nidafantis* ex Corb. in *dafnitae* mutaverat Gesner, equidem ex Gothani libri *daphnitus* verum dedi, et bis positum *cassiae* correxi. Deinceps *asmalitae* Corb. *mas malitem* Goth. Recte Gesner ex Dioscor. I. 12. censebat vulgatum corrigendum; in ipso tamen Dioscoride lectio variat inter μοσυλῖτις, μουσυλητικός et μουσυλιτικός. Idem I. c. 12. cinnamomum μόσυλον (Aldino μούσυλον) simile esse ait cassiae, μοσυλῖτιδι dictae, ubi Aldina μουσυλῖτιν habet. In Galeni libro de Ther. ad Pisonem cinnamomum est μόσυλλον. Casiam δαφνῖτιν Dioscoridae Plinius daphnoidem appellat. Nardinam alibi non reperi nominatam.

Calamum Syriacum) qui distinguatur ab aromatico, disputat Bodaeus ad Theophr. p. 1005. b. unde dicatur Syriacus, vide in Indice.

medullae[f] cervinae pondera duo, propoleos[g] uncias
duas, galbani uncias duas, guttae storacis uncias
duas, cerae communis pondera duo, resinae cavealis[h]
libram unam, visci Italici uncias tres, apochymatis[i]
uncias duas, succi hyssopi uncias duas, guttae Am-
moniacae[k] uncias duas, picis Brutiae[l] libram. [lique-
facienda[m] liquefac, pulverem aliorum addens agita
et coque, ut sit una substantia; quo uteris adversus ve-
sicas et suffusiones, quae nascuntur in genibus et tibiis
et nodis et articulis: et glandulas et ossilaginem cu-
2 rare creditur]. Pelagonius causticum, quod suffu-
siones vesicasque siccaret in genibus vel articulis,
hac ratione composuit: Cerae Punicae[n] libram, resi-
nae pondera duo et semis, galbani uncias tres,
asphalti Iudaici pondera duo, myrrhae secundariae
pondera duo,[o] bituminis libram, Ammoniaci[p] uncias
3 sex, costi uncias sex. Verum caetera decoquis in
cacabo fictili novo, quae[q] cum refrixerint, addis

dullae cervinae pondo 11, *axungiae pondo* 11, *resinae pond.* 11, *terebinthinae lib.* 1, *resinae abietis lib.* 1, *visci unc. III.* S. M. (e) *videllae Arabicae* C. conf. 3, 28, 4. (f) *cerae propalis unc.* 2, *apopanacis unc.* 2, *castorei unc.* 2, *galbani unc. guttae staracis unc.* 2, *medulae cervinae p̊* 2, *cerae communis p̊* 2, *axungiae p̊* 2, *resinae frixae p̊* 2, *resinae terebinthinae lib.* 1, *resinae vecuminae lib.* 1, *resinae abiales lib.* 1. (g) *propulei* edd. *propolei* Golh. (h) *cabialis* edd. a. G. (i) *apoxima* edd. a. G. *apocima* C. M. nobiscum ipse C. (2) *Armon.* edd. a. G. (l) *brittiae* C. *britiae* al. nos sequimur rationem et Morg. IV, 64. Gesn. (m) inclusa ins. S. M. (n) *Ponticae* C. (o) *visci Campani p̊* 2. ins. C. (p) *Amon.* C. *armon.* al. Vnde

Cap. XIV. *Guttae storacis*) Convenire videtur *gutta ammoniaca* mox posita. Plinius 12. s. 32. de ture: *quod ex eo rotunditate guttae pependit, masculum vocamus — G.aeci stagoniam et atomum tali modo appellant — etiamnum tamen inveniuntur guttae, quae tertiam partem minae hoc est* 28 *denariorum pondus aequent.* Storacem in Creta novit Plinius, circa Haliartum in Boeotia Plutarchus Lysand. c. 28. Esl slyrax *officinale* Linn. Cf. Dioscor. I. 79. Du Hamel Traité des Arbres T. 2. p. 288.

Ossilaginem) Vulgatum *ossulaginem* ex secl. 1. correxi, auctore ibi Sambuci libro. Videri mihi *ustilaginem* eandem cum uredine et urigine, dixi supra ad III. (vulgo II.) 52.

asphaltum et Ammoniacum et costum pro mensura, qua scriptum est, tritum ad modum farinae, et agitabis, et iterum coques, ut sit una substantia; quo uteris adversum [venas[r] et] vesicas et suffusiones, quae nascuntur in genibus aut in tibiis aut internodiis[s] aut in[t] articulis, usque eo ut etiam[v] ossilaginem curare credatur.[x] Malagma quoque causticum hac 4
voluit ratione componi. Picis pondera duo, cerae pondera duo, galbani uncias tres, resinae libram, adipis taurinae pondera duo, bdellii[y] uncias septem, thuris[z] pollinis uncias tres, resinae terebinthinae uncias sex, visci pondera duo, glutis[a] uncias tres. Absyrtus huiusmodi causticum ad[b] curam glandula- 5
rum:[c] resinae frixae uncias tres,[d] picis durae uncias tres, bituminis Iudaici uncias tres, evisci[e] uncias tres, galbani uncias tres, bituminis Graeci uncias tres. haec omnia in vino[f] decoquis, bitumen vero contundis, et superimmittis.[g]

ausi sumus *Armeniacum* hic et aliis aliquot locis reponere, quod illud pigmenti genus ad Malagmas in primis commendetur. Gesn. Deinceps Go. *verum etiam*. (q) *quae c. refrixerint* C. (r) *venas et* om. C. (s) *internodis* C. h. e. *internodiis*. (t) *in* om. C. (v) *etiam* ins. C. (x) sic C. *credantur* al. (y) *videllae unc.* 3. C. *bidellae* Goth. (z) *thur. p. v.* 3. om. C. (a) *guttae* C. (b) Ita C. pro *hac ratione composuit*. (c) Ita pro *glandularis* C. (d) *resinae asturosae* (quid si *Etruscae* de qua Diosc. 1, 92.) *unc.* 3, *resinae terebinthinae unc.* 3, *cerae unc.* 3, *picis durae unc.* 3, *bituminis Iudaici unc.* 1, *dauci unc.* 3, *bituminis Graeci unc.* 3, *galbani unc.* 3. (e) *visci* coniect. Morg. IV, 42. (f) *unum* C. (g) *supermittes* C.

Glutis) Corb. *guttae* habet. *Glutinis* corrigebant Rhodius et Morgagni. Gesner vulgatum defendit, et supra V. 65. (vulgo III. 66.) vulgatum *glutis taurini* ex Corb. (et Goth.) mutavit in *glutis taurinae*. Idem vulgatae patrocinium quaesivit ab Ausonio Idyll. XII. 8. Certe in Sosipatri loco. *Haec glus glutis, alii gluten dixerunt.* parum praesidii est; nam editiones principes, Neapolitana, Basileensis et Hanoviana ibi habent *glus glutinis*, monente Morgagni. Nominativum *glus* et ablativum *glute* auctoritate Ausonii et Paulini firmavit Gesneri Thes. L. L. In Marcello Empirico p. 194. *glus taurina* contra ventris inflationem imponitur.

XV. Compositio malagmae ad tumores[a] nervorum. Galbani uncias duas, resinae libram, Ammoniaci selibram,[b] picis Brutiae[c] selibram, cerae libram[d] olei quod temperare possit. Item malagma ad tumores duros et veteres. Galbani libras duas, Ammoniaci selibram, resinae terebinthinae selibram, opopanacis libram, storacis libram, cerae rufae libram, bdellii[e] libram, piperis albi unciam unam, baccae lauri libram, piperis longi unciam unam, picis Brutiae[c] selibram, olei irini quantum[f] sufficit.

XVI. Collyrium fistulare, quod conficitur, ut[a] immittatur in fistulas vulnerum, quae ab initio curata fuerint negligenter. Formatur autem ad[b] mensuram ipsius fistulae, ut, cum immissum fuerit, eandem possit implere, ut celerius [iam[c]] consumta duritie, caro viva ducat solidam cicatricem. Misy libram, feculae libram, aeruginis libram, chalcitis libram, cymini uncias sex, teres cum aceto et collyria facies.
2 Item aliter componitur collyrium fistulare: Misy, aeruginis, chalcitis libras singulas, mellis uncias sex, lonchitis[d] pondera duo, coquas[e] ex vino veteri pastillosque inde[f] facies fistulis inserendos.

XV. (a) *tumorem nervorum. Galb.* C. pro *duros* etiam *nervorum* S. M. Vulgo *duros et veteres.* (b) *lib.* 1. C. (c) sic S. M. *brttiae* C. *britiae* al. *piers buirie* Goth.[?] (d) *selib.* C. (e) *videllae* C. (f) *quod satis est* C. *olei immittis* Goth.

XVI. (a) *immittatur*, om. *ut* C. (b) *in* C. (c) *iam* om. C. (d) *lactis* F. M. S. M. *longitae* C. Iu Goth. *gongitis.* Vulgo *zungitis.* (e) *coques cum* C. (f) *inde* om. C. Deinceps Goth. *infovendos.*

Cap. XVI. De argumento vide supra ad V. 25. (vulgo III. 26.) 2.

Duritia) Callositatem supra dixit; graece est ἐσχάρα Hippiatr. p. 270 ubi collyria diversa ab his posita reperies.

Aceto, et collyria) Vulgo *vel collyria.* quod sententia postulante correxi.

Lonchitis) Quod ex librorum scriptura coniecerat Gesner, posui pro *zungitis.* De lonchitide vide Dioscor. 3. 161. Plinium 20. sect. 88. et Galenum Fac. S. M. libro 7. cuius radicem lieni, semen hydropicis prodesse refert Plinius.

XVII. Compositio malagmae crudae. Calcis vivae libras duas, sinapis[a] Alexandrini libram, ficus[b] siccae uncias sex, axungiae quantum[c] sufficit, immisces,[d] contundis, et uteris.

XVIII. Compositio synchrismae. Cerae rufae[a] pondera duo, resinae frixae pondera duo, olei laurini libram, sepi taurini libram, axungiae libram, medullae cervinae libram, olei[b] Cyprini, aeruginis, hyssopi, axungiae veteris libras singulas: haec omnia[c] pariter ad carbones decoquis[d] et uteris.

XIX. Traumaticum medicamentum curationi vulnerum valde convenit. Nam absumta[a] putredine vivam carnem ad sanitatem reducit.[b] Huius est talis compositio. Misy libram, chalcitis pondera duo, aeruginis libram, pariter colabis, et supra tegulam[c] in igne[d] pones, et coques ut rubeum fiat. Post in mortario teres, et ad similitudinem farinae pulverem facies. Deinde duos sextarios mellis in olla nova coquis cum[e] vino, et cum fervere[f] coeperit, adiicies[g] pulverem supra scriptum, agitabis, et pariter decoques: refrigeratoque ad cancromata et[h] plagas vel[i] famices ad cicatricem reducendas uteris. Traumaticum quoque hac ratione componitur: Misy, cadmiae,[2] aloës,[l] acori libras singulas, aeruginis libras duas, chalcitis libram,

XVII. In hoc et proximo capite, quae lemmatis locum occuparant ad contextum ipsum redire, h. e. in locum suum, iussi. Gesn. (a) sic C. qui firmat adeo coniecturam Cl. Morgagni IV, 51. Ante Gesn. erat *sinopidis* (b) *picis* C. (c) *quod* C. (d) *et unum contundes* C. *in unum* Goth.

XVIII. (a) *Afrae* C. (b) *olei Cypr. lib.* 5, *aeruginis lib.* 1, *axungias vet. lib. unam* S. M. *hyssopi* mentio mihi displicet. (c) *omnia* om. Corb. (d) *coques* C.

XIX. (a) *consumta* S. M. (b) *adducit* C. (c) *tegulas* C. (d) Ita pro *ignem* C. (e) *cum vino* om. Corb. (f) *bene* C. forte fuit *ferbere*. Gesn. (g) *adiicies* ins. C. (h) *cancromata, plagas* C. *cancromatiam et pl.* Goth. Vulgo *cancromatas plagas, ad famicem et cicatrices*. (i) *et famices vel ad cicatricem* C. *famices* Gothano. (2) Vulgo *cathimiae* legitur. *Casiniae* C. (l) *aloës cunnes lib.* 1, *aerug.* etc. reliquis om. C. *alios rues* Goth.

mellis libras duas in olla nova decoques, refrigeratoque uteris.

XX. Malagmae quoque istiusmodi[a] compositio approbata[b] est. Mellis libram, galbani, storacis,[c] bdellii,[d] piperis albi singulas libras, Ammoniaci pondera duo, medullae cervinae, baccarum lauri ana libram, thuris pollinis uncias duas, sepi caprini uncias quinque.

XXI. Malagmae quoque medicamentum hac ratione componitur: Ammoniaci uncias tres, cerae libram, nitri floris uncias duas, resinae terebinthinae pondera duo, storacis uncias tres, baccarum lauri uncias sex, olei Cyprini uncias tres,[a] olei laurini uncias tres, medullae[b] cervinae uncias sex, olei rosati uncias tres, adipis aserinae[c] uncias sex, hyssopi uncias quatuor, adipis[d] cervinae uncias sex, opopanacis uncias sex, piperis albi uncias duas, galbani uncias tres, axungiae veteris libram, aceti acerrimi heminam, thuris masculi uncias quatuor.

XXII. Absyrtus compositionem[a] anacollimatis eiusmodi composuit et prodidit: Floris nitri sextarium, opopanacis uncias tres, croci Siculi uncias duas, piperis albi unciam,[b] pollinis turis uncias tres, cochleas contusas decem, bulbos viginti, avellanas viginti, quae omnia contusa et permixta si aceto temperaris,[c] divulsa coniungis. Efficacius tamen est, si de locis[d] dolentibus emissum sanguinem ipsius animalis addi-

XX. (a) *basilicae* add. in lemmate. (b) *probata* C. (c) *storacis* om. C. *propoleos* substit. S. M. (d) *videllae* C.

XXI. (a) Hoc et tria proxima capita om. S. M. (b) *olei ydrini unc.* 3, *olei rosei unc.* 3. ins. C. *olei irini unc.* 3. aperte Goth. (b) *medullae — uncias* 3. om. C. (c) *asarinos* C. Voluitne *anserinae* Vegetius? (d) *medullae* C. vid. not. c.

XXII. (a) *compositiones anacolematis* C. (b) *semunc.* C. (c) *temperes*, *devulsa coniunges* C. (d) Ita pro *si locis dolorosis* C. (e) sic C. *syncri-*

deris. Compositio synchrismae.[e] Storacis uncias qua- 2
tuor, Ammoniaci uncias tres, medullae cervinae un-
cias duas,[f] olei gleucini[g] uncias sex, olei Cyprini
uncias tres, sevi taurini uncias tres, resinae terebin-
thinae uncias quatuor, adipis ursinae uncias tres,
adipis leoninae uncias quatuor, propoleos[h] uncias
tres, olei veteris uncias sex, axungiae veteris libram,
olei Sabinensis[i] libram, opopanacis, galbani uncias
tres. haec ad carbones lentis vaporibus decoquuntur,
et unctionem saluberrimam praestant.

XXIII. Compositio malagmae crudae talis est. cerae
Punicae selibram, Ammoniaci selibram, bdellii[a] un-
cias tres, storacis uncias duas, sagapeni[b] uncias qua-
tuor, thuris pollinis uncias sex, olei veteris uncias
quatuor, propoleos[c] uncias duas, medullae cervinae
uncias sex, sepi taurini uncias duas, resinae frixae
uncias duas, adipis ursinae,[d] uncias duas, adipis
leonis uncias duas, opopanacis, baccarum lauri, ana
uncias duas, olei Cyprini uncias quatuor, gentianae
uncias tres, resinae Colophoniae uncias sex, galbani
uncias sex.[e] Item alia compositio malagmae: Cerae,[f]
Ammoniaci ana libram, storacis uncias sex, sagapeni 2
uncias tres, thuris pollinis uncias tres, medullae cer-
vinae uncias quatuor, opii[g] Hispani uncias duas, pro-
poleos[h] uncias quatuor, sepi caprini uncias sex, gal-
bani uncias sex, picis Brutiae[i] uncias quatuor, resinae

smae al. a. G. (f) *turis pollinis unc.* 3, *oleum laurinum unc.* 2. ips. C. (g) Vulgo *glaucini.* (h) *propulei* F. *prapolini* C. *propolei* Go. (i) sic C. et Morg. IV, 52. *Savirensis* al. a. G.

XXIII. (a) *videllae* C. (b) sic C. *sagapini* al. (c) *propulei* F. *populei* S. *propolis* C. *prapolei* Goth. nobiscum Morg. IV, 52. (d) *ursini* — *leanini* C. (e) *resinae terebinthinae unc.* 6. C. (f) *Cattilae sacrae lib.* Corb. (g) *opium Spanum* C. Videtur *olei* verum esse. (h) *adipis ursini unc.* 3, *opopanacis* (ita solet pro *opop.*) *unc.* 2, *olei cuprini unc.* 3. *gaelbani* ius. C. (i) *britiae* edd. *brittiae* C. *Brutiae* S. M. vid. Morg. IV, 64.

terebinthinae uncias tres, resinae frixae uncias quatuor, aceti acerrimi uncias quatuor, olei lentiscini uncias sex, olei irini uncias quatuor.

XXIV. Compositio malagmae ad uligines. Salis Afri libram unam, bulbi libram, nitrum,[a] sulphuris libram unam, mysi libras duas, olei libram. his coctis diligenter uteris.

XXV. Compositio malagmae ad nervos. Sulphuris vivi, aluminis, resinae, picis Brutiae ana libram unam, cerae pondera duo, medullae cervinae libram unam. haec omnia pariter diu agitas aut verberas.

XXVI. Compositio traumatici.[a] Gallae uncias quatuor, aeris usti uncias tres, corticis mali Punici[b] uncias tres, misy uncias quatuor, vini unciam unam, aceti uncias tres, in olla nova excoquis et uteris.

XXVII. Collyriorum quoque confectiones[a] Absyrti, Pelagonii, Chironisque[b] subiecimus. Ad album enim de oculis tollendum[c] et abstergendum Absyrtus tradidit[d] nuces avellanas[e] purgatas comburi debere donec redigantur in cineres, in mortario deteri, addique eo mannae thuris idem pondus, quae diutissime trita et creta[f] melle optimo[g] adiecto comprehenduntur, et
2 sic inungitur animal. Idem Absyrtus eiusmodi collyrium laudat. Piperis albi grana octo, mellis Attici

XXIV. Hoc et duo capp. proxima om. C. (a) *nitrum* om. F.

XXVI. (a) *tragmantici* S. M. (b) *misy ana drachmas tres, vini, aceti ana uncias tres* S. M.

XXVII. (a) Ita pro *Compositiones collyriorum* dedi ex Corb. (b) *Cyronis* C. (c) *tollendum et* om. C. (d) *tradit* C. (e) *avell. purgatas comburi debere — deteri, addique eo* C. Habet etiam in marg. Fabricianus liber, *nitrum*, il. *al. misceri*: sed non indicatur, quo sint referenda. Vulgo erat: *avellanas combustas donec — deteres addesque.* (f) *creta* ins. C. (g) *opt. acetoque mysi libr.* 1. *comprehenditur, et sic inungitur animal* C. Vulgo est:

CAP. XXIV. *Vligines*) Cf. ad III. (vulgo II.) 52. 4. notam.

uncias duas, croci uncias duas, sepiae marinae testae[h]
diligentissime tritae uncias duas, balsami unciam
unam. Pelagonius tale collyrium monstrat. Pariter[i]
oleum, sal,[k] resinam, cerussam, opobalsamum, ad-
dito melle[l] deteris atque componis,[m] alternis diebus
inducis usque ad sanitatem. Nardinum quoque col-
lyrium hac ratione composuit. Violae[n] uncia una, 3
spicae nardi uncia semis, cassiae,[o] myrrhae unciae
tres, croci unciae tres, olei Cyprini unciae sex, piperis
albi unciae duae, cymini[p] unciae tres. Item alia col- 4
lyria[q] composuit. opobalsami, croci, myrrhae, salis
Hispani,[r] lepidis, ossis sepiae, singulas uncias, cad-
miae[s] uncias duas, afronitri unciam unam, mellis
Attici libram. Chiron etiam vetera glaucomata hac[t] 5
collyrii indicat[v] confectione purgari. Cornu bubu-
lum[x] extremum, ubi solidum est, combures, ac[y]
thuris masculi pulverem, stercoris quoque humani
combusti et salis Ammoniaci pari mensura pulverem
facies,[z] piper longum, ossa sepiae, flos aeruginis,
vetus vinum, crocum,[a] rutam, pariter detrita com-
misces, addito optimo melle quod sufficit et inungis.
Aliud quoque collyrium simile[b] composuit. Ossa 6

comprehendantur — inungatur. (h) sic C. *marinae (diligenter stratissim.) et rutae unc.* edd. a. G. Ego vulgatum ab eo *testa — trita* correxi. (i) Ita Goth. Vulgo *propter*. Sed Codex Corb. post *mello* inserit *pariter*. Gesner male *propter* omisit nec tamen alterum substituit. (k) *butyrum* ins. C. Go. (l) *pariter* ins. C. (m) *componi et a. d. induci* C. (n) *Ampalmum unc.* 1. [quid si *ampelinum?*] *lipidum* [an *lepidium*] *unc.* 1, *propolyrnpon* [*propolis et yrinon s. irinum* forte hic latent] *panicum unc.* 1, *spica nardi semunc.* C. In Goth. pro *violae* est *antalini* et omittuntur verba *croci unc.* 3. (o) *semunc.* ins. C. (p) *gummi* coniec. Morgagni IV, 15. ex Veg. 3, 22, 12. (q) *compositio collyrii* C. (r) *Spani* C. (s) vid. Morg. IV, 48. *cathimiae* edd. a. G. *casiniae* C. (t) *eiusmodi* C. (v) *indicat* om. C. (x) sic C. *bubulinum* G. *bubulini* edd. a. G. (y) (*et terebis*) ins. S. *ac deteres. Turis quoque masculi pulverem iunges. Stercoris quoque combusti* C. *ac dens masculique* Goth. (z) *myrrham* ins. C. (a) *crocus*, *ruta* add. Sed ne sic quidem cohaeret oratio. Gesn. (b) *semel* C. (c) *crocum*, *myrrham trigonitem*,

sepiae marinae, crocus,[c] myrrha troglodytis: item sal, ac stercus crocodili, haec omnia pariter ac[d] diutissime deteruntur,[e] et bene trita cernuntur, additoque optimo melle unctionis[f] utilitatem animalibus
8 praestat.[g] Licet[h] parva et prope nulla de his, quae diversi auctores retulerunt, praeterisse[i] doceam, tamen quaecunque videbantur[k] probata conscripsi-
9 mus. Verum ne longior liber confusionem magis legentibus, quam instructionem videretur afferre, modum plenum credimus faciendum, illud[l] iterum iterumque commonentes, ut diligenti cura passionum[m] occurratur exordiis. Nam etiam incurabiles aegritudines,[n] si praeventae[o] fuerint,[p] medentis[q] arte vincuntur. Inveteratas[r] causas etiam faciles curari saepe non posse legi.

XXVIII. Cephalicum, quod facit ad omnia vulnera difficilia claudenda et supplenda: Herbae panacis radices, thus masculum, myrrham, pollinem ervi, rosae folia arida bene trita cribrata. hic pulvis confectus difficilia vulnera claudit ac curat. Nunc[a] etiam si melle decocto et huic medicamento mixto collyrium facias, et altis sub vulneribus fistulae subiicias, citius
2 supplere et sanare cogit. Medicamentum consuetum, in uso quotidiano necessarium, propter compendium et moras ita facies: aeruginem, chalcitem, aeris flo-

salis Ammoniac. stercus C. (d) *ac* om. C. (e) *teruntur* C. (f) *et in unctionibus util.* C. (g) *In huius libri fine monemus* ins. C. (h) *aut parva aut* C. (i) sic C. (*praeterissent*) *doceamus* al. a. G. (k) *videntur proba* C. (l) *aliud iterum verumque* edd. Sed elegantius C. ex Aeneid. III. 435. quod vidit etiam Morg. IV, 52. Gesn. (m) *in passionibus* C. (n) *valetudines* Corb. (o) sic C. *praesentes* edd. a. G. *recentes* coniect. Morg. IV, 53. (p) *vi* ins. edd. a. G. (q) *medendi* C. (r) *Inveteratae causae, quae etiam facile curari solent, saepe non possunt* C. et Goth.

XXVIII. Quae sequuntur, non videntur Vegetii, qui opus suum conclusit modo: sed a studioso uno pluribusve adiecta. Gesn. (a) forte *Hic*. G. *commixto* — *factum altis* — *fistulis subiectis* — *complere* in Goth. (b) vox

rem, aes ustum, haec bene trita et cribrata aequo
pondere catastalticum faciunt, quod carnem supercre-
scentem comedendo effovet.[b] Hoc idem cum aceto
et melle decoctum ad mellis crassitudinem, facies
medicamentum, quod facit ad omnia vulnera et can-
cros elympidanda et ossa scabrosa. Chlora medica- 3
mentum, quod facit ad omnia vulnera complete lym-
pidanda vel sine difficultate claudenda. ceram[c] puni-
cam, resinam terebinthinam, medullam cervinam,
aeruginem, oleum, ita conficies quantum sufficit.
Tetrapharmacum, quod facit ad omnia vulnera elym- 4
pidanda et velocius curanda.[d] Adipem taurinam,
ceram, picem, oleum. Igitur medicamentum, quod
supra dixi, catuloticum est. Lycium,[e] quod facit ad 5
omnia vulnera sordida et cancrosa: Amurcam, salem,
acetum: his mixtis quantum volueris ad crassitudinem
mellis uteris. Ossiculare[f] medicamentum, quod facit 6
ad omnia ossicula, et clavus[g] quo loco factus si deii-
ciendum volueris:[h] Picem liquidam, axungiam veterem,
aeruginem bene tritam et admixtam, colas bene co-
ctum, post decoctionem supra scripta purgat vulnera
diligenter. Stypticum, quod facit ad omnia vulnera 7
humecta et fungos[i] exsiccandos. Alumen scissum,
gallas minores, cortices mali granati, subcorticem de
ipsa arbore. haec omnia trita, pulvis ipsius vulneri-

mihi sospecta, sed qua commodiorem non comminiscor. GESNER. (c) Ita editio princeps. Male Gesn. omisit *ceram* quod tamen vocabulum deesse suspicabatur. (d) Editiones ante Gesn. inserunt: *Valde per hoc medicamentum cataloticum*, quae omisit Gesner. Editio princeps asteriscum apposuit, in Goth. hic et paulo post est *catolaticum*. Correxit Gesn. (e) Vulgo *Glicium*. (f) Ita Gesner pro *ossoclare*. (g) Vulgo *darseus q. l. factum* Goth. *clariscus*. (h) Goth. inserit: *nodicancilva*. (i) Ita pro *fongos* Gesn.

CAP. XXVIII. *Clavus*) Dedi, quod potest intelligi ex libri III. (vulgo II.) c. 60. s. 2.

8 bus exsiccandis valde prodest. Medicamentum quod facit ad omnia vulnera claudenda: Absinthium, sinopidem, lepidam,[2] haec tria bene commixta faciunt medicamentum siccum, quod ad omnia vulnera pro-
9 dest. Anapleroticum[l] medicamentum, quod facit ad omnia cava supplenda: Pollinem thuris, pollinem ervi,[m] lepidam.[2] haec bene trita medicamentum faciunt ad supplenda vel elympidanda vulnera. Ad oculorum rupturas et tuniculas servandas prodest, si fel caprinum lacti caprino misceatur, et sic penna
10 nigra oculi inungantur. Ad oculorum album sive glaucomata sic facies: vini sextarios 4, gari floris sextarium unum, mellis uncias 4, pariter decoquis et uteris. Ad recentem[n] oculorum[o] percussum: Croci, myrrhae, thuris masculi, gummi, medullae vervecinae, anagallici succi, mellis, cardami, binas uncias.
11 Synchrisma. Cerae rufae pondera 2, axungiae pondera 4, opopanacis uncias 2, olei veteris pond. 2, galbani unc. 3, myrrhae pond. 4, Armeniae[p] pond. 3, olei Cyprini pond. 4, medullae cervinae pond. 2, hyssopi pond. 2, storacis pond. 4, olei lentiscini pon-
12 dera 4. Synchrisma[q] ad alia genera. Galbani pondera 2, opopanacis pond. 1, cerae pond. 4, medullae

et Goth. (2) Gesner malebat *lepida*. (l) Volgo *Implectoricum*. Gothano *anaplectoricum*. (m) Vulgo *herbi*. (n) Ante Gesn. *vecentem*. Deinceps vulgo *ocularem*. (o) *anacardini* Goth. (p) Ante Gesn. *Armoniae*, Goth. *Aromonia*. (q) *Synchrisma* om. S. (r) Vulgo *mellini*. Videtur a cydoneis

Tuniculas) Plinius 28. sect. 47. contra ruptas tuniculas fel caprinum cum lacte muliebri habet, ruptas oculorum partes dixit 29. s. 38. ubi Harduinus monet, ab isto vitio λαγώφθαλμον graece dici apud Celsum 7. cap 7.

Nigra oculi) Sladus interpretatur κόρη, pupula oculi.

Gari floris) Ita recte Gesner pro *gorioforis*. In Goth. est *vini hemina sextarios — decoquis et succotina uteris*. Voluit *vini aminei sextarios — decoquis et sic decoctis uteris*. Vide supra ad III. (II.) 22.8. ubi eadem exstant verba.

cervinae pond. 3, thuris masculi pond. 2, piperis albi
pondus 1, resinae terebinthinae pond. 3, storacis
pond. 1, adipis anserinae pond. semis, euphorbii
uncias 5, adipis leoninae, mellis, castorei, libras sin-
gulas, olei myrrhae lib. 2, olei lentiscini pond. 2,
olei Syriaci lib. 2, olei veteris lib. 2, olei melini[r] pon-
dera 2, olei storacis pond. 2, opii pond. 3. Liparia[s] 13
sic facies. Spumae argenti pondus 1, cerussae uncias
2, vini sextarios 3, olei pondus 1, et semis. omnia
conficies, et sic uteris. Liparia[*] alio genere sic facies. 14
Spumam argenti, cerussam, thus masculum, acetum
album oleum. haec omnia in unum conteres, et cum
vino melicrato admiscees, et sic uteris. Traumaticum 15
sic facies: Chalcitidis pond. 1, misy pond. 1 semis,
aeruginis unciam 1, stercoris columbini pond. 1, ad-
arcis uncias 3 et scrupulos 3, decoquis una, et sic
uteris. Item alio genere ad phlegmonas[t] tollendas:
Sinapis Alexandrini unc. 6, fici Afrae unc. 3, axun-
giae veteris uncias 6, aceti scrup. 3. Item Trauma- 16
ticum[v] alio genere ad verrucas tollendas: Floris chal-
citis uncias 2, nitri uncias 2, lasari[x] uncias 3, aceti
heminam. Item alio genere ad suffraginosos: Aeru-
ginis, aluminis ana pond. 5, herbae sideritis, [ferra-
riae] pond. 1, aceti acris[y] sextarium unum. Ad 17
phlegmonas[z] discutiendas: Radicis,[a] ervi, axungiae,
aceti acris, linis in linteo, et sic uteris. Causticum 18
ad nervos crassos, vel quaecunque in notitia sunt:

dici, ut similia composita vocabula μηλόμελι etc. (s) Vulgo *Lipparia.* (t) Vulgo *flegm.* (v) *traumat.* om. S. (x) an *asari?* Diosc. 1, 9. μίγνυνται καὶ μύροις. G. (y) Vulgo *acri.* (z) Vulgo *flegmonas.* (a) *radicis ervi*

Melini) Sladus interpretatur me-lini, i. e. cydoniorum ex Dioscoride

Vino melicrato) Goth. *et partem mittis in unum melanicum.*

Ferrariae) Ex glossa sideritidis ortam cum Gesnero suspicatur Sladus. Goth. *farrariae.*

Galbani, opopanacis, medullae cervinae, resinae
terebinthinae, Armeniaci, propoleos,[b] violae, thuris
pollinis, bina pondera, resinae frixae pondera 5,
bituminis p. 3, picis durae pond. 5, resinae pituinae
pond. 5, cerae pond. 5, olei cerini pond. 3, incomii
19 pond. 2, storacis pond. 2, visci pond. 2. Causticum
ad nervorum dolores. Galbani, storacis, violae, pro-
poleos, resinae singula pond. Colophoniae uncias
sex, resinae terebinthinae pond. 6, opopanacis pond.
1, thuris pollinis, hyssopi, Armeniaci, baccae lauri,
singula pond. picis Brutiae[c] pond. 1 et semis, vini
Aminei[d] pond. 1 semis, resinae pituinae[e] pond. 1,
haec omnia in uno cacabo coques, in linteolo induces
20 calida. Malagmam cocticam[f] sic facies. Cerae albae,
galbani uncias singulas, resinae terebinthinae pond.
2, adipis taurinae pond. 3, hyssopi pond. 2, bdellii
pondus 1 semis, irisillyricae pond. 2, adipis anserinae
21 pond. 1, haec omnia decoquis et uteris. Malagma[f]
ad nervorum dolorem. Cerae unc. 6, adipis cervinae
unc. 3, galbani, piperis, Armeniaci, resinae terebin-
thinae uncias ternas, tracanti uncias 5, singula con-
22 tundis, permisces et uteris. Malagma[f] ad nervos ve-
xatos. Menthae, galbani, rubricae, storacis, violae
ana pond. 6, similaginis pond. 4, haec omnia cum
similagine et vino decoques in cacabo, et liquida facies,

iungere malebat Gesner. (b) Ita pro *terbentinae Armoniaci*, *propulei* Gesn. *propolei* Goth. hic et paulo post. (c) Ita pro *Brutiae* cum Morgagno Gesner. (d) Ita pro *inei* cum Morgagno Gesner. (e) Ita pro *bituminis* ex Gothani libri *intuinae* scripsi. (f) *Malagma* om. S. (g) Gesner dedit *myrrhini*.

Olei cerini) An *cyprini*? aut *irini*?

Cocticam) Morgagni Epist. III. §. 34. *coctam* emendat, et putat opponi *crudis*, quae habet cap. 12 et 23. Hippiatrica p. 288. hoc ipsum μάλαγμα κοπτόν appellant et plenius habent. Ibi pro hyssopo est οἰσύπου γο. β. i. e. lanae succidae. Male igitur Gesner *cocticam* censebat esse vocem hybridam, a *coquo* ductam, cum casu graeco. Sladus πεπτικὸν μάλαγμα esse suspicabatur.

deinde similaginem et vinum in unum permiscebis,
inlinis in lintcolo, et alligabis ferventia. Malagma 23
ad tumores sic facies. Cerae uncias 6, adipis cervinae
uncias 3, galbani uncias 3, violae, piperis albi uncias
ternas, Armeniaci unciam, resinae terebinthinae unc.
3, storacis unc. 3, gentianae unc. 1, singula contundis,
postea permisces in vino, et sic uteris. Emplastrum.
Cerae viridis pond. 1 et semis, olei Cyprini unc. 9, 24
olei myrtini[g] unc. 2, adipis anserinae uncias 2, thuris
pollinis unc. 2. haec omnia in cacabum mittis, coquis,
et linteolis inlinis. Cerotum ad ulcera. (strumenta[h]) 25
pond. 2, cerae rufae pond. x, olei myrtini[g] pond. 6,
olei veteris pondera 8, aluminis pond. 9, olei Cyprini
pond. decem, calcis pond. quinque. Fomentum ad 26
tumores sive ad duritiam quamlibet sic facies. eviscum[i]
ex vino decoctum conteris cum axungia, et sic uteris.
Si minus, herbam sabinam conteris, et ex rosaceo
concoquis, et sic uteris usque[2] ad sanitatem. Com- 27
positio ad colicos.[l] Asari Pontici, petroselini, foeni-
culi uncias singulas, piperis nigri uncias 2, marrubii
mas. unc. 1, abrotani unciam semis, mellis optimi
pond. 2, coques et despumabis, et haec omnia con-
tundes et cernes, et sic in melle commiscebis, inde
figuram facies nucis avellanae, et[m] ex aqua dabis, et
aquae congium 1, in potum. Item diebus quibus eo
morbo tenetur, foeniculi seminis cum vino cochlearia
tria aut quatuor fricabis in mortario, adiicies vini
cibarii sextarium 1, mittes in ampullam aut cornu, et
dabis ut bibat, et cum sagis bene munies. Malagma 28
ad nervos claudos. Sepi hircini libram, molybdaenae[n]

antea erat *myrthini*. (h) *ulcerrimum strumenta* Goth. (i) *viscum* malebat Gesner. sed est pro *hibiscum*. (2) *usque* ex Goth. addidi. (l) Ita pro *colices* Gesn. (m) *sed ex aqua dabis congium 1. bibere* Goth. (n) Ita pro *mollicidenae* cum Morgagni Gesner ex Dioscor. V, 100. eadem fuerat Sladi

29 selibram, resinae libram, aeruginis selibram. Compositio ad genua.[o] Aceti hemina, salis pusillum, aeris
30 usti selibram, sinopidis quod satis est.[q] Potio hiemalis.[r] Croci, costi, petroselini Macedonici, murrhae, thuris masculi, tracanti, cymini Alexandrini, crocomagmae, piperis uncias singulas, vini et olei quod sufficit (ova), haec omnia permisces, et dabis cum succo ptisanae cui immittis palmas xxv, bulbos xxv, hyssopi fascem, caprinos adipes, catulum brevem vivum mittis, quem cum madefactum videris, tunc omnia exsiccabis, et adiicies olei quod sufficit:
31 tunc illa omnia permisces et potionabis. Potio aestivalis. Traganti, croci, abrotani, cardamomi, glaulii, petroselini Macedonici binas uncias, gingiberis unc. 1. haec temperas, et cum dare coeperis, mittis quotidie heminas singulas singulis iumentis. Addes porri sectivi, porcla[s] sil Gallici, thus, apium, olei Afri heminam, temperabis quod sufficit et uteris.[t]

coniectura. *molli pidininissae* et paulo qulea *colati sepi hircini* Go. (o) *genua* vitiosum videbatur Gesnero. (q) In Goth. post *satis est*, additur *puullum*. Sed id pertinere puto ad *pusillum* et legi debere *pugillum*. (r) Haec usque ad finem omisit Goth. qui habet in fine: *explicit liber Vegetii de Marstalica.* (s) *portulacae*, *silis* malebat Gesn. cum Morgagni ex II. c. 29. (t) *Sed haec vide lib. I. c. 57.* addunt Fab. et S.

Potio hiemalis) In Hippiatricis p. 279. eadem potio descripta habet σμύρνης — τραγακάνθης, χαμαίδρυος, βεντονικῆς, κυμίνου ἀλεξανδρίνου, μάννης.

Palmas) Hippiatr. palmulas viginti, deinceps ficus 25. adipem caprinam, reliquis omissis. Postea: σκύλακα μικρὸν εἰς ὕδωρ ἀποζεσθέντα.



INDICES

INDEX AVCTORVM

IN HIS RVSTICAE REI SCRIPTORIBVS

LAVDATORVM.

ADDITIS ALIVNDE NOMINIBVS SCRIPTORVM REI RVSTICAE, SI GEOPONICORVM VVLGO EXSTANTIVM AVCTORES EXCEPERIS.

Quorum nomina literis italicis excudenda curavimus, eos dedita opera argumentum rusticum tractasse indicare volumus.

A

Licinius Maenas *an* Menas C. 12, 4, 2. *idemue* V. 2, 3, 11? *si Sylburgium audimus*, *etiam* V. 2, 11, 10. *ubi* Ticinius *al.* Menas *an* Menates, Maenas, Maeuates, *etiam est* V. 2, 1, 1 *et* 2, 8. 1. Gesn.

Licinius Stolo *vid.* h. v.

Lucilius. Lnciliano charactere libelli V. 3, 2, 17.

Lysimachus V. 1, 1, 9. C. 1, 1, 11.

M

Maecenas Licinius *est in Codd. Lips. et Saug. Col.* 12, 4, 2. *ubi Edd.* Maenas *habent. Forte is est* Maecenas, *quem in iudice libri IX de aquatilibus, et libri XXXII de medicina ex aquatilibus laudavit Pliuius.*

Maenas *au* Menas *vid.* Licinius,

Mago Poenus, rusticationis parens C. 1, 1, 13. qui res dispersas comprehendit libris xxviii. quos Cassius Dionysius Vticensis vertit libris xx —Hosce ipsos ad vi libros redegit Diophanes *cet.* V. 1, 1, 10. *quae partim repetit* C. 1, 1, 10 *et* 13. *laudatur* V. 2, 1, 27. 2, 5, 18. 3, 2, 13. C. 1, 1, 18. 3, 12, 5. 3, 15, 4. 4, 10, 1. 5, 5, 4. 6, 1, 2. 6, 26, 1. 6, 37, 3. 9, 14, 6. 9, 15, 3. 12, 4, 2. 12, 39, 1. 12, 44, 5 *et* 6. Arb. 17, 1. P. Feb. 10, 3. Mai 7. 1. quo primordio usus sit C. 1, 1, 18. *De genere et aetate Magonis, rei rusticae scriptore, mihi non satis constat. Igitur de antiquitate atque auctoritate praeceptorum, ab eo traditorum, iudicare non ausim. Hoc tamen video, Magonem innumeris in locis appellari a Plinio hisque ipsis scriptoribus, quos tractamus, ubi poterant eodem iure Theophrastum adhibere testem. Itaque dubitari licet, an plura Dionysius Vticensis et qui post eum Magonem interpretati sunt et variis modis excerpserunt vel alienis praeceptis auxerunt, ex Theophrasto aliisque scriptoribus graecis inseruerit, quae Plinius aliique, cum auctoritatem singulorum praeceptorum non satis despexissent, negligenter ipsi Magoni attribuerunt. Deinde nescio an forte liceat suspicari, Theophrasti libros in notitiam ipsius Magonis pervenisse; dubius enim haereo de aetate Magonis. Ceterum Diodorus XIII.* 81. *Agrigentinorum divitias collectas ait ex commerciis cum Africa gestis. Vinum enim oleumque vendidisse Carthaginensibus, quorum regio arbustis tum (Olymp.* 93, 3) *nondum erat consita:* οὔπω γὰρ κατ' ἐκείνους τοὺς χρόνους τῆς Λιβύης πεφυτευμένης, οἱ τὴν Ακραγαντίνην νεμόμενοι τὸν ἐκ τῆς Λιβύης ἀντιφορτιζόμενοι πλοῦτον οὐσίας ἀπίστους τοῖς μεγέθεσιν ἐκέκτηντο. *Qua cum narratione minime pugnant, quae Herodotus IV*, 198. *tradidit, quod putabat egregius Wesselingius; ille enim de terrae frugibus, in Libya natis, loquitur. Contra eo tempore, quo Agathocles in Africam traiecisset copias, quod factum (Olymp.* 117, 3.) *reperit regionem inter Megalopin et Carthaginem egregie hortis excultum:* διείληπτο κηπείαις καὶ παντοίαις φυτουργίαις — ἡ δὲ χώρα ἡ μὲν ἦν ἀμπελόφυτος, ἡ δὲ ἐλαιοφόρος καὶ τῶν ἄλλων καρπίμων δένδρων ἀνάπλεως. *Itaque mihi suspicari lubet, a Graecis, inprimis Siculis, Afros didicisse et transtulisse arborum hortorumque culturam in Africam. Vnde non mirum esse debet, plura disciplinae graecae vestigia fuisse iam ab initio in libris punicis Magonis.*

Mamilii *an* Manilii formula stipulandi capras V. 2, 3, 5. actiones V. 2, 5, 11. 2, 7, 6.

Maro *vid.* Virgilius.

Martialis Gargilius P. Ian 15, 10 *et* 19. Mart. 9, 9. 10, 5 *it.* 16 *et* 34.

N

O

P

INDEX

RERVM, VOCABVLORVM ET NOMINVM PROPRIORVM IN SCRIPTORIBVS REI RVSTICAE, IN VEGETIO ET IN COMMENTARIIS AD ISTOS LIBROS SCRIPTIS REPERIENDORVM,

A GESNERO PRIMVM INSTRVCTVS, NVNC PASSIM AVCTIOR FACTVS.

Ca. *Catonem notat*, C. *Columellam*, P. *Palladium*, V. *Varronem*, Veg. *Vegetium*. *Primus numerus librum indicat, alter caput, tertius segmentum; nisi quod in Palladio mensium nomina ponimus; in Columellae autem libro* 10, *et Palladii de Insitione carmine alter numerus versum indicat. Si quid tamen in numero librorum eorumque capitum Vegetii (quos mutavi, ut in duodecimo Columellae libro) peccatum fuerit, antiquos lector numeros ab initio uniuscuiusque libri vel capitis signatos reperiet.*

A

minum (*ab agro suo*) i. e. affligi, C. 4. 3, 9.

Alligator vitis C. 4, 13, 1. 4. 17, 5. 4, 20, 1. 4, 26, 4. alligare dolia Cat. 39.

Alligatura insitionis C. Arb. 8, 3.

Allinire, alliniatur P. 1, 41, 3. F. 33. *et alias: et in universum linio cum compositis ita saepe ex quarta coniugatione flexum invenias in nostris scriptoribus, ut solis librariis hoc tribuere, apud Palladium certe, non audeam Vid.* Linio. Gesn.

Allium ne foeteat P. N. 6, 2. Punicum, ἀφροσκόροδον, Vlpicum C. 11, 3, 20. allii satio et cultura P. Ian. 14, 5. N. 6, 1. allia cum cepis C. 10, 314. Allium veteres separarunt, ut Bauhinus a cepa et porro radice ex multis nucleis congregata, cepas simplice radice ex tunicis concentricis convoluta foliis fistulosis, porrum a cepa foliis planis fere distinxerunt.

Allobroges qua pice ad conditurás utantur C. 12, 23. 1.

Allobrogicae vites C. 3, 2, 16.

Allodere ad litus *vid. ad* C. 4, 20, 2.

Alluvies fluminum C. 3, 11, 8.

Alnus ad quae utilis P. N. 15, 2. alnos indomitas C. 10, 250.

Aloë epatica P. O. 14, 8 *et* 13. aloës optimi Veg. 1, 14, 5.

Alpes ad Alpes in Gallia V, 3, 13, 6. *Alpium accolas Ligures nominat Varrone paulo recentior Crinagoras Analect. Brunk. T. II. p.* 148, 149. *no.* 28 *et* 31. *ubi simul propinquae Rheni flumini* (προχοὰς *effluviis an origini?*) *esse dicuntur.*

Alphius foenerator C. 1, 7, 2.

Alsiosum pecus caprile V. 2, 3, 6.

Alter post trigesimum et alterum idem C. 12, 44, 1. alteraa parti C. 5, 11, 10. alterae alterae V. 2, 2, 2. alteraa partes V. 2, 1, 16. altera altera non contingant C. 12, 45, 1 *et* 5. de alteris quatuor V. 1, 17, 1. 2, 2, 7. alteris vasis Cat. 18, 3.

Alternatae qualitates C. 2, 2, 2.

Alternemus vernaculas et Atinias C. 5, 6, 4.

Alternis aestibus reciprocans P. N. 15, 3. annis V. 1. 44, 3. C. 2, 9, 4. alternis dormiunt V. 3, 16, 9. sal ingeritur C. 12, 53, 4. alterna tabulata olivarum et salis usque in summum componunt C. 12, 48, 3.

Althaea, ibiscus P. O. 14, 11. e *simplici etiam* MS. Sylb. Gr. ἀλθαία.

Altiles boves V. 2, 1, 20.

Altinae vaccae C. 6, 24, 5.

Altinates oves C. 7, 2, 3.

Alte duos digitos C. 5, 6, 6.

Alta novem pedum C. 8, 14, 1. ternis pedibus P. 1, 38, 2. tribus pedibus P. Ian. 10, 2. in altum descendere C. 11, 3, 62. altissimi homines Germani C. 3, 8, 2.

Alvaria *liber Sang. habet, ubi editur in* Columella alvearia.

Alveare, alvearium castratio P. O. 13. purgatio P. Apr. 8, 7.

Alvearium, μελιττών V. 3, 16, 12. populi adiectione ut reparetur P. Iun. 7, 8. alvearia quae probentur C. 9, 6. quando et quomodo castrentur P. Iun. 7, 1 et 2.

Alveati sulci Cat. 43, 1. *not.*

Alveoli *ad an.* C. 8, 5, 13.

Alvei, *apum habitacula* C. 9, 2, 1. ex fimo, lateribus, C. 9, 6, 2, collocandi ut sint C. 9, 7. alveorum cultores C. 9, 3, 1. sed in Columella plerisque in locis e Sangerm. libro *alui* restitutae sunt. — Alveus supellex alia. in alveo indere Cat. 81. salire herbas C. 12, 9, 1. alvei Cat. 11, 5. *quibus in* lintres *portantur collectae uvae* Tvbn. 7, 23. alvei angulis expressis *opponuntur* C. 4, 4, 1. alveus ad hordeum ministrandum equis Veg.

F. 25, 23. *de Etymologia ad Pall. p.* 95.

Camarae marmorato factae V. 1, 59, 2. *h. e. tecta conclavium fornicata, vel structura simili. Vide in* Camera, *quae scriptura usitatior sed non item rectior saepiuscule a nobis Codicum scriptorum auctoritate fuit mutata.*

Camera tectus locus ut testudo V. 3, 7, 3. *add.* 3, 8, 1. Camerae more iuncti pampini C. 4, 17, 8. supra cameram pulvis C. 11, 3. 60. Camerae in balneis P. 1, 40, 4. in agresti aedificio ut fiant P. 1, 13, 1. Camerarum tectoria P. 1, 10, 2. *Camara, quae quidem scriptura rectior videtur, a graecis ad latinos scriptores translata, structuram quamvis fornicatam significare videtur. Apud Diodor. Sicul. II.* 9. *Semiramis fossam* (διώρυγα) *ducit per Euphratem* ecocto *latere* συνῳκοδομήσατα τὰς καμάρας *cuius latera excepto fornice* (χωρὶς τῆς καμφθείσης ψαλίδος) *erant duodecim pedes alta. ubi Wesseling posuit locum Strabonis XVI. p.* 1073. *A. ubi* αἱ ψαλίδες καὶ τὰ καμαρώματα *iunguntur. XVII. p.* 1167. *est similiter* κατὰ καμφθεισῶν ψαλίδων. *Unde simul patet, camarae partem supremam eamque incurvatam,* ψαλίδα *fornicem vocari. Hinc quodvis fornicatum coenaculum, cubiculum, tentorium graece* καμάρα *dicitur. Herodotus Persica carpenta scena circumtecta desuper* καμάρας *vocat, quae Xenophonti Cyrop. VI.* 4, 11. ἁρμαμάξαι. *Naves Ponticas tabulis in modum tecti clausas camaras vocatas habet Tacitus Histor. III.* 47. *et Strabo XI. p.* 495.

Cammarus C. 8, 15, 6. Cammari anatibus obiiciuntur V. 3, 11, 3. alunt pisces maiores C. 8, 17, 4. *vulgaris erat scriptura* gammarus.

Camoenae Graecae C. 2, 2, 7.

Campanam plerique appellant entlam (inulam) Veg. 5, 68, 3. Campani agri dividuodi V. 1, 2, 10.

Campaniae levis terra V. 2, 6, 5. solum facile C. 5, 4, 3. *conf.* 6, 1, 1. terra pulla Ca. 135, 2. boves C. 6, 1, 1.

Campanicae fiscinae Ca. 135, 3. Ca. 153. Campanica aratra Ca. 135, 2. serta Ca. 107, 1. *Add. ad* C. 12, 20. 5.

Κάμπη, eruca C. 11, 3, 63. Campe hirsuta C. 10, 324. distorto corpore C. 10, 366. ut profligetur P. 1, 35, 6 *et* 13. De brassicae eruca sic Ioannes Laurentius Lydus περὶ μηνῶν p. 122. ἴσμεν τῇ κράμβῃ ἐμφυόμενον σκώληκα, κάμπην ὀνομαζόμενον. οὗτος ἀποξηραινομένης τῷ ἔαρι τῆς κράμβης εἰς σκώληκα πτερωτὸν, ὡς ἂν μύρμηκα καὶ μείζονά πως, πέφυκε μεταβάλλεσθαι, πτερύγων λευκῶν τριγώνων ἀνεχουσῶν αὐτὸν, καὶ περιίπταται τοῖς κήποις χαμαιζήλῳ καὶ εὐαλώτῳ πτήσει. ψυχὴν δέ που τὸν τοιοῦτον σκώληκα καλεῖσθαι συμβαίνει.

Campester locus qui melior V. 1, 6, 6. campestris ager C. 3, 14, 1. locus C. 3, 13, 8. situs C. 7, 2, 3. campestres sationes C. 11, 3, 21. vineae C. 12, 21, 1.

Campi qui probentur C. 2, 11, 4.

Canalicula V. 3, 5, 14.

Canaliculus perpetuus C. 8, 15, 6. Canaliculi digitales P. Mai. 11, 1.

Canalis et solea oleo conficiendo C. 12, 50, 6. longus P. Ian. 15, 17. perpetua V. 3, 11, 2. rotunda Ca. 18, 6. faucium Veg. 3, 24. 13. Canales angustas, quae V. 3, 5, 1. 3, 7, 8. *Canalis pro fistula apud Gellium* 17, 11, 1. *cf. I. M. Heusinger Emend. p.* 393.

Cancelli scenici V. 3, 5, 4, aenei C. 8, 17, 6.

Cancellavit solum C. 4, 2, 2.

C. 3, 18, 6 et 3. 19, 2. *qua matri abscissus est, servata metaphora mallei, cuius item* caput *est massa illa ferrea manubrio apta.* — *Ita* trunci *in vite* caput *est, ubi ille in plures palmites et quasi brachia spargitur* C. 4, 17, 4 *et* 5. 4, 21, 1. 4, 21, 7. *et in primis* 4, 24, 11. *Gallice* cap, pied de la vigne, souche. — Caput aquae *fons est* P. Aug. 8, 7. capita fossarum P. Mai. 3, 2. — *Pro* sorte *in re pecuniaria*, capitis amissi iactura C. 11, 1, 28. — *Praecipuum:* Caput disciplinae C. 11, 1, 28. caput est iu omni negotio C. 1, 1, 2. — *Principium sive extremum: ut* de capitibus uogularum calcant Veg. 3, 54, 1. a capite, *h. e. ab initio*, *da capo* Veg. 6, 8, 5.

Carbasa noxia succo C. 10, 18 *not.* κάρπασος, ἡ, apud Suidam in voc. Αμοργὶς, est carbasus seu linum Tarraconense Plinii.

Carbones salsi *pro sale adhibiti* V. 1, 7, 8. Sambuci, *s.* turiones Mart. 1. supra carbones incidis pilulas cypressi Veg. 5, 2, 3.

Carbunculosus ager C. 3. 11, 9.

Carbunculus quae terra V. 1, 9, 2. *His, quae ad Varronis locum et Palladii* 1, 10, 1. *disputata sunt, addo nunc ex observatione doctissimi A. de Veltheim mecum communicata, carbunculum videri genus tofi rubrum, de quo Vitruvius II. 7. etc. descriptum a Ferbero Epistol. Italic. p.* 237. *vel p.* 308. *vers. gallicae. Etiam huius generis uti tofi species est arenosa, alia durissima; igne utrumque genus conflatum est. Germaniei Interpretis* Ortstein plane diversi generis est metallum. *ex ferrea terra et bitumine conglutinatum, ut me admonuit generosissimus de Veltheim.*

Carbunculus vitis morbus. Col. 3, 2, 4.

Carceres aperire et emittere equos V. 2, 7, 1. a quibus carceribus decurrat ad metas V. 1, 3.

Carcharus piscis C. 8, 17, 12.

Carcinoma ut sanetur Cat. 157, 4, carcinomata praecidit ustio Veg. 1, 28, 2.

Cardiacus equus Veg. 1, 25, 2. it. 2, 1. bos Veg. 5, 51, 1.

Cardo caeli V. 1, 2, 4. *polus arcticus, qui centrum est circuli septentrionalis. Vid. Goes. ad Sic. Flacc. p.* 134. a cardine ad orbem V. 3, 5, 17. *bis*, *h. e. a centro ad peripheriam.* Cardines mundi loco movendos credidit Hipparchus C. 1, 1, 4. — Cardinibus, quibus steterant, opponuntur arbores P. F. 19, 2. *h. e. plagis: de qua significatione Goes. ad scriptt. rei agrar. p.* 134. Gesner. Cardo graece στροφεὺς exstat et movetur in στρόφιγγι. Theophr. H. Plant. 5, 7 et 8 στροφεὺς πτελεινός, στρόφιγξ ex medulla buxi ilicis et loti.

in Carduetis cati et mustelae P. Mart. 9, 4.

Cardui satio et cultura P. Mart. 9, 1. *not.* O. 11, 1. *not.* ut spinis careant P. Mart. 9, 3, *ubi in annot. p.* 109. *de lactucae radice monui*, quod *testatur etiam Mathiolus ad* Dioscor. T. II. p. 32.

Carenariae P. Iul. 7. *not. Forte a caroeno vino dictae caroenariae. Lagoenae ita dicuntur. In Geoponicis XIII.* 7. *de vase est* χαρύνη *et in loco Aetii in Comment. p.* 39. *laudato. Exodi c.* 25. χαρύσκοι *et cap.* 35. χαρυωτὸν *est de scypho nuciformi. Hinc igitur caroenariam pariter licebit derivare.*

Carenum *vel* Caroenum, it. Caroënum, *genus vini cocti*, quum tertiâ perditâ duae partes remanserint, *ut describuntur P. O.* 18. *De etymo-*

αἰδοῖον εἰώθαμεν καλεῖν· ἔνιοι κόγχον κονχυλίου.

Caudinis faucibus horti C. 10, 132.

Cavea, in qua tauri pugnare solent V. 3, 5, 3. Cochleam in cavea *Varro vocat ianuae versatilis genus, ut interpretatur Gesnerus. Mihi quid videretur, dixi in addendis ad h. l.* Postea incidi *in locum Apollodori Mathemat. Veter. p.* 45. *ubi* καβιόθυρα *ab interprete vertuntur* caveae portae; *contra* p. 48. caveae fenestratae. *Ipsa sic fiunt* p. 47. γίγνονται ἐκ δύο παραλλήλων ῥάβδων χλωρῶν ἐν σχήματι καπριόλων, ὀπὰς ἐν ἑκατέροις τοῖς ἄκροις ἔχοντα — ἡ δὲ βάσις τῶν τοιούτων καβιοθύρων ἐν ταῖς τῶν κανόνων ὀπαῖς ἀποδεδεμέναι ὁμοίως εἰσὶν, ὡς ἂν εὐχερῶς ὑποχαλῶνταί τε καὶ ἀνέλκωνται διὰ τοῦ συνέχοντος πάντα ταῦτα κορυφαίου σχοινίου etc. *In carceribus Olympicis repagula eiusmodi* ὕσπληγγες *dicebantur, quas* καταπεσούσας *decidentes emittere cursores, et equos ait Lucianus* de *Calumnia, quamquam Pausanias Eliac. II. curribus et equis praetensum* χαλώδιον ἀντὶ ὕσπληγος *memorat. Huc pertinere puto etiam locum Apollodori ex Poliorc. p.* 81. χαλωδίου ἐκ ἄκρου ἑλκομένου τοῦ κάμακος δρυφάκτου τρόπῳ. *Denique locus Columellae* 8, 8, 4. *de columbario, a Gesnero omissus, sic habet:* Fenestra habeat appositam satis amplam caveam, retibus communitam, quae excludat accipitres et recipiat egredientes ad apricationem columbas. quem locum recte cum Geoponicis XIV. 6. sect. 6. comparavit Niclas, ubi est: ἀπὸ ἀνατολῆς ἄλλην θυρίδα, τάξας ἐν αὐτῇ τὸν καλούμενον καθέκτην, ὅθεν χρὴ τὰς περιστερὰς ἐπὶ νομὴν ἐξιέναι. *Quod genus caveae, demitti et sursum trahi solitum, nostri vocant* Fallthüre, Zugthüre, columbariique fenestrae apponunt similiter. caveae *h. e. alvearia* C. 9, 15, 7. qua iter est in ornithonem V. 3, 5, 11. Caveis emunire arbores ab iniuria pecoris C. 5, 6, 21. *h. e. sepimento rotundo circumdare. Sic* caveis circummunire plantas C. 5, 9, 11, munienda vitis P. F. 10, 5.

Cavealis resina Veg. 5, 53, 2. 6, 14, 1. *ubi a Gesn. erat* Cabialis *qui doliis picatis derasam interpretatur, vel qualis vino condiendo adhibetur. Vide notas.*

Caveo. Caveto scabiem pecori Ca. 5, 7.

Cauliculorum cibo sustinetur animal Veg. 2, 6, 2. *V.* Coliculus.

Caulis. Caulem cum fecit cepa C. 11, 3, 21 et 58. in caulem cito erigi P. O. 11, 3. — Caules (κατ' ἐξοχὴν *dicti brassicae*) quando serantur et quomodo P. F. 24, 4. Hor. Sat. 2, 4, 15. Caule suburbano qui siccis crevit in agris dulcior. irriguo nihil est elutius horto. Vt condiantur caules C. 12, 7, 5. prototomi C. 10, 369. caulium offae V. 3, 6, 2. *qui etiam* brassicae caules *dixit* 4, 4, 1. *et al. De caulibus et brassica vide ad* C. 10, 129. *p.* 522. *Vide etiam in* Brassica. — Caules acanthini C. 9, 4, 4. in vitibus Ca. 33, 4. C. 4, 7, 2. caulium tenerae laurus libra C. 6, 7, 4. *V.* Colis. Sint quola mundissima C. 7, 3, 9. *in Goes. et Sang. Codd. pro* caula. *Vulgo est* quala.

Cauniae ficus C. 10, 414.

Cavo. Cavantur tempora equis P. Mar. 13, 9.

Cauri C. 10, 75. *scribitur etiam* Corus.

Cum causa Musarum esse dicuntur apes V. 3, 16, 7. *h. e. merito.* eum cum causa sibi praecesse V. 1, 17, 4. — *Pro morbo saepe Vegetius, e. g.* partes quae in causa sunt 3, 6, 11.

Ceretanum suum laudat C. 3, 3, 3. 3, 9, 6. Ceretani *populi sunt citerioris Hispaniae, qui Iuliani cognominantur.* Beroaldvs.

Cerialis pompa V. 1, 2, 11, *ante Victorium* Cerealis.

Cerinthae ignobile gramen C. 9, 8, 13. *Theophrastus H. P. VI.* 7. *inter flores aestivos nominat* τὸ κήρινθον. *Aristoteles H. A. IX.* 40. *inter apium cibos* (*Bienenbrod*) *nominat* κήρινθον, *ubi Codex Medic. cum versione Thomae* κύρινθον, *Vatic.* κόριθον, *versio Scoti apud Vincentium* cocizon *scriptum habet. Hesychius* ἐριθάκην *interpretatur. Cum erithace et sandaraca naturo coniungit eundemque facit etiam Plinius XI. sect. 7. cum quo facere videtur Aristoteles V.* 22. *qui diversis locis usus est vocabulis his tribus. Ex Menecrate plura Plinius duxit de cerintho seu erithace:* plurimus in Graecis nucibus (*i. e. amygdalis*) Menecrates florem esse dicit, futurae messis indicium, sed nemo praeter eum: *ubi verba* futurae messis indicium *omisit Harduinus eumque secutus Brotier. Ille scilicet omissa eo reperit a Codicibus duobus Colbert. et totidem Regiis; quod vero de reliquorum omnium librorum MSS. consensu addit Harduinus, falsum est. Nihil enim ex Chiffletiano libro varietatis annotavit Dalecampius, nihil ex duobus libris suis Pintianus. Cerinthe herba, forte a Cerintho, Euboeae urbe, dicta, eodem forte est, quam a Chalcide Euboeao* πόαν χαλκιδικὴν *una cum amygdalo tanquam ad mellificium praestantissimam memorat Auctor Mirabil. Auscult. c.* 19. *ubi addit:* πλεῖστον γὰρ γόνον φασὶν ἐξ αὐτῶν γίνεσθαι.

Cernere per cribrum quam minutissime Ca. 107, 1. cribello spisso P. Iun. 11. contundis pariter et cernis Veg. 5, 27, 6 et 1, 13, 5.

Cero. Cerari dolium sexta quaque olivitate C. 12, 50, 15.

Ceroti instar efficies P. 1, 41, 3. Veg. 3, 7, 2.

Cerrea glans C. 9, 20, 5. 9, 1, 5.

Cerrus C. 7, 9, 6. excisa P. F. 18, 3. de cerro tabulata P. 1, 9, 3.

Certaminum sacrorum studiosi C. 3, 9, 5. ad certamina laborum patientissimi C. 6, 29, 4.

Certum habeo, desideraturos C. 2, 22, 5. certam facere alicui diem Ca. 149, 1.

Cerva nomen canis C. 7, 12, 13.

Cervinus color equi P. Mar. 13, 4.

Cervinum cornu, remedium pullis contra afflatum serpentis C. 8, 5, 18.

Cervix eiecta, laxata Veg. 3, 41, 1, mota, deiecta Veg. 3, 4, 23 sq. vitis C. 4, 7, 3. Cervices αὐχὴν a collo τραχήλῳ diversae. V. 2, 5. *cf. ad* V. 2, 9, 4.

Cerussa plumbo creatur attrito P. Aug. 11, 3.

Cervus aevi longioris vitam sortitus C. 9, 1, 8.

Cesposum litus C. 10, 130, *not.*

Cessator C. 11, 1, 16.

Cessim *h. e.* retrocedendo Veg. 5, 21, 1.

Cestina mala in Codd. Col. 5, 10, 19, *forte Cestiana de quibus in Comment.* p. 295. *positam Cornarii refutavit Mathiolus ad Diosc. I. p.* 220. *Vulgo in Columella* Sextiana *leguntur. Sed plane* Caestiana Sangerm. in C. 12, 47, 5.

Cestum quid V. 1, 8, 6.

Cetariorum officinae C. 8, 17, 12. Cetarius liber Matii C. 12, 44, 1. *Cetarii* θυννοσκόποι *etiam dicuntur. Varro apud Nonium:* non animadvertis cetarios, cum videre volunt

7, 5, 11. *ut est in Codd. pro* clavi. *Glossarium Vegetii Gothani Morbus Clodus sunt dolores clavaturae.*

Clostra Cat. 13, 3. Romanica Cat. 135, 2.

Cludere *pro* claudere C. 12, 44, 2.

Clunibus C. 8, 5, 19.

Clusinum far C. 2, 6, 3.

Clystere per intestinum infundis Veg. 1, 15, 3.

Clysterizabis Veg. 2, 15, 5. 2, 17, 3. *ubi antea erat* clysteriabis.

Cneci semen C. 7, 8, 1. *not.*

Coa *ins.* V. 2 pr. 3. *ubi Edd. pr.* Cea.

Coacescit vinum V. 1, 65, 2.

Coactio *passionis nomen in animalibus* Veg. 2, 9, 1. 2, 10, 5. 2, 15, 5.

Coactor Cat. 150, 2.

Coactura cuiusque diei de oleo C. 12, 50, 3.

Coactus igne lento C. 7, 5, 10. coacta materia C. 7, 8, 6.

Coaddere cretam Cat. 40, 2.

Coadiicitur semuncia salis C. 12, 21, 2. *ubi dedi* eo adiicitur.

Coaequalium grex C. 8, 14, 8. *Primus est Columella apud quem haec vox reperitur, frequentata deinde a Petronio, Iustino, etc. vid. Heins. et Burm. ad Petro.* c. 136. Gesner.

Coaequare aream Cat. 91. pastinatum C. 3, 16, 1. sulcum C. 11, 3, 48. arena et calce P. 1, 13, 2. cylindro Cat. 129. crate inducta C. 2, 18, 4.

Coaggerare faba fresa C. 8, 6, 1.

Coagmenta Punicana Cat. 18, 9.

Coagmentat surculus fissuram C. 4. 29. 8. *not.*

Coagulare Veg. 2, 16, 1. 2, 17, 1. 45, 1 *et* 6, 10, 3. *not. p.* 39.

Coagulare caseum lacte P. Mai. 9, 1.

Coagulum agni aut haedi C. 7, 8, 1. coaguli genera V. 2, 11, 4. eius vicem quae suppleant P. Mai. 9, 1. *Pro lacte coagulato tremulo, non in caseum durato* coagula liquefacta lacte duxit Ovid. Fast. 4, 545. Metam. 13, 830. tumuere coagula lacte. Calpurnii Ecl. 3, 69.

Coalescit gramen C. 2, 18, 5. sarmentum depressum C. 3, 18, 6. semen C. 3, 5, 2. surculus V. 1, 41, 2. triticum C. 2, 6, 1. *Formam hanc damnat et* coolescere *ubique restituit Lambinus ad Lucretii VI.* 1066. *cuius rationes tam apertae sunt, ut mirer, Gesnerum earum non suo in loco meminisse in Thes. L. L.*

Coangustare V. 3, 16, 15.

Coarctatae in angustiis caveis C. 8, 7, 1.

Coarcto in struem C. 2, 19, 2.

Cochlea (*vel* coclea *ut semper fere apud Varronem et Vegetium legitur*) *animal testaceum, de quo* V. 3, 14. *int.* cochlearum testae vacuae P. 1, 35, 9. cochleae Germanae Veg. 2, 28, 17. 6, 8, 2. — In cochleam retorti recessus C. 8, 17, 2. — Cochlea in cavea V. 3, 5, 3. *ianuae versatilis genus. Vide* cavea. — In cochlea exprimis P. Mart. 10, 10. *h. e. prelo, torculari. not.* cochlea supposita sporta comprimitur P. O. 19, 1. *not.* Quod formam et constructionem cochleae licet ad alium usum comparatam exstare ait apud Pappum Collect. mathem. 1, 8. p. 486. Niclas ad Geopon. p. 550. in eo fallitur egregie vir doctus. Ibi enim simplicissima cochlea pondus tollitur. *Cochlearum ex genere vermium historiam in notis ad Varronem exorsam nunc pertexam. Genera ita enarravit* Xenocrates cap. 23. Κοχλίαι — τὰ δὲ τούτων εἴδη, τὸ μὲν ἐπίμηκες· οὕτω (*lego* τοῦτο) καὶ σάλπιγγος εἴκην ἐμφυσῶσι. τὰ δὲ στρογγύλον ᾧ τοὔλαιον ἀναχέουσι. τούτων δ' οἱ μὲν ὑπερμεγέθεις ἄβρω-

compleri *h. e. infici* MS. Veg. 1, 17, 3.

si Compluta est uva, remed. P. O. 9. *in lemmate.*

Compluviata iugatio V. 1, 8, 2.

Compluvium interius V. 1, 13, 3. *sed ibi Edd. primae* interdius *habent. Vide Addenda ad Col.* 1, 6, 1. complnvia iugorum vineaticorum C. 4, 24, 14. *not.* 4, 26, 3. *not.*

Componere ungulam Veg. 1, 26, 2 et 4. *h. e.* curare.

Componi *et* condiri *idem significant* C. 12, 9, 3. 12, 10, 2. 12, 13, 2. componi ea conditura potest oliva C. 12, 47, 7.

Compos agricolationis C. 1, 1, 17.

Composite ambulare C. 6, 2, 5.

Compositio *h. e. conditura* C. 12, 20, 6. gleucini olei C. 12, 51, 1. Compositiones rerum autumnalium C. 12, 41, 1. Compositiones, de medicamentis Veg. 1, 17, 16.

Compositus. Compositas muria olivas P N. 22, 5. compositis hac conditura olivis C. 12, 47, 2. *sic nostri eingelegt.*

Compostura Ca. 22, 3.

Comprehendo. Comprendo ut Sang. plerumque habet. Comprehendit stirps in valido solo celerius C. 3, 5, 1. male comprehendit vitis C. 5, 6, 18. omne insitum P. F. 17, 6. planta in rubrica difficilius P. Ian. 13, 5. melius malvae planta P. O. 11, 3. *Graeci etiam* κρατεῖν *de plantis terram matrem vel arbusculam cui sunt insitae suctu fibrillarum instar hirudinum apprehendentibus e. g. Damog. Geop.* 10, 65. καὶ ἐντιθεμένη κρατεῖ. *Gesner.* Theophr. H. P. IV. 1. ἐὰν δὲ καὶ ἀντιλάβηται, μὴ καρποφορεῖν. — Comprehendere modio nuces V. 1, 7, 3. — repetitis experimentis *h. e. discere* P. Ian. 13, 8. — ovem hieme C. 7, 3, 15. *h. e. continere stabulo; nostri auswintern.* — melle, *h. e. in unam massam redigere* Veg. 6, 27, 1. *Aliquoties ita Scribonius.*

Comprehensus in nominando V. 1, 9, 1. — comprehensa porri planta P. O. 11, 5.

Comprimere C. 8, 11, 5. *de pavonibus h. e. inire.* — gallinae comprimendae sunt atque tentandae C. 4, 27, 6. graece uno verbo βλιμάζω dicitur a θλίβω, comprimo, derivato. — Comprimenda luxuria C. 4, 27, 6.

Compugnans amaritudinem Veg. 1, 13, 6. *h. e. una impugnans.*

Compulsoris modum excedit bos P. Iun. 2, 3.

Computatio dierum C. 2, 13, 9.

Computatis ramis C. Arb. 27, 2. *est in MS. Lips. pro* amputatis.

Computo rationem operis C. 5, 1, 3.

Compntrescere C. 5, 10, 7.

Concalefieri V. 3, 9, 11.

Cnncalescit foenum C. 2, 19, 1.

Concarnari si non potuerit os Veg. 3, 22, 3. donec concarnet *intransit. ibid. sed. S. M.* incarnari. Graece συσσάρκωσις *ita dicitur. Cornar. ad Galeni Comp. M. sec. loc. p.* 325. *et p.* 350.

Concavatis nidis C. 8, 5, 11.

Concentus chori C. 12, 2. 4.

Conceptio e vento V. 2, 1, 19, C. 6, 27, 3.

Conceptum facere C. 7, 6, 5. elidere C. 6, 23, 1.

Conceptus, *a, um*, concepta publice existimatio C. pr. 20. amaritudine C. 12, 19, 5. conceptus imbribus torrens C. 1, 4, 10.

Concessatio in itinere C. 11, 1, 16.

Concessare *Plautinum est. Videtur inde dictum, quod nunc huc nunc illuc* concedunt, *et* devertunt *ignavi, de quibus agit Columella*, *viatores*, Gesn.

recte Casaub) αἱ μικραὶ καὶ λεπτὴν ἔχουσαι τὴν σάρκα, ὄστρεα λέγονται — αἱ δὲ παχεῖαι, βασιλικαὶ δὲ πρός τινων καλούμεναι πελώριαί τε λεγόμεναι τρόφιμοι — καὶ μάλιστα αἱ μείζους. *ubi rectius legeris* αἱ δὲ λεῖαι. *Laeves igitur ab aliis regiae etiam pelorides vocatae fuerunt. Messenii freti* κόγχας πελωριάδας *memorat Archestratus ap. Athen. III. p.* 92. *Concharum genus aliquod Sophroni* μελαινίδας *esse, monet Athenaeus III. p.* 86. οἱ κόγχοι μελαινίδες λέγονται· *ubi corrige*, αἱ κόγχαι· *quas easdem nominat Sophron. in altero fragmenta p.* 87. *quod habet etiam Etymol. M. v.* κέλευμα. *Melaenidas ex concharum genere esse patet eas, quas Aelianus l. c.* μελαντάτας τὴν χρόαν *ait esse; alias enim argento similes, quasdam utroque colore temperatas esse. Xenocrates cap.* 26. πελωρίδες ἢ μελαινίδες κάλλισται αἱ ἐμφερεῖς ὀστρέοις. *Asperas chamas Xenocrates glycymarides vocat, easdemque cap.* 32. *a peloridibus, ut antea cap.* 31. *a laevibus, distinguit:* αἱ δὲ γλυκυμαρίδες χαριέστεραι τῶν λείων ὀστρακίων κογχῶν (*corrigo* λειοστράκων) ἧττους δὲ πελωρίδων. διαλλάττουσι δὲ κατὰ τόπους τοῖς εἴδεσιν, ὡς πελωρίδες καὶ χῆμαι ποικιλίᾳ καὶ σχηματισμῷ. *quae eadem cap.* 18. *verbis magis vitiosis ita traduntur:* Γλυκυμαρίδες προφέρουσι τῶν τραχέων (*quis λείων?*) μειονεκτοὶ δὲ τῶν πελωρίδων — γίγνονται δὲ καὶ γένη πελωρίδων τε καὶ χημῶν· διάφοροι δὲ ποικίλαι καὶ στρόγγυλαι· *ubi corrige:* καὶ γένη ὡς πελωρίδων — διάφορα ποικιλίᾳ καὶ στρογγυλότητι *Vade transtulit Plinius* 32. *s.* 53. chamae pelorides, generis varietate distantes et rotunditate: chamae glycymerides, quae sunt maiores quam pelorides: *non sine errore. Sunt enim glycymerides non maiores sed minores quam pelorides. Lege igitur* minares *pro* maiores: *paulo antea malim*: chamae pelorides eiusdem generis, varietate distantes et rotunditate: *Ceterum in Edd. ante Harduinum in Plinio legebatur:* Chamae trachea chamaelios: *verbis nempe adeo graecis exempli graeci servatis. Sequitur in Xenocrate:* αἱ μὲν γὰρ ἐν τῷ ἐν Αλεξανδρείᾳ λιμένι ἄρισται· *quae auctiora exstant c.* 18. ὡς ἐν Δικαιαρχίᾳ ἐν τῷ Λουκρίνῳ λάκκῳ καὶ αἱ ἐν τῷ — λιμένι. γλυκεῖαι γὰρ καὶ εὔχυλοι. *Male Wottonus de differ. Anim. p.* 215. *ex Codice suo* λίμνῃ *pro* λιμένι *fuit interpretatus. Pergit Xenocrates:* αἱ δὲ περὶ τὸν Δίολκον καὶ Φάρον καὶ Γέφυραν (*cap.* 18. *est* αἱ δ' ὑπὲρ Φάρον καὶ τὸν Δ. τήν τε Γέφυραν καὶ τὴν νῆσον) ἐπιμήκεις καὶ τραχεῖαι. *Cap.* 18. *addit:* βαλάνοις ἐοικυῖαι δρυΐναις, ἐμφερεῖς (*lege* ἐμφερῆ) φήνοις τὸν ἐχῖνον φερόμεναι· λευκαὶ δ' εἰσὶ καὶ σκληραὶ καὶ δριμεῖαι· *quae supra diversis verbis tradita ex initia cap.* 31. *posui. Fagum Xenocrates intelligit, quam Plinius* 16. *s.* 8. *cerrum dicit, glandis calyce echinato. De balanorum similitudine vide supra in Balanis. Hodie chamae pleraeque amnes eodem nomine a Linnaeo repetito vocantur, quarum unam, Gallis* Lavignon *dictam, dissectam descripsit et pinxit Reaumur in Mémoires de l' Academ. année* 1740. *p.* 446. *Peloris vel pelorias videtur esse, quae Linnaeo Gigas audit. Fluviatiles etiam esse chamas licebit arguere ex Aristotelis H. A. IX.* 10. *ubi pelicanos fluviatiles ait devorare* τὰς μεγάλας κόγχας καὶ λείας· *quae repetiit cum aliis Aelianus III.* 20. *Atque hinc esse puto quod Xenocrates cap.* 31. αἱ θαλαττίζουσαι δὲ τὴν γεῦσιν σκληρόσαρκοι καθεστῶσι. *Concham mar-*

ὕλη· πᾶν τὸ συνεστραμμένον. *Haec Clarissimus Platnerus* apud Gesner.

Cordus Melanthius V. 2, 3, 1. *v. no.*

Cordum olus C. 12, 13, 2. foenum autumnale Ca. 5, 8. C. 7, 3, 21. agni cordi *vide* chordi. *Bonis ergo auctoribus etiam* Cordiam *gentem ex casu auctoris sero nascentis nomen invenisse putat Havercampius ad Vrsiniana numismata* p. 112. Gesner.

a Core (κόρη) *pupilla oculi dicuntur* Stenocoriasis, Platycoriasis, Hypocoriasis Veg. 3, 16.

Coriaginosi equi Veg. 2, 10, 2. a vermibus Veg. 2, 16, 1.

Coriago C. 6, 13, 2. Veg. 4, 12, 1. 5, 3, 1.

Coriandrum. Coriandri viridis succus adv. profluvium narium C. 6, 33, 2. Coriandri satio et cultura C. 11, 3, 29. Pa. Mart. 9, 15. Coriandro emendatur odor horrendus olei P. N. 20, 3. Coriandrum viridem Veg. 2, 35. Coriandra famosa C. 10, 244.

Coria depsta Ca. 135, 3. *Coriorum depsendorum ad usum lororum modum breviter exposui in nota. Deinde incidi in locum Aristoph. Nub.* 1249. *ubi Strepsiades pinguem foeneratorem deridens in usum utris praeparare suadet:* ἁλσὶ διασμηχθεὶς ὄναιτ' ἂν οὑτοσὶ — ἓξ χοᾶς χωρήσεται· *ubi Scholia:* τὰ γὰρ παχέα ὑπὸ πιμελῆς τῶν δερμάτων ἁλσὶ μαλαττόμενα εὐρύτερα γίνεται, ὡς πλέον χωρεῖν μέτρον. *Suidas in* ἁλσὶ *ita:* ὡς ἐπὶ ἀσκοῦ τὸν λόγον ποιούμενος, οἵτινες σμηχόμενοι ἁλσὶ βελτίονες γίνονται — τὰ γὰρ παχέα *et reliqua ut in Scholiis leguntur. Vnde apparet, utres simili ratione apparatos fuisse ut lora, ex coriis crudis et recentibus. Vsum salis hunc ex Plinio annotavi in nota; sed nunc video, nihil esse necesse, ut alumen intelligamus. Ceterum* coria nostratia *apud Catonem* l. c. *opponuntur peregrinis, Carthaginiensibus credo*, καρχηδόνιον λόπον *nominat Hippocrates*, quem male viri docti interpretantur de cortice corii; est enim ipsum corium λόπος, a λέπω, unde λόφος, et, de quibus in nota dixi, πυρσολόφοι, lora, ex coriis, igne siccatis, facta. — Corium si difficulter dimittant amygdala P. Ian. 15, 22. mali cydonii P. O. 20, 1. sine corio ervum Veg. 4, 14, 1. mali granati Veg. 3, 56, 2. — Corium pavimenti Ca. 18, 7, corio simili obducti parietes P. 1, 17, 2. Coria tria in parietis tectura, et quartum subtilius P. 1, 15. *conf.* 1, 11, 2. Corium *etiam summae partes in acervo granorum* P. 1, 19, 3.

Cornelius Merula *collocutor* V. 3, 2, 2.

Cornei clavi Ca. 18, 9. ex cornu. Corneum solum V. 2, 9, 4.

per Corniculum infundere faucibus C. 7, 5, 15 *et* 20.

Cornu caprinum in remediis Veg. 5, 1. Cornua infima Ca. 72, in ariete et capro qualia probentur V. 2, 2, 4. C. 7, 3, 5. in bove nigrantia V. 2, 1, 14. cornibus praefractis remedium C. 6, 16, 2. Cornua arietina circa radices fici obruuntur pro caprificatione P. Mar. 10, 28. — Cornum cervinum incendendum V. 3, 19, 11. cornum *etiam e MSS. notamus* C. 7, 10, 3. 6, 2, 7. *add. Heins. ad Ovid. met.* 2, 874. *Saepissime etiam* Cornum *MS. Corbei.* Vegetii v. g. 5, 23, 3. *Multa item Rhodius Lex Scribo.* — Per cornu infundere C. 6, 2, 7. 6, 10, 1. dare C. 6, 27, 11. demittere C. 7, 10, 3. *Vid.* Ad cornu *sub* Ad. Cornu infundi medicamentum canibus *iubet Nemesia. Cyneg.* 228. *Fuit ergo pro* infundibulo *vel* strigili. G. — *An etiam mensurae nomen? Ita videtur* Veg. 6, 9, 4. G. — *De* cornu *pro ungula ad* V. 2, 7, 2. *Add.*

Cuneolum praemittere P. F. 17, 3.

Cuneus ferreus vel osseus in insitione C. 5, 11, 4. C. Arb. 26, 3. P. F. 17, 2. affigitur P. N. 7, 5. premitur *h. e. deprimitur vel imprimitur* P. O. 12, 2. cuneus tedae radicibus inseritur P. Ian. 15, 3. mergitur *ibid.* s. 9. imprimitur *ibid.* s. 11. figitur P. Mar. 10, 30. *quae sunt remedia feracitatis: ita etiam* lapis P. F. 25, 15. P. Mar. 8, 2. *vid.* clavus, Epiurus, Palus. Cunei Ca. 10, 3. 11, 4. cuneis salignis circumfigi oportet columellam Ca. 20, 1. Cuneum *in cella vinaria habet Cod. Polit. cum aliis* Cat. 113, 2. *ubi vide* Pontederae postumas.

Cuniculus, leporis species V. 3, 12, 6. — rivi perducatur C. 8, 17, 4. deductorius in stabulo Veg. 1, 56, 2.

Cunila bubula C. 6, 13, 1. C. 6, 30, 8. ubi Eumelus ὀρίγανον ἀγρίαν habet. *Est* origanum: bubula *dicitur, quia in remediis boum adhibetur. Vid. Bodaeus a Stapel ad Theophr. hist. plantar.* 6. 2. p. 564. *et Salmas. ad Solin.* c. 56. p. 900. SCHOETTG. nostras, rusticis satureia C. 9, 4, 2. *Vid. Salm. ad Sol.* p. 904. transmarina C. 11, 3, 39.

Cupa fieri ut debeat Ca. 21, 1. *graece* κώπη. not. cupae minusculae Ca. 12. — cupae in cella vioaria P. 1, 18, 2. *not.* 1, 38, 1. *Vasa vinaria lignea, graece* γαῦλοι, *Italis* μαγγάναι, *teste Suida in* μαγγάνη et γαῦλος. Herodianus 8. c. 4. οἰνοφόρα σκέυη περιφεροῦς ξύλου vocat.

in Cupellis condiuntur pira P. F. 25, 12.

Cupidine perversa C. 12 pr. 9.

Cupresseta ut serantur Ca. 151, 1.

Cupressini coni C. 6, 7, 2.

Cupressi ad fines tuendos V. 1, 15, semen cupressi V. 1, 40. vivae pro ridicis V. 1, 26. Cupressus ad pedamen teres vineae C. 4, 26, 1. *Apud Cretenses* κουριζομένη κυπάρισσος. αὕτη δὲ ἀπὸ τῆς τομῆς βλαστάνει πάντα τρόπον τεμνομένη καὶ ἀπὸ γῆς καὶ ἀπὸ τοῦ μέσου καὶ ἀπὸ τοῦ ἄνω. *Theophr. H. P.* 11, 2. *ibidem etiam quercus* (δρῦς) *memoratur tonsilis.* ut serantur et propageotur Ca. 28, 1. 48, 1. 151, 1. cypressi pilulae Veg. 5, 2, 3. 5, 66, 5.

Cuprei bidentes P. Iul. 5. *al.* Cyprei.

Cuprinus clavus P. Ian. 15, 18. cuprinum acutum Veg. 1, 12, 2. 2, 3, 27. cauterium efficacius Veg. 1, 14, 3. 1, 28, 4. 3, 6, 11. 3, 61, 1. 5, 2, 6.

Cupulae minusculae Ca. 21, 3.

Curam statim sentiet, *h. e. se curari* Veg. 2, 36, 2. curae fuit aquam inveterare C. 12, 12, 2.

Curatio mancipiorum non putatur plebeia Veg. pr. 10. vini odoratior C. 12, 25, 4.

Curator apum C. 9, 9, 1 *et* 3. C. 9, 14, 3. aviarii V. 3, 5, 5. gallinarius V. 3, 9, 7. pavonini gregis C. 8, 11, 2.

Curatus. Sic curati *h. e. saginati* V. 3, 10, 7. — curatum caput hoedinum *h. e. purgatum* Veg. 6, 8, 1. *Vid. Rhodii Lex. Scribo.* — Curatiores erunt corpore Ca. 103.

Curculio, genus exitii, ne frumento noceat Ca. 92. C. 1, 6, 15 *et* 16. ut necetur V. 1, 63, 1. non oritur, quo spiritus non pervenit V. 1, 57, 2. Curculiones excesse incipiunt frumentum V. 1, 63, 1. Gurgulio scribitur P. 1, 19, 2. *et* Iun. 3. Graece in tritico et hordeo nati vermes dicuotur κίς. Theophr. C. P. IV. 16. hinc σῖτος κόπτεσθαι dicitur, et ἄκοπος.

Curcuma Veg. 3, 33, 1. *capistri genus vid. Dufresnius. Est etiam in L. Leonis L. un. Cod.* nulli licere

D

Caton. c. 96. sect. 1. *Marius Victor p.* 2469. In defruto apicem (i. e. accentum, signum longae) secundae syllabae imponere debetis.

non Defugio, quin dicam V. 2, 4, 2.

Defundito aquam Cat. 156, 5. defundat in labra C. 12, 50, 10. defundere in nares Veg. 5, 14, 12 *et* 14. per os 5, 32, 3 *et* 4. 5, 56, 3. 5, 66, 2. per narem dextram 5, 50. in fauces 3, 12, 4. *conf.* Diffundo.

Defusa per stramenta cera C. 9, 16, 1.

Degenerat surculus C. 3, 9, 7. degenerant frumenta C. 2, 9, 11. semina etiam lectissima C. 3, 10, 17. — degenerat animos Venus teneris canum concessa C. 7, 12, 11. *h. e degeneres reddit.*

Degere sarmenta de vineis Ca. 37, 5. *Vid.* not. *Si significatio conveniat, satis aliunde constat de verbo.*

Degero, *saepissime permutatur in MSS. Vegetii cum* Digero.

Degravari pondere, mole C. 6, 2, 15. 1, 5, 10.

Dehorito amurcam *pro* dehaurito Cat. 66, 2. *not.*

Deiecta et mota cervix C. 6, 14, 3.

Deiicere vites de arbore Cat. 32, 2. oleam Cat. 3, 3. alvum superiorem Cat. 156, 2. *h. e. vomere.* animal curandi causa Veg. 3, 24, 2. *vid.* Deponere, Elidere. Deiicere per nares, *infundere* Veg. 3, 3, 7. 5, 66, 5. 5, 67, 2. coles vitis *h. e. resecare* C. Arb. 9, 2. facile deiiciuntur casei caprini (*per alvum inferiorem*) V. 2, 11, 3.

Deinceps constitutae arbores V. 1, 14, 2. septimus deinceps Praetorius in gente nostra V. 2, 4, 2. deinceps movetur totum solum C. 2, 4, 3. — ut deinceps praecipiemus *h. e. statim* C. 2, 11, 2.

De intus, *a parte interiori* Veg. 1, 9, 2.

Deiungere boves Veg. 4, 15, 5.

Delacrimare C. 4, 9, 2.

Delapidare agrum Cat. 46, 1.

Delapsum aquae non habet locus V. 1, 6, 6.

Delectare oves Cat. 30.

Delectus militum V. 3, 2, 4. quotannis habendus in gregibus V. 2, 5, 17.

Delegare curam villicae C. 11, 2, 22. pecuniam Cat. 149, 2. *add. not. ad* C. 150, 2.

Deletis radicibus C. 11, 3, 56.

Delevato plagam ferro C. Arb. 6, 4. *not.*

Deliaci, *et* Deliacae gallinae V. 3, 9, 2. C. 8, 2, 4.

Delibatus C. 12, 1, 6. *h. e. noxa qualicunque affectus, ut contra* illibatum robur *etc.*

Delibo. ne delibent agni cursitantes aliquid membrorum V. 2, 2, 16. ne bos extremo iugo truncum delibet C. 2, 2, 26.

Delibratus cortex C. 12, 56, 1. ramus P. F. 17, 7. delibrata stirps C. 5, 11, 1.

Delibro. delibrare arborem C. 5, 11, 10. radicem C. 5, 6, 9. delibrandus cortex fissus C. 4, 24, 6.

Delibuto tergore medicamina perbiberit C. 7, 4, 8.

Deliciarum oblectamenta C. 8, 8, 10.

Deliciares tegulae Cat. 14, 4. *ante Victorium, ubi nunc* conliciares. *Vid. in Postumis Pontederae ad h. l.*

Deliculae oves Cat. 2, 7. delicula armenta Cat. 27. *diminut. ex*

Delicus. Delici porci V, 2, 4, 16. *not.*

Deligere uvam Cat. 112, 2. oleam Cat. 144, 1. *ut nostri ablesen.* fructum C. 5, 10, 10. Arb. 21, 1.

deperit repente sanum animal Veg. 1 pr. 14. *it.* 6 pr. 4.

Depetigo porcae Cat. 157, 16.

Depexa coma C. 10, 188.

si Deplanaverit oculus' Veg. 3, 19. *not. Sed legendum* deplanaveris: *ut* deplanes 3, 22, 2. *et* deplaues 3, 22, 3. *h. e. planum abrasa scabritie facias.* Gesner.

Deplantare V. 1, 40, 4 *bis-it.* V. 1, 43. ramum deplantat bos C. 2, 2, 26. *not.*

Deplere oleum Cat. 64, 2 et 66, 2. *vid.* Capulator, Capulare. et defundere in labra C. 12, 50, 8 *et* 10. — animal *h. e. venam ei secare* Veg. 1, 13, 4. 1, 22, 1. 1, 24.

Depli Veg. 5, 27. f. bdellii *not.*

Deplorant vites P. F. 30. *vid.* Lacrimare.

Depluit Iupiter imbre in sinus matris C. 10, 206.

Deponit florem frumentum P. Mai. 1, 1. — deponere cuneum, *demittere, inserere* P. F. 17, 2. — deponere malleolos, *plantare in terra* C. 3, 3, 2. surculum P. F. 17, 3. stirpem vitis C. 1, 1, 5. ulpicum C. 11, 3, 20.

Deportatio Cat. 144, 3.

Depressius pastinetur solum C. 11, 3, 10.

Deprimere plantas C. 11, 3, 28. deprimente locum palo *in quo ponatur talea* P. F. 18, 1. deprimuntur semina in regesto C. 4, 1, 3.

Depsere manibus Cat. 76, 1. coria Cat. 135, 3. ubi depsueris Cat. 76, 1. *Similiter de Scythis Herodotus IV*, 64. τὸ δέρμα δέψει τῇσι χερσί. ὀργήσας δὲ αὐτό *etc. Huc pertinet locus Homeri* Il. 17, 389. ὡς δ' ὅτ' ἀνὴρ ταύροιο βοὸς μεγάλοιο βοείην λαοῖσιν δώῃ τανύειν μεθύουσαν ἀλοιφῇ· δεξάμενοι δ' ἄρα τοίγε διαστάντες τανύουσι κυκλόσ' ἄφαρ δέ τ' ἰκμὰς ἔβη δύνει δέ τ' ἀλοιφὴ πολλῶν ἑλκόντων· τάνυται δέ τε πᾶσα διὰ πρό.

Depsticius panis uti fiat Cat. 74.

Depsta coria Cat. 135. 3. depsto luto oblinere Cat. 41, 4.

Depulsi a matribus agni V. 2, 2, 17. a mamma porci V. 2, 4, 16. *vide* Depello.

Depurgatos easdes C. 12, 9, 1.

Depurgo. depurgato Cat. 50, 1. 112, 2. depurgare sordes C. 9, 14, 13.

Deputatum, *decisum* C. 3, 10, 19.

Deputo vineam Cat. 49, 1. 50, 1. C. 4, 23, 2. arbores C. 11, 2, 32. deputandi falce palmites. — Deputare steriles vaccas aratro P. Mart. 11, 6. *h. e. destinare. Sic* P. S. 10, 1. Iul. 11.

Derelinquunt C. 9, 13, 12. *sed ibi Edd. vet.* delinquunt.

Derides? *vox fidem negantis*, V. 3, 2, 15.

Deridiculum est V. 1, 18, 5.

Derivanda sulcis palus C. 2, 17, 5.

Derogabit aetati arboris P. F. 25, 23. derogare fructibus suis P. 1, 6, 8.

Descendere gradatim V. 2, 1, 3 *et* 4.

Desciscunt malignitate naturali semina C. 3, 10, 18. *add.* 3, 2, 13.

Describunt caelum astrologi V. 2, 1, 7.

Descriptio hortulorum C. 4, 18, 2.

Descriptus. descriptae vites, *ordinatae* C. 3, 21, 4.

Desecare segetes et prata C. 11, 1, 8. prati iugerum C. 11, 2, 40. a vite C. 12, 43, 1.

Desecta herba C. 2, 18, 5.

Desectio stramenti C. 6, 3, 1.

Deserere possidendo C. 1, 3, 11. *plus possidere quam colere possis, qua ratione alii excluduntur.* Gesn. — Desero, *planto vid.* Desitus.

Deses intra tecta foemina C. 12,

Exereti a farina furfures C. 8, 4, 1. excreta tritici dantur gallinis C. 8, 4, 1. 8, 8, 6.

Excruciata uogula Veg. 1, 26, 1. *quid?*

Excubitor vigilans C. 7, 12, 1.

Excubo. excubandia ovis utiliores gallinae novellae C. 8, 5, 5. C. 5, 8, 6. C. 8, 11, 7.

Excudere ova V. 3, 9, 2. *it.* 10. *it.* 13. pullis formandis excudendisque C. 8, 14, 7. ἐκκολάπτειν. *vid.* Excusua. — Excudi debet caoalis a summo trunco P. Ian. 15, 17.

Excultae oleae C. 5, 9, 6. exculta semina C. 11, 3, 49.

ut Excurrat humor P. N. 15, 1. — Excurrimus, *exsecuti sumus* P. Aug. 7. *Sed vid. not.*

Excusatae matres ab incubatione P. 1, 28, 3. *de pavonibus.*

Excusent se invicem a calore P N. 7, 2. *pro* defendant. *sic* excusante laetamine ne poma caduca nascantur P. N. 7, 14.

Excusus. excusis anserculis C. 8, 14, 7. excusos pullos V. 3, 6, 4. 3, 9, 2 *et* 13.

Excutit gradus ambulantium tremor fabricae P. 1, 9, 2. excutiunt se iumenta post volutatiooem Veg. 5, 41, 1.

Execaveris Ca. 42, 1.

Exedra peristylo conclusae aves V. 3, 5, 8.

sine Exemplu nec docetur recte nec discitur C. 11, 1, 4.

Exemtiles perticae C. 8, 11, 4. *ubi duo Codd.* eximptibiles *habent.*

Exemtio favorum C. 9, 14, 11. exemtionem difficilem praebet C. 3, 19, 1.

Exemto anno i. e. exacto P. F. 17, 8. quarto meose P. F. 26, 2. tempore P. F. 33. exemtis XL diebus P. O. 15 *et* 14, 16. tribus diebus P. N. 20, 1.

Exeo. Exit e terra primnm hordeum V. 1, 45, 1. vix ulla herba C. 2, 12, 3. *conf.* P. F. 4 exire nituotur oculi sarmentorum P. F. 32, exit melior arvis napus C. 2, 10, 23. lupinus ooo exit solo limoso C. 2, 10, 3. exeat et grandescat leos sata P. F. 4. — exeuote mense P. F. 25, 33. *finiente.* — unde optimi exeunt asini V. 2, 6, 2. *h. e. gignuntur.* — non exeunt novenae partes ultra *etc.* V. 2, 1, 25. *h. e. transferri, applicari non possunt.* — uti iode (*de praedio*) exiri possit Ca. 1, 2. *V. no.*

Exerceo. cursu et opere C. 6, 27, 11. agrum multis arationibus P. Iao. 13, 2. locus frequenter exercitatus P. Sept. 10, 7. *ubi alii libri* excultus *habent* fiduciam cootumaccm P. Mar. 11, 1. imperia io tauros C. 6, 23, 3. exercetur labor C. 9, 15, 1. exerceotur machioae C. 12, 50, 7. — exercet mares iueundi cupiditas C. 8, 11, 7.

Exerito radicem C. 12, 58, 1. *antea erat pro* eruito. *In* Vegetio 1, 25, 6. articulus insertus *ex Codicis Sambuci scriptura* exemptus *mutandus erat in* exertus.

Exerxin Veg. 3, 47, 1. ἔξερξιν *not.*

Exesa salibus chalcis C. 8, 17, 12. vermiculis oliva C. 12, 50, 21. vioea P. F. 16, 1. exesae fruges C. 1, 6, 16.

Exgruminantes cochleae V. 3, 14, 3. *no.*

Exhalationes noxiae P. 1, 7, 4.

Exhalata pruina V. 2, 2, 12.

ne Exhalet odor Veg. 5, 68, 3.

Exhaustum animal Veg. 1, 1, 11. *h. e. macilentum.*

Exherbatur planta novella C. 4, 31, 2, exherbandus erit locus C. 11, 3, 11.

Exhibeat domino fidem ac bene-

31. *add.* Veg. 1, 22, 6 et 3, 22, 6. *ubi* fibola venae plagam adstringis: monstrat originem graeci ἀγκτῆρος unde ἀγκτηριάζειν *fibula labia vulneris contracta adstringere. Vid.* Regula. *De omni autem genere fibulae Io. Rhodius de acia Celsi.*

Fibulantur pulvinis testaceis iuncturae C. 1, 6, 13. *vid. not.*

Fictae tabulae *h.* e. fixae V. 3, 7, 4. *vid.* Afficta. Confictus.

Ficariae crates Cat. 48, 2. — inter ficarias (*ficeta*) caprifici arbor suspenditur P. Mart. 10, 28.

Ficatum *vid. not. ad* P. 1, 30, 4.

Ficetum V. 1, 41, 1.

Ficulneae arboris C. 5, 11, 11. 11, 2, 56. ficulnea cacumina P. Mart. 10, 35. folia C. 6, 3, 7.

Ficulnas insitiones V. 1, 18, 8. ficulneas *al.*

Fici arbor C. 5, 11, 14. fici ut serantur Cat. 8. *it.* 28, 1. V. 1, 41, 5. C. 5, 10, 9 sq. Arb. 21. seri, coli, et curari ut soleant P. 25, 33. Mart. 10, 23—36. ut inserantur Cat. 42, 1. C. 5, 11, 7. P. Apr. 5, 1. *ins.* 119. Fici planta P. Mart. 10, 25. cacumina C. 5, 10, 10. Fici ut grossos teneant Cat. 94. Ficus ad Divae Rumiae sacellum V. 2, 11, 5. *Fici semen Tertulliano papaver*: etiam de olivae nucleo mitis et opimae et necessariae oleaster exoritur; etiam de papavere fici gratissimae et suavissimae ventosa et vana caprificus exsurgit: Contra haereses. cf. Mercurial. V. L. 6. c. 7. p. 123. — Fici quas edimus V. 1, 41, 5. quae genera in Italiam translata V. 1, 41, 6. genera praecipua C. 5, 10, 11. *Conf. catalogum Macrobii* 2, 16. *Apud nostros occurrunt quas suis locis commemoramus* Africanae, albae, atrae, biferae, callistruthiae, Cauniae, cereolae, Chalcidicae, Chelidoniae, Chiae, Libycae, Libyscae, *vel* Libyssae, Liviae *an* Livianae? Lydiae, Mariscae, Rhodiae, Sabina, V. 1, 67. Saguntinae, Sulcae, Telanae, Topiae. Fici ut siccentur C. 12, 15. aridae C. 12, 5, 1. 12, 14. 11, 2, 62. ut integrae maneant Cat. 99. ut serventur P. Mart. 10, 33. earum coria siccentur P. Mart. 10, 35. fici conculcatae massa in offas divisa siccatur C. 12, 15, 4. ut promendae V. 1, 67 ficum ad malthas *adhiberi iubet* P. 1, 41. ex fico acetum C. 12, 18. — Ficus duplices Veg. 2, 10, 6. 1, 56, 17. 3, 21. 4, 3, 2. *v. supra* in duplex. ficus maturissimas C. 12, 17, 2.

Fidelia fictilis et vitrea C. 12, 38, 1. 12, 56, 1. *add.* 12, 7, 3. 12, 10, 4.

Fide bona solvere Ca. 14, 3. cum certa fide C. 3, 2, 29. fidem habere certam C. 11, 3, 8.

Fidicula, sidus C. 11, 2, 37. *eadem.*

Fidis C. 11, 2, 14 *et* 40 *it.* 57, 58. 88, 97. Fidem nostri vocant, quam λύραν Graeci V. 2, 5, 12.

Figlina creta V. 3, 9, 3. Figlinam (*artem*) exercere V. 1, 2, 23.

Figularis creta C. 6, 17, 6. figularibus tritis C. 7, 5, 9. Dioscor. V. 178. ὄστρακα τὰ λίαν κάτοπτα ἰσχαρωτικὰ, ὅθεν ἐπιχριόμενα σὺν ὄξει κνησμοὺς καὶ ἐξανθήματα ἰᾶται.

Figuli faciunt dolia V. 3, 15, 2.

Figurae inaequalitas in doliis C. 12, 4, 5.

Figurati e lateribus parietes P. 1, 34, 4.

Figuro. figurare in speciem cunei C. 4, 29, 9. figuratur manu caseus C. 7, 8, 7. simile angustae ollae C. 9, 15, 5. vinea C. 4. 21, 1. figurantur duo temones P. Iun. 2, 3. semina principiis agilioribus *de conceptu animalis* C. 6, 37, 2. fingendi et figurandi ceras C. 9, 15, 7. — figurantes

101. frons in vite P. S. 18. frondis crispae apium C. 11, 3, 33. frondea bubus et pecori Ca. 30. supervacuae decerpendae C. 4, 27, 5. luto Punico illinitae C. 9, 7, 4. — tenerrimum quemque frondem Veg. 4, 6, 2. *erat antea. Pro virga frondosa dici docui ad Col.* 5, 6, 17. ita αἱ φυλλάδες ap. Aristoph. Vesp. 398. sunt. Hesychio φυλλάδες οἱ ξηροὶ κλάδοι καὶ φύλλα ἔχοντες.

Frons, *frontis.* occipitio prior est Ca. 4, 2. — frons fossae vel scrobis, *latus interius, et quidem si oblonga est, brevius. vid.* C. 3, 15, 2 *et* 4. 4, 1.

Fructiferae arbores C. 11, 2, 46. materiae C. 4, 21, 3. fructiferum sarmentum P. F. 29, 3.

Fructuarius palmes quis? C. 5, 6, 29. fructuarii oculi C. 3, 18, 4. palmites C. 4, 24, 20. 5, 6, 29. rami C. 5, 9, 15. fructuaria scrofa V. 2, 4, 17. villa C. 1, 6, 1 *et* 9. flagella C. 5, 5, 16. sarmenta C. 4, 24, 8. Arb. 8, 1 et 10, 2.

Fructuosiora vina Falerna V. 1, 65, 2.

Fructus fundi, qui ex eo satus nascitur, utilis ad aliquam rem V. 1, 23, 1. omnis quinto gradu ad perfectum pervenit V. 1, 37, 4. cerae C. 9, 16, 1. aviariorum, ova et pulli V. 3, 3, 6. ovium qua lege venire solitus Ca. 150. fructum ferre incipit vacca V. 2, 1, 13. fructus aridi et liquidi V. 1, 13, 1. fruges aridae et humentes in Codice Theodos. T. I. p. 267. fructuum venturorum experimenta P. Iun. 9. — fructus libidinis C. 11, 1, 14. *h. e. fruitio.* — fructi plus capies Ca. 4, 2. fructuis venenum V. 1, 2, 19.

Frugalitas antiqua V. 3, 3, 6. eius exemplum domesticis sit villicus C. 11, 1, 19.

Fruges roburneae C. 9, 1, 5. frugibus idonea pars vitis C, 3, 17, 1. fruges pro fructibus *etiam* C. 10, 39. caducis frugibus C. 8, 9, 4. De varietate notionum bene disputavit Pontedera Postumorum T. I. p. 39.

Frugifero loco natus palmes C. 3, 10, 21.

Frumentacea farina Veg. 3, 57, 1. *tritici vel cuiuscunque frumenti*, lomento *opponitur.*

Frumentarius ager Ca. 6, 1. V. 2. 11, 17. campus Ca. 1. 17. frumentarium solum C. 5, 9, 7.

Frumentorum nomina frustra est praecipere, quae aut loco subinde aut aetate mutantur P. 1, 6, 14. quid frumentum? V. 1, 48, 1. frumenta quale solum expetant C. 2, 9, 2. P. 1, 6, 15. quando serantur C. 11, 2, 74. quae, ubi? Ca. 35. Ca. 3, 8, 4. florere et grandescere quot diebus soleant P. Mai. 1, 1. quot gradibus ad maturitatem veniant V. 1, 32, 1. quomodo terenda, expurganda, condenda C. 2, 21, 4 *et* 6. ut custodiantur P. 1, 19, 2. ubi melius serventur C. 1, 6, 10. contra curculiones et mures Ca. 92. ut promantur V. 1, 63. ne degenereot C. 2, 9, 21.

Fruor. frui pabulum Ca. 149, 1. *Catoni tamen* frunisci *tribuit* Festus, *quae forma diu in Italia duravit. Cf. Muratorii Antiq. Ital. T. II. p.* 1089.

Frustratio, non cultura V. 1, 1, 6. cupiditatis C. 11, 1, 14.

Frustrari impensas C. 1, 1, 2. frustrantur opera diurna cessando C. 12, 1, 5.

Frutectosus tractus C. 2, 2, 11.

Frutectis obsessus ager C. 3, 11, 3. nec Frutex nec arbor est vitis C. Arb. 1, 2. frutices oleraum C. 11, 3, 62. fruticibus buxeis aut myrteis C. 8, 15, 5.

Fruticat seges ante hiemem C. 2,

dicitur περὶ ὃ τὰ λίνα πλέκουσι· Hero in Mathem. vet. p. 126. νευρὰς πλέξαντες στοιχηδὸν ἐξ ὀργάνου συμβολίου σχοινίου, μήρυμα αὔταρκες ποιήσαντες. *Pollux etiam I.* 84. *memorat* σχοινοσυμβολεῖς *operarios restiarios. Coria in funem ungere antea iubet Cato*, quod in restibus seu nervis ex capillis muliebribus tortis praecipit idem Hero p. 141. αὗται γὰρ λεπταί τε οὖσαι καὶ μακραὶ καὶ πολλῷ ἐλαίῳ τραφεῖσαι ὅταν πλακῶσιν εὐτονίαν πολλὴν λαμβάνουσιν.

in Funus prodire defuncto V. 1, 69, 2.

Fur dupli condemnatur Ca. pr. 1. — Fur, *fucus* V. 3, 16, 19. *not.* Hesychius φώριος· εἶδος μελίσσης.

in Furcas destitutas colla boum includere V. 1, 20, 2.

Furcillae bipedales e surculis V. 1, 8, 6. furcillis versare herbam V. 1, 49, 1. contundere fasciculos fabarum C. 2, 10, 13.

Furfures hordeacei C. 12, 43, 3. a farina excreti C. 8, 4, 1. *not.*

Furiis libidinis exstimulatur C. 6, 27, 3.

Furnax *vide* Fornax.

in Furno siccantur ficus P. Mart. 10, 34. furno torrefactae fici C. 12, 15, 4.

Furtiva ruta melius provenit P. Mar. 9, 14.

Furunculus verrucae similis in vite C. 4, 24, 5. ut submittendus C. 4, 24, 15. 5, 5, 18. in furunculum germen submittitur C. 4, 22, 4. — *ulcus in equis* Veg. 2, 3. *add.* 5, 44, 2.

Fusci anseres P. 1, 30, 1. fuscus color lanae C. 7, 2, 4. boves fusci *Columellae et Palladio qui Varroni* helui. partus ex albo saepe editur *ibid.* 6. fuscum vinum P. XI. s. Oct. 14, 9.

Fusoria cisternae P. 1, 17, 1. coquinae P. 1, 37, 4. *vid.* Fusura.

Fusticuli allii P. 1, 35, 6. not.

Fustibus tunduntur spicae C. 2, 21, 4. *vid.* Baculus.

Fusura balnearum P. 1, 42. *not. add.* P. 1, 17, 1.

Futurus villicus *h. e. qui villicus esse volet* C. 11, 1, 7 *it.* 9 *et* 12.

G

Gaberius eques Ro. V. 2, 3, 10.

Gades *et* Gaditana lactuca C. 10, 185. Gaditanum municipium C. 7, 2, 4. Gaditani municipii brassica C. 11, 3, 26. Gadium municipium C. 8, 16, 9.

Gagates lapis masculus et femina Veg. 1, 20, 2. 4, 12, 3.

Γαλακτοπόται qui populi C. 7, 2, 2.

Galaticum hordeum C. 2, 9, 8 *et* 16. P. Ian. 4 *et* F. 8.

Galbano servantur pulli a serpentibus adflati C. 8, 5, 18. fugantur culices P. 1, 35, 8. galbana noxia succo C. 10, 17. *Bubon galbanum Linn. esse videtur.*

Color galbineus Veg. 1, 17, 14. 4, 3, 7.

Galbuli qui? V. 1, 40, 1.

Gallae pulvis in remediis apum C. 9, 13, 7. P. Mar. 15, 2. Gallae Syriacae Veg 3, 62, 1.

Gallia maxima donat mala C. 10, 41. Galliae transalpinae quaedam singularia V. 1, 7, 8.

Gallicanum vocabulum V. 1, 32, 2. C. 5, 1, 6. 5, 5, 16.

Gallicus ager Romanus V. 1, 2, 7. 1, 14, 4. 2, 3, 9. nunc Piceno contribuitur C. 3, 3, 2. caseus C. 12, 57, 3. Gallicae oves C. 7, 2, 3. regiones Ca. pr. 20. vites C. 3, 2, 25. uvae C. 12, 43, 9. Gallica salix C. 4, 30, 4. terebra C. Arb. 8, 4. ulmus s. Ati-

τῆς εὐδαίμονος, ὃ δὴ φρίτον οἱ ἐπιχώριοι καλοῦσι. *ubi Interpres corrigit:* δίκα στάγματος Λιβυκοῦ Λιβύης interpretatus succum laserpitii ex Cyrenaica regione. Sed vocabulum vitiosum puto. de Sociorum garo, eodem Hispano et nigro dicto, optime exposuit Cornarius l. c. Garum περιφράζει Manetho V. 464. πυθομένοις μύλδουσιν ἅμ' ἰχθύσιν οὐλοὸν ἅλμην.

Gaudet parum ulmus C. 5, 6, 16. *h. e. laeta est.*

Gelatus caseus C. 7, 8, 7. gelato lacte mollior C. 10, 397.

Gelicidia si erunt Ca. 65, 2. ad gelicidium retecti rami V. 1, 55, 2. gelicidia nocturna C. 11, 2, 6. gelicidiis infestari C. 2, 8, 3. peruri C. 11, 3, 62. mitescunt acini duriores C. 3, 1, 7.

Gelo. cum gelaverit C. 9, 13, 6. *h. e. refrixerit et constiterit. vid.* Gelatus. gelantur hiemis frigoribus fictilia vasa C. 9, 6, 2.

Gelum *pro* gelu V. 1, 45, 2.

Gelus Ca. 40, 4.

Gemellae vites C. 3, 2, 10.

Gemellar structile C. 12, 50, 10.

Gemini partus familiares C. 3, 8, 1. geminae vites duum generum C. 3, 2, 10. geminas vites ex eodem cespite diducere C. 4, 1, 1. — Gemini in caelo Apollo et Hercules V. 2, 1, 6. geminum astrum vocat C. 10, 312.

Gemmas et corticem movere C. 4, 29, 4.

Gemmascere C. 5, 10, 12 *et* Arb. 22, 1.

Gemmata matre, *de arbore Punica, pro* gemmante P. Mar. 10, 2.

Gemmo. gemmare incipit planta V. 1, 40, 4. *add.* C. 4, 27, 1. gemmantes surculi rosarum P. N. 11. gemmantia sarmenta P. F. 32. gemmantes pinnae C. 8, 11, 8. gemmantis caudae (*pavonis*) amictus P. 1, 28, 2. gemmantia lumina loti C. 10, 258.

Genae rescinduntur *gallinis pituita laborantibus* C. 8, 5, 22. *ita* genae *pro palpebris* Veg. 3, 16, 3.

Generale praeceptum P. 1, 43, 4. *Sic* generalia P. Ian. 13, 4. generales partes V. 2, 1, 12.

Generatim *h. e. separatis generibus* C. 2, 15, 7. 5, 10, 2. Arb. 18. 12, 7, 2. 12, 10, 5. P. F. 9, 13. — Generatim *et* specialiter *oppon.* C. 3, 9, 9. C. 12, 2, 3.

Generositas natis exhibita C. 6, 36, 3. surculorum P. O. 3. virentium C. 3, 6, 4. vitium C. Arb. 2, 1.

Genesta *pro* genista *scribunt omnes* P. F. 23. 2. P. N. 8, 2. *non esse spartum Graecorum, ostendit Salm. ad Sol.* p. 168. genestae succus Veg. 5, 12. *v.* Genista.

Geniculorum et gambarum inflexio Veg. 2, 28, 38. cum geniculis suis surculi rosarum P. N. 11. *not.*

Genistae satio C. 4, 31, 1. Arb. 29, 1. C. 1 pr. 28. genista et caricibus teguntur porticus gallinariae P. 1, 22. *vid.* Genesta.

Genitali loco nata C. 3, 10, 14. genitalia loca C. 6, 36, 2. membra C. 3, 10, 12. semina C. 10, 106. genitales partes C. 6, 26, 2. ex genitalibus (*vitium*) partibus sumendi trunci C. 3, 6, 1. ne genitales sint vulvae C. 7, 9, 5. genitalia tempora mundi C. 10, 196. *ita* genitabilis aura Favonii Lucr. 1, 11.

Genitor universi C. 3, 10, 10.

Geno *pro* gigno. antequam genat siliquas V. 1, 31, 4. *no.* principium genendi *et p. p.* ad genendum V. 1, 40, 1. genit lac V. 2, 2, 9. genuntur similes parentum V. 2, 6, 3.

Gens universa totius alvei, *de apibus* C. 9, 3, 3. gentis totius exitio *de*

mo mane C. 11, 1, 15. a mane et vespere V. 3, 9, 10.

Mania boum morbus Veg. 4, 2, 19. *ubi* insania *dedi.*

Manicae de pellibus P. 1, 13, 4. *Has, et quae sunt.*

Manicatae pelles C. 1, 8, 9 et 11, 1, 21. *intelligit Rhodius ad Scribo. p.* 53. *eas chirothecas, quas nostri* Muffe, *Germani ad superiorem Rhenum Danubiumque* Schlupfer, *Belgae* Moffae, *Galli* Moufles *vocant.* Gesner: *satis ridicule!*

Manifeatat *h. e. docet* P. O. 12, 5.

Manilius IC. *an* Mamilius *vid. ad* V. 2, 3, 5.

Manipuli de herba facti vehuntur in villam V. 1, 49, 1. manipulos obligare C. 11, 2, 40. vincire C. 2, 19, 2. *Ovidius Remed. vers.* 191. desectaa alligat herbaa et tonsam raro pectine verrit humum. nexoadeferre manipulos C. 10, 315.

L. Manlii arbitratu Cat. 144. 2.

Manna croci Veg. 3, 39, 4. 5, 23, 12. 6, 13, 3. succari Veg. 5, 22, 4. 5, 27, 6. *De hac videndus peculiaris Salmasii libellus, vel hyle potius Iatrica: quae de altera* croci manna *plane, quantum observo, tacet. Notior est* manna turia Veg. 5, 21, 3. *i. e. fragmina minora corticis ramentis permista ut vult Gorraeus. Multa etiam de hac Salmas. l. c.* Gesner. *manna croci est graecum* κροκόμαγμα *ut ad Vegetium docui.*

Mano. manans aqua C. 1, 5, 2. manantia loca C. 2, 9, 13.

Mansiones aestivae P. 1, 9, 5. hibernae, aestivae, vernae, autumnales P. 1, 12.

Mansuefacti arietes feri C. 2, 7, 4.

Mausuescere silvestria *transit.* V. 2, 1, 4. *vid. not.*

Mansueti erunt V. 1, 20, 2.

Manubriatae ferrulae P. 1, 43, 2.

Manubria ferramentorum optima C. 11, 2, 92. bidentum C. 5, 10, 6. manubrii foramen P. F. 17, 8. crassitudine C. 5, 9, 2. P. Mar. 10, 1 *et* 12.

Manus utraque quantum gestabit P. N. 22, 3. *eine Gispel.* ad manus accedere consuescunt equuli V. 2, 7, 13. de manu dare C. 7, 9, 8. manu pressus caseus C. 7, 8, 7. manu datur aqua C. 9, 5, 5. illata aqua C. 11, 3, 10. sata silva V. 3, 5, 12. — Manus fraxineae s. brachia p. ins. 60.

Marathrites vinum C. 12, 35.

Marcentia vino brachia C. 10, 428.

Marcescit languore capra C. 7, 7, 1.

L. Marcius praefectus fabrum V. 1, 2, 7.

Mareoticae vites C. 3, 2, 24.

Margines lapidei in flumine V. 3, 5, 9. *Masculino genere a Varrone dici* marginem, *annotavit Charisius grammaticus p.* 49.

Marini Caballionea, ungues, caudae, uvae Veg. 1, 20, 2. stellae, pallae Veg. 6, 12, 3. lactuca τιθύμαλλος C. 6, 15, 2. *forte pro* tranamarina, *ut* passer marinus, *et nostris Meer-Katze, Meer-Rettich. etc.* Gesner.

Mariscaa ficos Ca. 8, 1. pingues mariscae C. 10, 418. *not. Apud Macrobium Saturn.* 2, c. 16. *eadem esse videtur* Marsica. *Vide etiam* busycon.

Maritale coniugium C. 12 pr. 1.

Marito. se maritari velle ostendunt canes, *catulium* V. 2, 10, 11. Maritari debet foemina C. 7, 3, 6. maritantur singulis ternae gallinae C. 8, 2, 12. — maritare statumina C. 4, 22, 6. palum flagello seminis C. 4, 2, 1. maritantur vitibus ulmi C. 11, 2, 79. maritari arbores ut debeant C. 5, 6, 18. maritandae arbores C. 4, 1, 5.

11. Arb. 5, 1. P. Mai. 2. 1. — *Specialiter* genus palmitis quod de novello nascitur, et in tenero alligatum dependet, materiam vocamus C. 5, 6, 35. — Materies generosa in equinn pecore C. 6, 27, 1. mularis, vulgaris, *ibid.* quod ex vetere materie nascitur, *de ovibus* C. 7, 3, 15. *Pro* terra Col. 3, 5, 2. *not.*

Materina Ca. 34, 2. *not.*

Matiana mala C. 5, 10, 19. 12, 45, 5.

Matricalis vena equi Veg. 1, 10, 7, not. p. 28, 1. 13, 2. *vid.* Matrix.

Matrix *pars qua matres fiunt.* ad matricis dolorem medicamen Veg. 2, 17, 5 — Matrices *h. e. matres*, incantur, *de ovibus* C. 7, 3, 12. P. N. 13, 2. boves V. 2, 5, 12. gallinae C. 8, 2, 6 *et* 8. 8, 11, 12. incubantes C. 8, 5, 11. — Matricis venae Veg. 6, 4. *etiam in* spadonibus *et* admissariis Veg. 6, 7, 2 *et* 3. de matrice detrahendus sanguis Veg. 1, 25, 1. 1, 16, 1. 2, 6, 2. 2, 27, 1. 2, 28, 25. 3, 6, 1. 3, 5, 3. 6, 3. 5, 30. 5, 71. *not. p.* 28 *et* 102. *et Addenda ad* 6, 4. *vid.* Dematricare.

Matrnnalis labor C. 12 pr. 7. sedulitas C. 12 pr. 8.

Maturitas naturalis quae? C. 11, 2, 69. si legatur maturitas cum acerbitate, *maturae uvae cum acerbis* P. F. 9, 12. maturitatis serae fructus C. 3, 6, 3. maturitates seras expectare P. F. 9, 12. maturitatem capere C. 4, 23, 1. suam habet muria C. 12, 6, 2.

Maturo *intransit.* ea quae sero maturant, praecoquis *oppon.* P. Mar. 10, 27. tardius maturat P. N. 7, 22. olivas maturare muria P. N. 22, 2. *Sed vid. not.*

Maturus. matura ovis C. 7, 3, 11, *est* πρωτόγονος. matura animalia Veg. 1, 22, 2. matura animalia *sunt equi adulti.* maturi agni C. 11, 2, 14. *sub finem Ianuarii signantur.* matura faba serotinae *opponitur* C. 2, 10, 9; *et* maturum foenum C. 7, 3, 21. cordo. *it.* matura satio C. 2, 10, 15. seriori. σπόρος ὡραῖος *Dionysio Halic.* 7. 1. maturissimas ficus C. 12, 17, 2. maturissima semina C. 11, 3, 5.

Matutinus dies C. 9, 15, 4. matutinum eligito a tempestatibus liberum C. 6, 2, 3.

Maxillae equn si dolent C. 6, 30, 6.

Maxime pessima est C. 9, 3, 3. *vid. not.*

Mazonomum V. 3, 4, 3.

Me *pro* mihi V. 3, 16, 2.

Meatus minctionis Veg. 5, 14, 10.

Mechanicum vocab. C. 3, 10, 2.

in Media boves perferi V. 2, 1, 5.

Medianus digitus Veg. 3, 40, 3. *not.*

Mediastinus C. 1, 9, 3. 2, 13, 7.

Medica, herba, eius satio V. 1, 42. P. F. 7. laus C. 2, 11, 2. P. Apr. 1.

in Medica boves feri V. 2, 1, 5. *not.*

Medicabilis ligni succus C. 7, 10, 8. medicabile ita fieri mel P. Ian. 15, 19.

Medicabiliter asperat P. F. 31, 2.

Medicamen C. 6, 3, 2. de coagulo casei C. 7, 8, 2. theriacae P. F. 28, 2. medicaminis sapor vitiatur C. 12, 20, 1.

Medicamentosior brassica Cat. 157. 2. *sed vide in Addendis post Palladium.*

Medicamentum in dolium indere Cat. 39, 1. *Ita* C. 12, 20, 3: medicamen *et* medicamentum *de iis rebus dicuntur, quae adiiciuntur defruto ut aetatem ferat.* Gesner.

Medicatus cibus C. 9, 13, 3. medicatis seminibus nihil nocet eruca C. 11, 3, 64.

Medicina pecoris scientiam requirit

contemnendum in MS. Leid. pro abrumpi P. 1, 19, 1. *quin etiam Varroni restitutum velim;* 3, 10, 5. *ubi legitur*, abrumpunt collum. Gesner.

Obruere, *serere* C. 11, 2, 72 *et* 81. 11, 3, 16. obruitur beta semine 11, 3, 42. — obruit olivam oleum C. 12, 47, 10.

Obscenus cruor C. 10, 360. *de sanguine menstruo* obscena reddere *Ovidio Remed.* versu 437. est urinam per obscena reddere.

Obsequium tentare C. 6, 27, 10. obsequia feminae solicitat C. 6, 37, 9.

Obsequor. obsequitor bubulcis Cat. 5, 6. obsequentissima curae mortalium Italia C. 3, 8; 5.

Obserere campum octo modiis C. 2, 9, 1. obseritur iugerum V. modiis C. 2, 11, 11.

Obseri virgultis V. 1, 14, 1. obserunt exitus ferarum ramices C. 9, 1. 3.

ex Observatu V. 2, 7, 3.

Obsessus frutetis ager C. 3, 11, 3.

Obsidiantur prodeuntibus apibus, *insidiantur* C. 9, 14, 10.

Obsidio curatoris excipiuntur apes protinus C. 9, 9, 1. obsidia pestis C. 9, 7, 6. ne obsidiis hominum, aut insidiosorum animalium diripiantur C. 8, 2, 7.

Obsoleti purpurei coloris salix C. 4, 30, 4. obsoletior color C. 2, 11, 12.

Obstipae sues transversa capita ferunt C. 7, 10, 1.

Obstrigillare V. 1, 2, 24.

Obstringere viminibus C. 4, 29, 10.

Obstupescunt potantes apes V. 3, 16, 35.

Obterit infantem bos V. 2, 5, 5.

Obtinebit *h. e. apertum et vulgo creditum erit* V. 2, 1, 9.

Obtruncatio totius vitis C. 4, 29, 4. de eadem re.

Obtruncatur superficies vitis C. 4, 29, 13.

Obturare, *de spissamento* C. 12, 48, 4. — obturato, *oblinito* Veg. 5, 61, 2.

Obversa orienti Col. 8, 3, 1.

Obviare grandini P. 1, 35, 14. vermibus P. Mar. 10, 4.

Obumbrata glebis germina adu. gelicidia P. N. 1, 2. ab sole obumbratur C. 4, 24, 15. *si locus est sanus.*

Obvolutatus Veg. 4, 18, 1. erat pro obluctatus.

Occatio, rusticis pulveratio C. 11, 2, 62.

Occator C. 2, 13, 1.

Occatoria opera C. 2, 13, 2.

Occidens aestivus C. 1, 6, 2.

Occidimus V. 3, 17, 10, *i. e. occurrimus. not.*

Occidionem gregis prohibens C. 7, 5, 16. ad occidionem perduci C. 4, 17, 3. interimere C. 9, 15, 3.

Occipit fervere Cat. 156, 2.

Occipitium vindemiatoris videre V. 1, 8, 6. occipitio frons prior est Cat. 4, 2.

Occo. occare V. 1, 31, 1. 1, 29, 3. per saritores V. 1, 29, 2. occare *h. e. operire* P. Mai. 4, 1. *not.*

Occulcare Cat. 49, 2. V. 1, 13, 4.

Occupare pecuniam C. 1, 8, 13. 11, 1, 24. occupant iugerum seminis modii quinque C. 2, 9, 15. 2, 17, 3 *et* 8. 2, 10, 16. 2, 11, 10. *vid.* Impleo, Obsero, Satisfacio.

Occurrere ante imbres, *de praecoquis ficis* P. Mar. 10, 27. quae non occurrimus facere, *occupavimus*, ἐφθάσαμεν P. Aug. 7. *vid. not.*

Ocimi, plantae, satio et cultura C. 11, 3, 29. mira natura P. Apr. 3, 5. P. O. 11, 5. *Ocimum hortense sectile memorat Theophr. C. P.* 2, 20.

Ocinum *pabuli genus* Cat. 27. 53, 54, 3 et 4. *unde dictum?* V. 1, 31,

P

det, dictum censet Plinius 18. sect. 10. no. 3. ubi milii et panici differentiam tradit. Theophrastus μελίνην *interdum* ἔλυμον *dixit, nusquam iuxta* ἔλυμον *et* μελίνην *nominavit, ut distingueret, quod tradere videtur Harpocrationis locus in vocabulo* μελίνη, *sine dubio vitiosus, ubi nominat ex Theoprasti Historia plantarum librum VII, ubi hodie nihil simile legitur, quamquam initio octavi* μελίνη *iuxta* κέγχρον *nominatur. A graeco* πανίκη *derivat Scaliger Coniectan. ad Varronem pag. 45. Albertus Mag. Vegetab. p. 473. milium ait esse spica divaricata, panicum spica simul stante in culmo uno. Milium est Linnaei panicum miliaceum*, Hirse; *panicum contra id, quod Italicum Linnaeus cognominat, unde nostris* Pennich, Pfännig, Plench, Fench *audit, diversum a panico germanico, a cauda vulpina* Fuchsschwanz *cognominato.*

Pautuleius Parra V. 3, 5, 18.

Papaveris satio et cultus C. 11, 3, 42. P. S. 13, 1. papaver anetho *iung.* C. 10, 314. cereale papaver *ibid.*

Paphie lactuca C. 10, 193. Paphius thyrsos C. 10, 370.

Papiliones ut enecentur in alvearibus C. 9, 14, 2. *it.* 8 *et* 9. P. Mar. 15, 4. Apr. 8, 7.

Papilla uberis C. 9, 11, 4. — papillae *fontibus forte melius conveniant, quam* mammillae *vid. ad* V. 3, 14, 2.

Papulae in pecore ut curentur C. 6, 31, 2. papulis aestuans prurigo Veg. 3, 71, 2.

Papyri ligamen C. 6, 6, 4. Veg. 3, 3, 4. papyro faciendum vinculum P. F. 29, 2. *conf.* P. F. 33. papyri usus ad fistulas Veg. 2, 13, 5. 2, 23, 2. 2, 26, 1. papyrus candelarum purgata Veg. 2, 57, 1.

Par. pari pondere C. 12, 51, 2. pari libra eum aequore maris C. 8, 17, 1. paria facere cum rationibus domini C. 11, 1, 24 *et* 1, 8, 13.

Paracenterium Veg. 2, 17, 2.

Paracentesis, παρακέντησις Veg. 1, 43, 3. in cura oculi Veg. 2, 17, 1.

Paralysin ex frigore sustinet stomachus Veg. 3, 34. patiuntur iumenta Veg. 3, 41, 1.

Parastaticae Veg. 4, 1, 2. *inter ossa equi.*

Parata messis, *matura* P. Iun. 2, 2.

Parcere opera Ca. 1, 1.

Parcius putare C. 4, 24, 18. *si lectio sana est*

Paridius Veterensis C. 4, 3, 6.

Paries. parietum tectura fortis et nitida ut fiat P. 1, 15. intra parietes continere C. 12, 1, 5.

pro Parietaria herba *scribitur* Paritaria *aliquoties apud* Veg. *v. g.* 3. 65, 11. 3, 66, 5. *legebatur. Eadem* Vrceolaria.

Parilia, *festus dies* V. 2, 1, 9. C. 7, 3, 11. *Vide* Palilia. *Locum Ciceronis et Solini de Palilibus et die natali Romae urbis illustrat locus Plutarchi in Rom.* c. 11, *huc transferendus ob auctoritatem Varronis:* ἐκείνην δὲ τὴν ἡμέραν, ᾗ τὴν πόλιν ὁ Ρωμύλος ἔκτισεν, ἀτρεκῆ τριακάδα τυχεῖν λέγουσι, καὶ σύνοδον ἐκλειπτικὴν ἐν αὐτῇ γενέσθαι σελήνης πρὸς ἥλιον, ἣν εἰδέναι καὶ Ἀντίμαχον οἴονται τὸν Τήϊον ἐποποιὸν ἔτει τρίτῳ τῆς ἕκτης Ὀλυμπιάδος. Ἐν δὲ τοῖς κατὰ Οὐάῤῥωνα τὸν φιλόσοφον χρόνοις, ἄνδρα Ῥωμαίων ἐν ἱστορίᾳ βιβλιακώτατον, ἦν Ταρούτιος ἑταῖρος αὐτοῦ, φιλόσοφος μὲν ἄλλως καὶ μαθηματικός, ἁπτόμενος δὲ τῆς περὶ τὴν πίνακα μεθόδου θεωρίας ἕνεκα, καὶ δοκῶν ἐν αὐτῇ περιττὸς εἶναι. Τούτῳ προὔβαλλεν ὁ Οὐάῤῥων ἀναγαγεῖν τὴν Ρωμύλου γένεσιν εἰς ἡμέραν καὶ ὥραν ἐκ τῶν λεγομένων ἀποτελεσμάτων περὶ τὸν ἄνδρα ποιησάμε-

Ep. 77. Idem XI. 53. tenui maiorem cordylam lacerto dicit; unde de magnitudine licet indicare. Idem mutatos lacertos sextis ovis coronatos habet. Graece lacertus dicitur σκῦδος *et* τράχουρος, *de quo, ut colia, dixi in Histor. litter. Pisc. p. 64. 65. Hicesius medicus ap. Athen. VII. p. 321. coliam scombro maiorem facit his verbis:* Ἱκέσιος φησὶ τοὺς σκόμβρους ἐλαχίστους μὲν εἶναι κατὰ τὸ μέγεθος, τροφιμωτέρους δὲ τῶν κολιῶν καὶ εὐχυλωτέρους, οὐ μὴν εὐεκκριτωτέρους. *Hirundine et myrme vel myrmia (mormyrum interpretatur Athenaeus) piscibus minores coliam et scombrum facit Epicharmus ibid. p. 321. ubi colia et scombro maior thynnis affirmatur. His igitur ex testimoniis liquet, lacertum cordyla thynnide minorem esse coliam. Coliam scombro aequalem fere ponit Epicharmus, sed Hicesius scombro maiorem facere videtur, cum scombros omnium minimos facit, cum colia comparans. Coliam porro Martialis videtur lacertum Sexitanum dicere. In quo nisi me coniectura fallit, cordyla minor colias erit. Itaque Plinius potuit colias, Parianum et Sexitanum, lacertorum minimos dicere. Verum dubitationem non levem fecit mihi de loci sanitate, quod in libris plurimis Plinii legebatur antea:* lacertorum minimi: *quod ex Codice Pintiani et Regio 2. mutavit Harduinus. Accedit, quod veterum scriptorum nemo Maeoticos colias celebravit. Denique Xenocrates initio c. 34. unde sua in hoc loco plerumque transtulit Plinius, longe aliter de colia:* Κολία, εὔστομοι κινητικοὶ κοιλίας· κράτιστοι δὲ οἱ Ἰβηρικοί· Πηλαμὺς *etc. quae supra posui. Quare suspicari coepi, olim in Plinio scriptum fuisse:* lacertorum generis: minima ab iis Maeoticorum cordyla, et haec pelamis pusilla, cum in Pontum e Maeotide exit, hoc nomen habet. Cybium, ita vocatur etc. *De cybio quod sequitur, recte contra Salmasium Harduinus annotavit locum Varronis et Festi, ubi piscis ipse* κύβιον *vocatur, ut tormenta inde confecta et salsa* κύβια *dicuntur. Oppianus Hal. I. 183. cum orcynis, premadibus et colias nominat* κυβείας. *Pergit Xenocrates:* τὸ δὲ ὡραῖον καλούμενον ἡδὺ εὔτροφον ἄδιψον. Τρίτομον κύβιον δύσφθαρτον, στερεώτερον τοῦ κυβίου, τἄλλα δὲ ἐμφερές· *ubi vulgatum* λεώραιον, *quod Rosarius etiam in libro suo legerat, cum Wottono correxi ex Cod. Vatic. et Regio: Deinde Vatic. et Reg.* τρίτον, *Mosq. in margine* τριτων *habet (quod h. l. restituendum esse iam olim Wottonus p. 105. suspicatus erat), postea rectius:* τὰ δ' ἄλλα ἐμφερές. *Plinius haec ita vertit:* Triton pelamidum generis magni: ex eo uraea cybia fiunt: *De pisce igitur tritone est interpretatus, quae Xenocrates potius de salsamentorum forma praecepisse videtur.* De Cybio vidimus usum Graecorum, quem firmat locus Hicesii ap. Athen. p. 118. Ἱκέσιος πηλαμίδας κύβιον εἶναι φησὶ μεγάλα· *ubi corrige* μεγάλας. *Horaeum salsamentum genere neutro, piscem ipsum, unde fiebat salsamentum, genere masculo dixisse videntur. Idem de* τριτόμῳ *mihi videtur. Ecce enim Plautus Captiv. IV. 2, 71.* horaeum scombrum et trigonum et cetum *simul nominat, ubi inepte interpretantur. Quae sint* κύβια *et* τρίτομα *egregie interpretatur Archestratus poeta ap. Athenae. p. 116. ubi de nescio quo pisce:* τμήσσοντες τετράγωνα τὰ γ' ἥτρια (*vulgo* τὰ χήτρια) τεκταίνονται (*Bosporani piscatores*) — Θύννων δ' ὡραίων Βυζάντιον ἔπλετο μήτηρ καὶ σκόμβρων βυθίων καὶ εὐχόρ-

του κιλιβάττιω — Ἰόνιον δ' ἀνὰ κῦμα φυγὼν Γαδειρόθεν ἄξει Βρέττιος ἢ Καμπανός, ἢ ἐξ ἀγαθοῖο Τάραντος Ορκύνοιο τρίγωνα, τά τ' ἐν στάμνοισι τεθέντα ἀμφαλλὰξ δείπνοισιν ὀπηδεῖ. *ubi recte Dalecampius* τετράγωνα *cybia interpretabatur, ex abdomine* (ἠτρίοις) *facta piscis ibi non nominati Horaea ex thynno fieri patet, ut* τρίγωνα *ex orcyno, quae* τρίτομα *Xenocrates vocavit. Locum Diphili postea ponam. Ante enim Plinii locus explanandus est 9. s. 18. ubi de thynno est:* Hi membratim caesi cervice et abdomine commendantur atque clidio recenti dumtaxat, et tum quoque gravi ructu: cetera parte plenis pulpamentis sale asservantur. Melandrya vocantur caesis quercus assulis simillima. Vilissima ex iis, quae caudae proxima, quia pingui carent: probatissima, quae faucibus: at in alio pisce circa caudam exercitatissima. Pelamides in apolectos particulatimque consectae, in genere cybiorum dispartiuntur: *Quae ducta sunt ex his Xenocratis cap. 35. ubi de salsamentis ex thynno factis* (Θύννια *et* Θυνναῖα *Graeci dicebant*) *peculiariter tradit:* αὐχὴν μὲν γὰρ αὐτῶν γίνεται ὠμοτάριχος· ἐστὶ δὲ εὔστομος, δύσφθαρτος, διὰ τὸ ἀπίμελον· κράτιστος δ' ὁ Κυμαῖος· κοιλία δὲ τοῦ θύννου πρόσφατος μὲν ἐδώδιμος, οὐχ ὑπομένει γὰρ (*πρὸς deleo*) παλαίωσιν, εὐστόμαχος, ὡς ἐν ταρίχει, εὔχυλος εὐδιάφθορος, ἐπιπολαστικὴ δὲ διὰ τὸ πιμελῶδες. Τὰ δὲ λοιπὰ μέρη πελάνδρυα διὰ τὴν ἐμφέρειαν πρὸς τὰς μελαινούσας τῆς δρυὸς ῥίζας, παρορμητικὰ ὀρέξεων νάπυος παραπλοκῇ, τοῦ δὲ ὑπογαστρίου δυσφθαρτότερα τῷ τῆς πιμελῆς ἀπηλλάχθαι. *ubi Cod. Vatic. et Reg.* μελανδρίαν, *Regius in margine* κοσταὶ *habet scriptum. Mosquensis* προσφάτη, *deinde* ἐπιπολαστικοί· *In Plinio si intempestivam hominis docti glossam:* atque clidio: *deleveris, plane cum Xenocrate in concordiam redibit Plinius, alioquin male de cervice seu clidio docens, quae de abdomine Graecus. Quae de melandryis addit Plinius assulas quercus memorans, ad radices quercus refert editus Xenocrates, quae nunquam* μελάνδρυα *dictae fuerunt graece. Quare* ῥίζας *mutandas censeo in* σχίζας. *Plinius enim* σκινδαλμοὺς *et* σχίδακας *assulas interpretari solet. Quae de apolecto addit Plinius, eadem sic Xenocrates:* Ἀπόλεκτος. ψαφαρώτερόν ἐστι τοῦ τριτόμου, εὔστομία λειπόμενον, εὐδιοίκητον, πεπτικόν: *quibus similiora vel potius paria sunt haec Plinii 32. s. 53.* pelamis: earum generis maxima apolelectus vocatur, durior tritone: *Ceterum in Xenocrate Codd. Vatic. Mosq. et Reg.* Ἀπόλεκτον *habent cum Wottono p. 165. Rasarius plane omisit.* Sequitur in Xenocrate: Ορκίλος πηλαμίς ἐστι μεγάλη (οὐχ *adde cum Rasario et Wottono*) ὑποστρέφουσα ὑπὸ τὴν λίμνην, ὑγιής, ὁμοία δὲ τῷ τριτόμῳ, πλὴν δυσφθαρτότερον· διὸ ὑπομένει παλαίωσιν: *quae Plinius sic reddidit 32. s. 33.* Orcynus: hic est priamidum generis maximus, neque redit in Maeotin, similis tritoni, vetustate melior: *Scilicet in graeco scriptore recte Codd. Vatic. et Reg.* ὄρκυνος, *Mosq.* ὀρκύλος *in margine* ὄρκυνος: *In vocabulo vitioso* ὑγιὴς *latere puto* Μαιῶτιν. *Xenocrates de sarda pergit:* Σάρδα ἡ πηλαμὶς ἐπιμήκης ὠκεάνιος, εὔστομος, δριμύτητι κυβίου προφέρουσα, κινητικὴ ὀρέξεως, πρὸς ἔκκρισεις εὔλισθος. *unde Plinius:* sarda: ita vocatur pelamis longa, ex Oceano veniens: *ubi Harduinus ex Galeno de Alim. Fac. III, 31. annotavit, Sardam dici pelamidem cum Sardiniam*

praeternatat. Sardam et cordylam parare docet Apicius IX. 10. *Atque huiusque de pelamide Xenocrates. Ad pelamidem igitur solam pertinent diversa vel aetatis vel salsamentorum ex ea factorum formae vocabula, scilicet* κορδύλη, *cordyla*, κυβεῖας, κύβιον, *cybium*, vel τετράγωνον ὡραῖον, *horaeum*, τρίτομον *seu* τρίτον *vel* τρίγωνον, *postea* ὄρκυνος, *porro* ἀπόλεκτον *vel* ἀπόλικτος, *denique* σάρδα, *sarda. Quae si bene tenueris, facile te multis variorum scriptorum locis et difficultatibus expediveris.* Sequitur de scombro; σκόμβρος εὔστομος, δύσφθαρτος, δίψης ποιητικός, κρατίστη δὲ ἐν Παρίῳ. *ubi Cod. Reg.* ἐν Παρίᾳ *Vatic.* ἐν Πάρῳ· deinde Cod. Mosq. δίψους ποιητική. *Mirum vero mihi accidit* σκόμβρῳ *iungi verba formae foemineae. Plinius haec omisit; vel potius patriam Parium coliis attribuit, scombrum simpliciter nominavit post sardam; itaque eo in loco quaedam excidisse suspicor. De scombro idem IX. s.* 19. et primi omnium scombri (*ad Pontum exeunt*) quibus est in aqua sulphureus color, extra qui ceteris. Hispaniae cetarias hi replent, thynnis non commeantibus. *Postrema vellem scire quo auctore tradiderit Plinius. Memorabile enim et inquisitione dignum, ad Hispanias non commeare thynnos, sed coliam scombrosque, lacertorum e genere, et coliam quidem minimum, cetarias hispanicas replere. De Scombro vide Histor. litter. Pisc. p.* 52. *Antequam quae de thunnorum salsis membris tradit Xenocrates pertractemus, lubet reliquorum medicorum disciplinam comparare, eorumque testimoniis disputationem nostram confirmare. Primum igitur audiamus Diphilum Siphnium, quem fere ubique cum Xenocrate reperi consentientem. Hic igitur ita docet apud Athen. III. pag.* 120 Κράτιστα (τραρίχη) τῶν μὲν ἀπιόνων κύβια καὶ ὡραῖα καὶ τὰ τούτοις ὅμοια γένη. τῶν δὲ πιόνων τὰ θυνναῖα καὶ κορδύλη· τὰ δὲ παλαιά, κρείσσονα καὶ δριμύτερα, καὶ μάλιστα τὰ Βυζάντια. τὸ δὲ θύννιον φησὶ γίνεσθαι ἐκ τῆς μείζονος πηλαμίδος, ὧν τὸ μικρὸν ἀναλογεῖ τῷ κυβίῳ· ἐξ οὗ γένους ἐστὶ καὶ τὸ ὡραῖον. ἡ δὲ σάρδα προσέοικε τῷ κολίᾳ μεγέθει· ὁ δὲ σκόμβρος κοῦφος καὶ ταχέως ἀποχωρῶν τοῦ στομάχου. *Quae sequuntur de colia, supra iam posui. In verbis hic positis notabile est sardam coliae magnitudine fere parem dici.* θύννιον *videtur esse idem cum* θυνναίοις, *quae antea Diphilus nominavit. Dalecampius melandryan* θύννιον *interpretatur. Ceterum verba Diphili sic sunt scribenda:* ἐκ τῆς μείζονος πηλαμίδος, ἧς τὸ μικρὸν γένος ἀναλογεῖ τῷ κυβίῳ, ἐξ οὗ ἐστι καὶ τὸ ὡραῖον. *Ita cum Xenocrate plane sentit et* κύβιον *minus pelamidis genus dicit, ex quo* ὡραῖα *sunt etiam apud Xenocratem. Melandryn speciem esse maximorum thynnorum Pamphilus tradit ap. Athenaeum pag.* 121. *de melandryis ibidem sic Diphilus:* καὶ ἐστι τὰ τεμάχη αὐτοῦ (melandryos) λιπαρώτερα· τὸ δὲ ὠμοτάριχον κήτημά τινες λέγουσι, καὶ ἐστὶ βαρὺ καὶ γλοιῶδες, προσέτι δὲ καὶ δύσπεπτον. *Nimis laxe* ὠμοτάριχον *Dioscorid. II.* 32. *thynni salsi carnem interpretetur, rectius cervicem dixeris. Sed redeamus ad pelamidem, ex qua* ὡραῖα *supersunt illustranda. Deinceps salsamenta ex thynnis recensebimus. Pollux VI,* 48. ὡραῖα τεμάχη *cum salsamentis Gaditanis, Sardicis, Ponticis, Phrygiis et Aegyptiis et piscibus* κύβοις *memorat,* τεμάχη ὡραῖα; *idem VII,* 27. τάριχος ὡραῖον, ὡραιοτάριχος (*Hesychius etiam* ὡραιοπώλης, ταρι-

χοπώλης) *quin adeo* σαργάνας (*vasa in quibus salsamenta vehebantur*) ὡραίας, *ut* σαργάνας σαπρὰς, ἡμισείας, διημισειίας, ἐαρινὰς *enumerat. Cum Diphila de horaeis plene sentit verbis etiam fere iisdem Diocles Carystius ap. Athen. p.* 116. Hicesius ibidem οὐκ εἶναι εὐεκκρίτους κοιλίας οὔτε πηλαμίδος οὔτε τὰ ὡραῖα· τὰ δὲ νεώτερα τῶν θυννίων τὴν αὐτὴν ἀναλογίαν ἔχειν τοῖς κυβίοις, μεγάλην τε (malim δὲ) εἶναι διαφορὰν πρὸς πάντα τὰ ὡραῖα λεγόμενα· ὁμοίως δὲ λέγει καὶ τῶν Βυζαντίων ὡραίων πρὸς τὰ ἀφ' ἑτέρων τόπων λαμβανόμενα, καὶ οὐ μόνον τῶν θυννίων, ἀλλὰ καὶ τῶν ἄλλων τῶν ἁλισκομένων ἐν βυζαντίῳ. (*adde* μεγάλην διαφορὰν εἶναι). *In his verbis vitium est apertum, quod corrigo* εὐεκκρίτους κοιλίας πηλαμίδος. *Distinguit igitur Hicesius in pelamide ventrem et horaea a cybiis et* θυννίοις. *Archestratus ibidem Byzantinum horaeum* (ὡραίου τέμαχος) *bonum et molle laudat p.* 117. *Idem p.* 301. *orcynum interpretatur magnum thynnum, cumque Samium, Byzantinum, Siculum, Laconicum, Hipponiensem, Bruttium vero omnium maxime laudat; ceteri enim, inquit, hia in Graecia capti, illinc per maria multa aberrarunt, adeoque* ἄωροι *capiuntur. Ex quo loco apparet* ὡραίους ὀρκύνους *vel* θύννους *vocatos fuisse ab anni tempestate et regione maris longinqua a Graecia, ubi capti saliebantur. Ipsa etiam membra piscis adeoque vasa, quibus haec salsa advehebantur,* ὡραῖα *fuisse dicta, antea annotavi. Recte* ὡραῖα *ab* οὐραίοις *diversa statuit Harduinus ad Plinium p.* 507. *male contra Kuhnius ad Pollucem* ὡραῖα *esse putabat salsamenta ex pulpis thynni caudae proximis vere salita: p.* 592. Οὐραῖον θύννης *Archestratus p.* 303. *laudat ex thynnide magna Byzantina, qui cum Sostrato pelamidem thynnidem videtur vocasse. In Varronis de L. L. IV. p.* 21. *cum cybio inter pisces nominatur etiam uraeon; sed ibi oraeon scribendum esse, nunc demum ex antea dictis patebit. Orcynos Dorion ap. Athenaeum p.* 315. *ex freto Gaditano intrare mare mediterraneum ait, plurimosque capi in Iberico et Tyrrhenico. Hicesius ibidem affirmat Orcynas Gadibus captos pinguissimos esse, ab his Siculos; qui vero longius a freto Gaditano capiantur, itinere emaciatos deprehendi. Gadibus seorsim cervicem* (κλειδία) *saliri inde et melandryas* (οἱ μελανδρύαι λεγόμενοι); *hypogastria gustus suavitate praestare reliquis partibus, a cervice contra vinci. Postremum ponam locum Diphili pag.* 356. *ubi pelamis salsa* καλλιβίῳ ὁμοίως εὐκοίλιος καὶ λεπτυντική, *maior vero* συνοδοντὶς *vocatur,* ἀναλογῶν μέντοι ὁ χελιδονίας τῇ πηλαμίδι σκληρότερός ἐστι· ἡ δὲ χελιδὼν ἡ τῷ πολύπῳ ἐοικυῖα ἔχει τὸ ἀφ' αὐτῆς ὑγρόν. εὔχροιαν ποιοῦν — orcynus βορβορώδης *dicitur,* καὶ ὁ μείζων προσέοικε τῷ χελιδονίᾳ κατὰ τὴν σκληρότητα, τὰ δὲ ὑπογάστρια αὐτοῦ καὶ ἡ κλεὶς εὔστομα καὶ ἁπαλά· οἱ δὲ κόσται λεγόμενοι ταριχευθέντες εἰσὶ μέσοι. Ξανθίας δ' ἐπὶ ποσὸν βρωμώδης ἐστὶ καὶ ἁπαλώτερός ἐστι τοῦ ὀρκύνου. *Quae variis modis tentarunt viri docti nominum et vocabulorum novitate in medico Siphnio, Callibium in cybium mutant; Chelidoniam auctoritate Hesychii in* χέλεαρ *defendit Casaubonus. Sequens* χελιδὼν ἡ τῷ πολύπῳ ἐοικυῖα *recte a viris doctis corrigitur* ἐλεδώνη τῷ πολύπῳ. *Intelligitur genus polypi de quo Aristoteles H. A. IV.* 1. *Qui sequuntur* κοσταὶ *a Casaubono ex vitiosa Hesychii glossa* κοστίας, κοιλίας, κύμαρος *defenduntur, ubi corrigit* κο-

75. p. 138. pilis subigere corium arenati Ca. 18, 7. pilae ex lapide angulari Ca. 14, 1. Homerus Iliad. μ. 259. στήλας. Scholia λίθους τοὺς θεμελιαίους. Hesychius στῆλαι· οἱ λίθοι τοῦ τείχους οἱ προεστῶτες κάτωθεν πρὸς ἀντέρεισμα καὶ θεμέλιον. *Nescio an huc pertineant* pilae angulares *et* aedificia, quae pilatim aguntur ap. Vitruv. 6. c. 11.

Pila marina Veg. 6, 12, 3. ubi erat antea *palla marina* uti hodie audit apud Italos σφαῖρα θαλασσία, testante Matthiolo ad Dioscor. T. II. p. 705. Aristoteles H. A. 9. c. 14. cum ἁλοσάχνη nominat σφαῖραν θαλασσίαν et cum halcyonis nido comparat; igitur ad genus alcyonii pertinere videtur.

Pilosus venter ovis V. 2, 2, 3.

Pilulae cupressi P. O. 14. 11. Veg. 3, 62, 2. 5, 2, 3. — squibala equi minuta· Veg. 2, 19, 2. — Collyria ad ovi magnitudinem Veg. 2, 34, 2. ad similitudinem pilularum maiores glandulae Veg. 3, 24, 1.

Pilum fabarium, farrearium, seminarium Ca. 10, 5. saligneum C. 11, 3, 33. pilo tundere P. 1, 11, 2. contundere *ibid*. 3. Graece est ὕπερον, cuius figuram innuit Polybius, ubi corvos navibus Duillii adiunctos describit, quibus naves Carthaginensium copulabantur et militi transgressum praebebant, 1, 22. ἐπὶ δὲ τοῦ πέρατος αὐτοῦ προσήρμοστο σιδηροῦν οἷον ὕπερον ἀπωξυσμένον ἔχον δακτύλιον ἐπὶ τῆς κορυφῆς, ὡς τὸ ὅλον φαίνεσθαι παραπλήσιον ταῖς σιτοποιϊκαῖς μηχανήσεσι· ubi quod putabat Editor pistillum frumentarium suspensum fuisse ex tollenone eo libramento, ut facili opera ac levi adhibita manuum vi deorsum et sursum deprimi atque adduci posset, vix poterit testimonio scriptoris veteris confirmari. Nam γέρανος illa, ὄργανον ξύλινον ἐν ᾧ κόπτουσιν οἱ ἀλφιτοποιοὶ τὰ ἄλφιτα, testibus Hesychio et Etymol. M. auctore, si vel maxime cum ciconia latinorum scriptorum conveniret, cum tollenonem significat, ad pistilli frumentarii fabricam et figuram demonstrandam nihil plane facit. Atque omnino Editor in interpretando Polybii loco plane ab usu et figura corvi Duilliani aberravit.

Pilus caprarum V. 2, 11, 11. pili color variat pro regionis caelique statu C. 6, 1, 1. pilum ducit vulnus C. 6, 32, 3. si pili tardius crescunt Veg. 3, 63. contra pilum fricare Veg. 1, 10, 7. 1, 11, 3. 4, 12, 2. 5, 24, 2. 5, 84, 3.

Pinacothecae V. 1, 2, 10.

Pinea vertice pungit C. 10, 239. pinea satio et cultura C. 5, 10, 14. pineae nuces ut serendae Ca. 48, 3. quando legantur, et ut serventur P. N. 7, 12. Pineae nuces fructus quem produxerint vinum ad potandum suave faciunt P. 11, 14, 6. pinei nuclei vinum limpidum reddunt ibid. sect. 12. Est οἶνος στροβιλίτης Dioscor. 5, 44. Pineae tedae cuneus Col. 5, 10, 17. not.

Pineti satio P. F. 25, 33.

Pineus. pinei nuclei virides P. Mai. 9, 2. Oct. 14, 12.

Pinguedo soli C. 4, 24, 19. — ad pinguedinem sapae resolutus ἀπὸς χυρην. P. F. 29, 3. excoquere ad pinguedinem mellis P. O. 20, 2. Sic

Pinguescat fervendo succus Veg. 2, 28, 18. *h. e. crassescat.*

Pinguis. pinguem facere gallinam C. 8, 7, 1. pinguea fici V. 3, 16, 28. — Pingui Minerva C. 1 pr. 33. C. 11, 1, 32. pinguiorum rusticorum literis *h. e. crassiori disciplinae* C. 9, 14, 12.

Pinguitudo olei C. 12, 50, 17. palmitis P. F. 12, 2. *ubi est pro crassitie*,

Populationes praetereuntiam vistorum C. 1, 5, 6. volucrum C. 3, 21, 5. murium et formicarum C. 2, 20, 1.

Populneam frondem caedere Ca. 5, 8. *add.* C. 6, 3, 7. scobis C. 12, 43, 1.

Populus *arbor substituitur in antiquis editionibus nonnunquam* opulo et vice versa. e. g. C. 5, 6, 4. *vid. not.* populus ad materiam caeditur et quadratur C. 11, 2, 13. populi radices in medicina Veg. 4, 2, 4. *Populi nigrae usum ad ἄντυγας δίφρου docet Homerus Il.* 4, 482 sq. *in quem usum auctor Idyll. XXV. inter Theocritea* 247. *praefert caprificum αἴγειρον i. e. nigram γῆς τῶν Κελτῶν καὶ Ἠριδανοῦ θρέμμα vocat Pausan.* 5. *c.* 14.

Populi duo (*apum*) coniunguntur C. 9, 13, 12. spicarum P. Iun. 2, 2. *ita* turba.

Porca praecidanea Ca. 134. porcae ut tractandae P. F. 26, 4. — *quae feminae sunt* Ca. 157, 16. *not.* — *in agro* V. 1, 29, 2. no. C. 5, 1, 5. *Apertissime etiam elatam partem notat*, sulcus *depressam* C. 11, 3, 44. porcae sulcantur latiores C. 11, 2, 47. porca *pro* area Cato 48.

Porcellus ne a matre opprimatur V. 2, 4, 14.

Porcii *unde dicti* V. 2, 1, 10.

Porcina onnonae militaris pars praecipua. Corrig. ad Varronis p. 430.

Porcla Veg. 6, 28, 31. *no.*

Porculatio, nutricatus suum V. 2, 4, 13.

Porculatoris et subulci diversa professio C. 1 pr. 26. 7, 9, 12. porculatores Italici V. 2, 4, 1. *not.*

Porculus in sucula Ca. 19, 2.

Porcus Graecum nomen antiquum V. 2, 4, 17. porco piaculo facere Ca. 139. porco femina Ca. 134, 1. porcus ingens V. 2, 4, 11 *et* 12. porci serrarii Ca. 150, 2. de porcis V. 2, 4. C. 7, 9. P. F. 26. porcos suos alat unaquaeque scrofa V. 2, 4, 13. porcus lactens C. 7, 9, 4. Porcis anima data perinde ut sal V. 2, 4, 10. *Porci sunt foetus scropharum. Hinc illud* ut scropha porcos disiicere ap. Varr. 2, 4, 2. — porcus qua feminae sunt V. 2, 4, 10.

Porricere exta, frumentum V. 1, 29, 3. *ad* Ca. 131, 2.

Porrigo, *morbus vid. ad* C. 7, 5, 6 in capite multa porrigo Celso. 2, 2. ubi Hippocrates Prorhetic. 2. πιτυρωδεῖσα ἡ κεφαλή.

male Porrecta radicum P. F. 23, 2.

Porriguntur per humum C. 5, 4, 2. in tabulas uvae siccandae C. 12, 16, 1.

Porrinam inserere Ca. 47. *ut cepina* Columellae.

Porro C. 8, 5, 4.

Porrum sectivum seri et coli ut debeat C. 11, 3, 30. capitatum C. 11, 3, 30. Tarentinum C. 8, 11, 14. eius radices discutiunt tussim boum C. 6, 10, 2. porro secto fasces cingere C. 10, 371.

Porrus capitatus, sectilis s. sectivus P. F. 21, 44. gradis ut nascatur P. F. 24, 12. Apr. 3, 5. *add.* Oct. 11, 5.

Porta itineri longissima V. 1, 2, 2. *Comparat huic proverbio* Vict. V. L. 33, 9. *illud Italorum*, Il più duro passo è quel della soglia, *cum quo convenit vernaculum:* der grösste Schritt ist der Schritt aus der Thür: *et Gr.* ἀρχὴ ἥμισυ τοῦ παντός. Porta Flumentana V. 3, 2, 7.

ob Portenta cicer serendum inter olera P. 1, 35, 3. *vid.* Monstra. *Plin.* 19, 10 s. 58. Naporum medicina est, siliquas una seri: sicut olerum cicer: arcet enim erucas. *Similia remedia suppeditat Anatolius* Geopon. 12, 7. Gesner.

Protinus illata de agro bacca C. 12, 50, 18.

Protogenes C. 1 pr. 31.

Prototomos decidere caules C. 10, 369.

Provectus agri P. 1, 6, 1. *nisi leg.* profectus. praesentia domini provectus agri est. Gesner.

Provenit *impers. es gehet an* C. 4, 29, 2. provenit melius C. 3, 18, 2. *Sed.* — provenit ulmus a positione bene C. 5, 6, 14. *kommt fort.* proveniunt panicum et milium P. Mar. 3 et 4. *conf.* Mar. 11, 1. *it.* C. 1, 2, 4. prospere C. 4, 30, 6. — *Hinc* proveniunt poma maiora, *davon werden die Aepfel grösser* P. Mar. 10, 15. *sic* C. 11, 3, 18. sic neque fistulosus — provenit caseus C. 7, 8, 5.

PROVERBIA.

Aestimator bonus esse non potest, nisi fuerit etiam peritus C. 11, 1, 9.

Ad agnatos et gentiles deducendus V. 1, 2, 8.

Ex incomprehensibili parvitate arenae funis effici non potest C. 10 pr. 4.

Coena comesa venire *i. e.* post festum V. 1, 2, 11.

Si divina faverint P. 1, 1, 2.

Male agitur cum domino, quem villicus docet Cato apud C. 11, 1, 4.

Malum consilium consultori est pessimum V. 3, 2, 1.

Μέτρον ἄριστον C. 1, 3, 8.

Minerva subtilissima, pingui C. 1 pr. 33.

Pingui Minerva C. 11, 1, 32.

In re familiari laboriosior est negligentia quam diligentia C. 12, 2, 3.

Nemo potest omnia scire V. 2, 1, 2.

Optima nomina non appellando fiunt mala C. 1, 7, 2.

Non omnes qui citharam habent sunt citharoedi V. 2, 1, 3.

Non satis est reprehendisse peccantem, si non doceat recti (rectam malebat *Gesner*) viam C. 11, 1, 9.

Nulla regni societas C. 9, 9, 1.

Occipitio frons prior Ca 4, 2.

Veteris proverbii meminisse convenit, eum qui aret olivetum, rogare fructum, qui stercoret, exorare, qui caedat, cogere C. 5, 9, 15.

Οὐδ' ἂν βοῦς ἀπόλοιτ' εἰ μὴ γείτων κακὸς εἴη C. 1, 3, 6.

Paupertas certissima est, cum alicuius indigeas, uti eo non posse, quia ignoretur, ubi proiectum iaceat, quod desideratur C. 12, 2, 3.

Pomoerio minore finire V. 1, 2, 13.

Porta itineri longissima V. 1, 2, 2.

Post principia in castris V. 3, 4, 1.

Romanus sedendo vincit V. 1, 2, 2.

Ad te rudis est V. 1, 2, 12.

Matura satio saepe decipere solet, sera nunquam quin mala sit C. 1, 2, 80.

Summum ius, summa crux C. 1, 7, 2.

Provident eas cellas ne habeant humorem V. 3, 10, 4. futuro tempori C. 3, 3, 6.

Provincialis ager C. 3, 3, 11. agri et vinearum cultura C. 5, 4.

Provocare et elicere radiculas C. 3, 15, 5. provocantur in libidinem P. 1, 28, 2.

Prout cuique mos est C. 3, 13, 3. rei conditio exegerit C. 12, 4, 4.

Proximum raro quam denso P. Ian. 13, 5.

Prudens medicinae, *peritus* C. 7, 3, 16. universae naturae C. 2, 2, 15. prudentiores rerum rusticarum C. 4, 2, 1.

Prudentia rei C. 1, 1, 1. cunctarum rerum C. 12, 57, 6.

Pruina et sol putres faciunt scrobes C. 5, 9, 7. *it. ad* 5, 10, 2.

solutum, tenerum et ipsum) C. 2, 10, 18. *add.* 3, 11, 6. *Sed* — pulla *etiam nigra* C. 1 pr. 24. pullae lanae C. 7, 2, 4. pulla superior pars tergoris in leporibus V. 3, 12, 5.

Pulmentarium familiae Ca. 58. pulmentaria condiuntur satureia C. 11, 3, 57.

Pulmonacea herba Veg. 1, 12, 2.

Pulmonaria ovis et sus ut curentur C. 7, 5, 14. ne fiant pulmonariae sues C. 7, 10, 7.

Pulmonia exulcerationi ut occurratur C. 6, 14, 1.

Pulmunculos Veg. 3, 56. *in pede: sed in dorso* 3, 61. *ulcus pulmonis instar, graece* πνεύμων. *cf. not. p.* 66 *et* 69. *Solinus c.* 49. camelis Bactrianis *in laude hoc tribuit*, Hi nunquam pedes atterunt, sunt enim illis reciprocis quibusdam pulmunculis vestigia carnulenta *rel. quem locum posuerat Gesner.*

Pulpa Ca. 83. *Idem pulpamentum in Terentiano illo*: Tute lepus es et pulpamentum quaeris. *Vbi expressit graecum proverbium* δασύπους κρεῶν ἐπιθυμεῖ *apud Suidam et Paroemiographos.*

Puls Punica ut fiat Ca. 85.

Pultarium infundibuli inversi figura P. Iun. 7, 2. *quidam*, pulmentarium: ollam *vocat* C. 9, 15, 5.

in Pultarios condi uvas C. 12, 43, 7. *intell. forte* urceos: *sunt certe vasa oblongo, laxe recipientia uvam* Gesner pultarium novum Apicius 9, 8. 7, 12. 3, 15.

Pulticula e frumento C. 8, 11, 14.

Pulveratio novellae vineae P. Mar. 7, 1. rustici vocant occationem C. 11, 2, 60. pulverationes vitium C. 4, 28, 1. *not.* C. Arb. 12, 1. *not.*

Pulverare vites P. Iul. 1. vineas C. 11, 2, 60.

Pulvinuli C. Arb. 10, 4 *et* 30.

Pulvini fiunt e terra, ad violaria obruenda V. 1, 35, 1. ad lineam excitati P. F. 24, 6 et 13. — pulvinis testaceis fibulantur iuncturae parietum C. 1, 6, 13. — pulvinus in torculo oleario Ca. 13, 1. pulvinus *in lecto* Ca. 11, 5. *Addendo post Palladium. De notione* Terrasse *vide ad* V. 1, 35.

Pulvis palearum P. 1, 3, 11. *Sed* — pulvis quadrigarius *medicamentum* Veg. 2, 28, 19. 6, 8, 4.

Pumex pumices ungulae *a similitudine videntur dicto ossa quibus ea adnata est, fistuloso et poroso* Veg. 6, 1, 2. Gesner.

Pumicea impensa P 1, 13, 2. *videtur pulverem Puteolanum dicere, de quo Ferber Epist. Italic. p.* 178. *versionis gallicae. Pumex Cisynoeus in mola asinaria* πέτρης Νισυρίτιδος εὔκυκλον βάρος *est in* Analectis Brunck. T. III. p. 240. no. 420.

Pumiles aves C. 8, 2, 14. *not. ubi vulgo* pumiliones.

Punicana coagmenta Ca. 18, 9. Punicanae fenestrae V. 3, 7, 3. *viles opinor, ut* lecti punicani *op. Cic. Mur.* 36. Gesner.

Punica arbor C. 10, 243. eius insitio P. ins. 73. Punica mala, ead. granata Ca. 7, 3. C. 12, 41, 2. *Eius mali* satio et cultura P. Mar. 10. *ini.* acidiora ut emendentur C. 5, 10, 15. *it.* Arb. 23, 1. ne in arbore rumpantur C. 5, 10, 16. *et Arb.* 23, 2. ut serventur V. 1, 59, 3. C. 12, 44. P. Mar. 10, 7. De forma, generibus et nominibus dixi ad Palladii 4, 10, 10 seq. et in Addendis; antea etiam ad Nicandri Alexiph. p 238. Tria summa genera Dioscorides aliique statuunt, acida, vinosa, et genus medii saporis. Apyrenum, quod arillo duro in grano latente caret, acido et vinoso generi commune est. Vinosa

R.

olеariis P. O. 10, 2. rancore veteri P. 1, 20, 2.

Ranulae, vitiosa incrementa linguae Veg. 4, 5. solese ranulaeque Veg. 2, 28, 31. 3, 58, 1. *graece βάτραχοι pars ungulae. not.*

Rapa *V.* Rapum.

Rapaces dentes, qui alias incisores Veg. 6, 1, 1.

Raphani satio et cultura C. 11, 3, 47 *et* 59. P. Aug. 5. vitibus inimicus P. Aug. 5, 3. *vid. not. Raphanis* (ῥαφάνων) *abstinere Romanos per mensem Aprilem ex lege monet Ioannes Laurentius Lydus* περὶ μηνῶν p. 92. Cf. ad Pall. 2, 14, 4. 11, 11, 4. *et in* Radix. *Hodieque* Etrusci Radice vocant, *Galli* Raifort, *nostrates* Rettich. ῥαφανίδων ἑψανῶν in coena regis Persarum mentionem facit Polyaenus 4, 3, 32.

Rapicii coles Ca. 35, 2. Ca. 134, 1. *ut betacei sc. caules, seu asparagi. Ap. Dioscor.* 2, 134 ὁ ἐκ τῆς γογγύλης (rapi) ἀσπάραγος βιβρώσκεται ἑφθός. *Ex loco Plinii ad Caton. p.* 94. *posito patet, rapicios esse in rapis, quae in brassica sunt cymae, igitur turiones rapi in seminalem scapum enitentis.*

Rapina, Cat. 5, 8. 35, 2. *not.* C. 11, 2, 71.

Rapistri olus C. 9, 4, 5.

Raptor ferus C. 7, 12, 9.

Rapum (Rapa, ae) in napum transit et contra Col. 2, 10, 23. P. Iul. 2, 2. rapae napique semina C. 11, 3, 16. eius satio et cultus C. 11, 3, 59. P. Iul. 2, 1. C. 2, 10, 22. rapa ut serventur V. 1, 59, 4. ut condiantur C. 12, 54. P. Dec. 5. ius rapis condiendis C. 12, 55, 2. γογγυλίδων ἐσκευασμένων ἐν ἅλμῃ in coena regis Persarum meminit Polyaenus 4, 3, 32.

Rare sata C. 2, 9, 5. rarius tenui vimine contextus saccus C. 9, 15, 12.

Rarenter dare Cat. 103.

Raripilum pecus C. 1 pr. 26.

Raritudine mediocri terra C. Arb. 3, 7.

Rasis, genus crudae picis C. 12, 20, 6. *not. Italis hodieque* rasa *dicitur resina arborum. In Vegetio* 1, 13, 3. picem liquidam *glossa marg. Cod. Goth. interpretatur* rasa liquida.

Rastellis eraditur stipula de pratis V. 1, 49, 1. ligneis C. 2, 13, 6.

Rastri quadridentes Cat. 10, 3. 11, 4. inter ferramenta; sed priore loco furculas nominant Edd. primae. lignei C. 2, 11, 4.

Rasura deducitur C, 4, 29, 3. rasurae eboris Veg. 1, 10, 6. 6, 8, 8.

Rationabiliter *erat antea* Veg. 2, 3.

Rationales sumus mente Veg. 2, 11, 1.

Rationes putare, argentariam, frumentariam Cat. 2, 5. quo minus onerentur C. 12, 3, 6. ubi ratio cum orco habetur V. 1, 4, 3. rationem cum orco ponere C. 1, 3, 2. ratio accipitur pecoris nati aut amissi C. 11, 2, 44. rationem parem facere cum forensibus negotiis C. 12 pr. 8. *ita fere* Veg. 3 pr. 3. rationes confingere C. 1, 8, 4. pro ratione *i. e. portione* Cat. 77 et 93. *not.* ratione voluptatis *scil. habita i. e. propter voluptatem* P. Praef. 1. — rationis musicae studiosus C. 1 pr. 3.

Ratiocinator diligens C. 3, 3, 7.

Ratiocinium iugeri expeditissimum C. 5, 1, 13. aliter ordinabitur C. 5, 2, 6.

Ravea combusta adv. tussim *in MS.* Veg. 5, 67, 1. *N. L.*

Ravennatis soli ager uliginosus P. Ian. 13, 7. Ravennate agro C. 3, 13, 9.

Ravidi oculi C. 8, 2, 9.

Ravis oculis arietes laudantur V.

S

P. N. 13, 3. salis unicuique in anno modium satis est Ca. 58. — sales *de condimento* V. 2, 11, 5. salibus durata aqua C. 7, 4, 8. sales nimios si accipiat caseus P. Mai. 9, 2. *ita* P. N. 17, 2. *it.* 18 *it.* 19. *rel.* sales communes Veg. 5, 74. *add.* 3, 70, 5. *Salis usus in depsendis coriis ad* Cat. 135, 3. *nota*, *et in* Coria.

Salaria via V. 1, 14, 3. 3, 1, 6. 3, 2, 14. *a porta Salaria, sita ad dextram Pincianae, auctore* Procopio B. G. 1, 19.

Salax. salaces galli V. 3, 9, 5. salacissimi mares C. 7, 9, 2. 8, 2, 9.

ne Salebris concutiantur apes *h. e. portatae per salebras concutiantur* C. 9, 8, 3.

Salentina olea Ca. 6, 1. V. 1, 24, 1. *ubi* Sallentina, *uti* Sallentini canes V. 2, 9, 15. agri V. 2, 3, 11.

Salgama C. 10, 117 *et ibi Pompo.* salgamis condendis vasa C. 12, 4, 4. ea sitire non debent C. 12, 9, 2.

Salgamarius liber Matii C. 12, 44, 1.

Salictarius (*curator*) Ca. 11, 1.

Salictum Ca. 1, 7. salicta ubi serenda Ca. 9 ut colenda C. 4, 30, 3. quando caedenda Ca. 33, 5. salictis glaucis infestae volucres (*erucae*) C. 10, 332.

Saligneus qualus C. 9, 15, 12 saligneo palo C. 11, 3, 33. clava C. 6, 2, 4. perticae C. 7, 1, 1.

Salignis cuneis circumfigi oportet columellam Ca. 2, 1. saligna materies quibus rebus utilis P. N. 15, 2. vimina P. 1, 38, 1. perticae 7, 1, 1.

Salinarum campi C 2, 2, 15. maritimae areae C. 2, 2, 16. salinis Herculeis C. 10, 135.

Salio. ubi aqua saliat *de compluvio* V. 1, 13, 3. *vide Addenda ad Col.* 1, 6, 1. saliens aqua C. 1, 2, 5. salientes rivi C. 1, 5, 4.—salire, *inire*, equus matrem non vult V. 2, 7, 8. salliri, *de ovibus* V. 2, 2, 14. salire *de verribus* V. 2, 4, 8. *de pavonibus* V. 3, 6, 3. *de anseribus* V. 3, 10, 3. — salire *a sale*, *scribitur* Sallio V. 1, 2. 28. Ca. 23, 1.

Salitus thynnus C. 6, 32, 1. oliva P. O. 10, 1.

Saliva. salivis fluidum os C. 6, 9, 2. saliva ieiuna in medicina oculorum Veg. 3, 22, 10.

Salivatum. *Ita scribendum*, non salivatum, *ut interdum legitur, monet consensus optimorum librorum, et Victor. ad Col.* 6, 9, 1. *itemque in brevibus adnotatiunculis Catoni et Varroni* 1541 *ap. Gryphium subiunctis. Add. Harduin ad Plin.* 27, 11, *s.* 76. *Potionis genus intelligit Ruellius, qui eo utitur in Hippiatr. quoties Graeci ποτὸν, κόμα, πρανότισμα, habent. Sed solidas etiam offas ita datas, et talia, quae aqua dilui non ita facile possunt, ex locis, quae iam ponemus, intelligetur. Caeterum nomen videbatur nobis inde tractum, tum quod salivae nimiae subducendae destinatum esset, tum quod salivam ὀξεῖαν deinde restitueret ac moveret. Sed ipsa loca iam videamus* Salivatum farinae hordeaceae C. 6, 10, 1. sallvati more praebendum milium P. Apr. 7. *Verum etiam* salivati more demitti *debent* brassicae coliculi C. 6, 9, 1. boli *etiam sunt et* offae C. 6, 25. (*it Plin.* 27, 11 *s.* 76) C. 6, 5, 2. *coll.* Veg. 4, 3, 10. *Purgantia ad* salivatum *adhibentur* C. 6, 5, 2. *vid. mox* Salivo. Gesner. *Conr. Gesneri et meam sententiam posui in Annotationibus. Graecum σίαλος, εὐτραφὴς et σιαλοῦται, τρέφεται apud Hesychium convenire videntur.*

Salivo. salivatur olere tenero vacca foeta C. 6, 24, 5. salivandus erit admissarius C. 6, 37, 9. salivandum eo medicamine pecus C. 6, 5, 2.

Salix Amerina C. 4, 30, 4. Graeca

sunt — semis et triens *et saepe ad eum modum; nec aliter aut ipse, aut Balbus mensor. Obliquos casus damus in* semissis *statim. nunc persequamur adiectivum* — pede uno semis, *intell.* et P. Ian. 15, 6. pedum duorum semis P. Ian. 10, 2 et 4. F. 10, 1. duobus semis pedibus P. Ian. 13, 7. 10, 3. duo semis pedes P. F. 9, 10. Gesner.

Semissis *non puto extare nominativum indubium huius formae: sed est ipsum* semis *pro* semias, *cuius obliqui* semissis *pro* semiassis, *rel.* semissem supra duos pedes C. 4, 3, 3. dipondio semisse C. 11, 2, 28. unius et semissis modii P. 1, 29, 4. semisses usurarum C. 3, 3, 9. semissium usura C. 3, 3, 9 *et* 10. — *ut* sestertii *nomen ad rusticum instrumentum translata, ita ad veterinarium* semissis; uritur ad mensuram semissis Veg. 5, 40, 3. semisse inuris cauterio Veg. 3, 11, 4. Hinc

Semissantur pedes equorum Veg. 1, 26, 1. *not.* 2, 10, 9. *h. e. inuruntur, sanguine prius emisso.* Gesner.

per Semitas aqua ministratur C. 2, 11, 3.

Semnologias *exempla:* id quod decidit C. 6, 5, 1. id quod egerit sus *ibid.* cibi digesti C. 8, 3, 20. 8, 7, 2. quod eum inquinat locum V. 3, 7, 5. succus villarum P. F. 23, 1. naturalia praecludunt C. 8, 5, 19. ut alvus exitum non habeat 8, 5, 20. loca naturalia (*podex*) C. 8, 7, 2.

Semodialis placenta Ca. 76, 5.

Semodius fabae. *qu.* semimodius C. 6, 3, 5.

Sempervivae succus P. 1, 35, 3.

Senescere ultra quadrimatum C. 9. 1, 7. senescentis succi vim iterare P. F. 28, 2. — senescunt agni desiderio matrum V. 2, 2, 17. perpetuo custodiae servitio contristatae senescant C. 8, 8, 4.

Senex. senem servum vendat paterfamilias Ca. 2, 7. seniorum imperia, iuvenum officia P. 1, 6, 3.

Seni. sena et terna ova C. 8, 11, 13.

Seniosus *in* Catone c. 157. s. 8. *dant Codd. optimi pro vigili, quia senum est vigilia, et defendit Pontedera in Postumis.*

Sensus vigentis adolescentulus C. 11, 1, 6. — cum magno sensu atque cautela Veg. 5, 14, 5.

Sentis C. 6, 3. et 11, 3, 4.

Seorsum in nova labra transferre C. 12, 52, 2.

Separatim scripta V. 3, 2, 13.

Separatus. separata generibus vineta, *divisa* C. 3, 21, 5.

Sepelire mortuum publicis feriis non licitum C. 2, 22, 4.

Separari *MS. Lipsi* C. 2, 15, 7 *et alias.*

Sepes horrida rusco C. 10, 374. sepem virgeam interponere C 11, 3. 7. sepes quot generum V. 1, 14, 1. hortorum quando et quomodo fiant P. F. 24, 1. viva structili melior, quomodo fiat C. 11, 3, 3. P. 1, 34, 6.

Sepiae testa trita C. 6, 17, 7. ossa Veg. 6, 27, 6 *et* 7 *et saepe.*

Sepimentum naturale V. 1, 14, 1. fabrile et militare V. 1, 14, 2.

Sepire segetem C. 2, 22, 1. *sed vide notam.*

Seplasiarii Veg. 4, 3, 6.

de Septem unus C. 1, 1, 9.

Septembris descriptio et opera C. 11, 2, 61.

a Septentrionum regione Veg. 1, 57, 1.

Septentrionales venti C. 11, 2, 21. septentrionalis terrae pars salubrior quam meridiana V. 1, 2, 4.

Septena iugera Liciniana C. 1, 3,

mum genus deponendum C. 3, 5, 4. stirpem praecisum Cat. 40, 2. ex imo stirpe C. 5, 9, 13. — stirpe exemta *de surculo calcato* C. 6, 15, 1.

Sto. stat ei veretrum prae dolore Veg. 5, 80. stantes rectae vineae C. 6, 5, 18.

Stolo quis, et Licinius Stolo *unde cognominatus* V. 1, 2, 9. *Stolones Gallis* petreaux, *Gallaprovincialibus* Sagetes *vel* Rejets. *Gariḍel* p. 385. Stolonia lex V 1, 2, 9.

Storacis rubeae Veg. 5, 67, 3. *not.* guttae Veg. 6, 14, 1. *not.*

Stracta *erat* Veg. 3, 45, 4. *vide* Tracta. *Rhodius ad Scrib.* 34. *malebat* stacta, *monente Gesnero.*

M. Laenius Strabo V. 3, 5, 8. inventor ὀρνιθοτροφείων.

Stramenta V. 1, 50, 3. Cat. 5, 7. stabulationi boum ut praeparentur C. 6, 3, 1. *eorum vicem quae suppleant* Cat. 5, 7.

Stramentariae falces Cat. 10, 3. *quibus stramenta i. e. culmus frumentorum subsecantur.*

Strangulatio Veg. 3, 23. *ubi antea* stranguria *erat. not.*

Strangulatur nimio sanguine pecus C. 6, 38, 4.

Strauguria quid? Veg. 5, 14, 2. ut levetur Cat. 127.

Stratura areae in balneo P. 1, 40, 2. altero ordine facta P. N. 7, 11. Lage, Schicht.

Stratus s. stratura V. 1, 50, 3. pontilis Veg. 2, 28, 2.

Stratus, *a*, *um*. stratae vites C. 5, 4, 2.

Strenua toxica C. 10, 18. strenuissimi milites Cat. pr. 4.

Stria. Lacunam striam aratrum facit vomere V. 1, 29, 3. *vid.* Lacuus. *Cum* striga *et* strige *saepe permutatur. Vide Rutgersii V. L. p.* 50.

Stricte in foramen coniicies P. Mart. 8, 2.

Strictim iuncta crates P. 1, 13, 2.

Strictores oleae Cat. 144, 3.

Strictura, ab strictura pedum lethargus Veg. 5, 47, 3.

Strictus venter solvi quomodo debeat Veg. 3, 16, 1. stricta pelle, *intenta* P. Mai. 7, 3. ungulis cum terra fuerit P. Iun. 1.

Stridet pectus Veg. 1, 3. de pectore Veg. 3, 43, 1.

Strigam (in) coartare foenum C. 2, 19, 2. *not. De strige et striga vide Rutgersii V. Lect. p.* 229. *Striga castrense vocabulum intervallum turmarum in longitudinem, scamnum in latitudinem significat. cf. Idem V. L. p.* 50. *unde* hemistrigium *est.*

Strigile raditur pecus C. 6, 31, 2. strigili ferrea subradi P. Apr. 4, 3. De forma vide Apulei. Florid. p. 346. Mercurial. Gymnast. 1, 8. Aristotel. Topic. VI. 3.

Strigmentum P. 1, 17, 3.

Strigosus canis C. 7, 12, 8.

Stringere oleam Cat. 65, 1. manu vel digitalibus V. 1, 55, 1. stringit baccam duritiea digitalium V. 1, 55, 2.

Στροφεὺς et στρόφιγξ *vide in* Cardo.

Structile gemellar C. 12, 50, 10. structili sepe munire C. 11, 3, 3. forma aqua ducitur P. Aug. 11, 1. *de opere Signino. Cf. ad Pallad.* 9, 9, 2. et 1, 11, 4.

Structionis spatia, *de stratis olivarum* P. N. 22, 5.

de Structura balnei cogitare P. 1, 40, 1. structura testacea P. 1, 11, 1. de opere Signino. ad Pall. 9, 9, 2.

Struem facere cultro Cat. 141, 4. commovere Cat. 131, 2. in struem coartare foenum C. 2, 19, 2.

Struere fornacem Cat. 38. *not. in Postumis Pontederae.*

15. subduxe, *subduxisse*, *surripuisse* V. 2, 1, 6. *vid. Vict.*

Subductarii funes Cat. 12, 68. 135, 3. *qui subducunt et tollunt prelum ope suculae, additis polyspastis, quas* trochleas Graecanicas *appellat Cato.* Turn. 8, 6.

Subeo tectum C. 11, 1, 18.

Suber roboris species C. 4, 26, 1. ex suberis corticibus alvi utilissimae C. 9, 6, 1. *Suber Gallo-Provincialibus* Suve *apud Garidel p.* 451.

Subest pars reliqua C. 9, 16, 2. *i. e. superest.* not.

Subglutit dolores Veg. 5, 59. *not.*

Subgrundae V. 3, 3, 5. a *grundis*, *graece* γρόνθοι ξύλινοι *ligna exstantia in Mathemat. veterib. p.* 46.

Subiacet hortus caelo clementi P. 1, 6, 10. subiacens terra C. 4, 1, 2.

Subiactare e terra grana vallis V. 1, 52, 2.

cum Subiectis agendum remissius C. 11, 1, 25.

Subigere corium pilis Cat. 18, 7. terga pressa manu C. 6, 30, 1. bipalio C. 3, 5, 3. — sues in locum umbrosum V. 2, 4, 6.

Subiicere foetum sub mammam V. 2, 1, 20. collyria C. 6, 30, 8. *add.* Veg. 2, 24, 4. manum sub femina C. 6, 2, 6. oves sub rupes umbriferas V. 2, 2, 11.

Subinde C. 2, 4, 11 *et* 11, 2, 8. *pro* mox *vel* statim *poni videtur*, Gesn. *ordinariam significationem servat* C. 6, 30, 2.

cum Subito evaserunt, *h. e. cum primum* C. 9, 9, 3.

Subiugia lora in plostrum Cat. 63, 135. *ad* C. 6, 2, 7.

Subiungendi plostro C. 6, 2, 8. subiungenda sarritioni runcatio est C. 2, 12, 9.

Sublaminae minutae Cat. 21, 3.

Sublatent spicae vagina V. 1, 48, 3. *vid. no.*

Sublegere olivam C. 12, 50, 1.

Sublevare partes alicuius V. 3, 14, 1.

Subligatio uvarum P. 1, 6, 10. subligare uvas Ca. 33, 4.

Sublimes viri V. 2, 4, 9. sublime armentum C. 3, 8, 3.

Sublimitas C. 8, 3, 3.

Sublimiter legi, teri, dari, stare Ca. 70, 2, 71. volitare C. 8, 11, 1.

Subluitur intertrigo aqua calida C. 6, 32, 1.

Subluvies in ovibus C. 7, 5, 12. *est autem collectio saniei sub ungula. Aliter Beroaldus: Videtur subluvies esse exulceratio in pedibus ovium nascens, quando scilicet ab ungula cutis resolvitur, in homine reduviam dicunt. Luere enim solvere est, quasi subtus solvatur corium.* Gesner. *vide not. p.* 392.

Submittere cantherium vitibus C. 4, 14, 1. teporem habitationi P. 1, 40, 5. — *parvos matribus lactandi causa* ne minori quadrima — prolem submittat C. 7, 3, 15. singuli agni biois nutricibus submittuntur C. 7, 4, 3. — *servare ad gregem supplendum.* haedi submittuntur et in grege incipiunt esse V. 2, 3, 8. quos arietes submittere volunt V. 2, 2, 18. solent mares submitti ad admissuras V. 2, 3, 4. submitti tamen etiam in vicioia urbis C. 7, 3, 13. *Add.* C. 3, 10, 17. 6, 24, 4. 6, 34, 2. *it.* 7, 9. *aliquoties. Huc pertinent Virg.* Georg. 1, 73 *et* 159. *it.* l. 70 *π. de usufr. ubi saepius recurrit. Etiam Euripides Phoeniss.* 30. τὸν ἐμὸν ὠδίνων πόνον μαστοῖς ὑφεῖτο. Gesner. — submittere equas (*admissario*) *est implere, replere* P. Mar. 13, 6. submittendae tauris vaccae P. Iul. 4, 1. in foeturam submitti possunt vaccae *ibid. Sed*

in aratione cxx pedum P. Ian. 3, 1. sulco altero seminari C. 2, 9, 15. 2, 11, 8. quarto serere C. 2, 13, 8. *add. not. ad* 2, 4, 2. — sulcus aquarius humorem noxium deducit P. S. 3, 1. sulcos aquarios facere C. 2, 8, 3. sulci perpetui Ca. 33, 2. sulcus vitibus ponendis pro pastinatione C. 3, 13, 4. nota.

Sulfuris *mentio* Ca. 39, 1. Sulfure et bitumine ac teda perlustrant paleas ovis excubandis substernendas C. 8, 5, 11. Quinctil. Instit. 12, 10. s. 76. Si vero iudicium his corruptis acrius adhibeas ut succinis sulfura, iam illud, quod fefellerat, exuat mentitum colorem et quadam vix enarrabili foeditate pallescat, *ubi vulgo legitur* buccinis purpuram, *quod interpretari conatus non potuit Gesnerus. Recte Codd. et Ienson Editio* Succina Anchusa *et conchylio tincta* habet Plinius 37. s. 12. quae sulfure admotn et incenso explorabantur.

Sulphurem Veg. 2, 10, 9. *ubi Codd.* furfurem dant.

Sum. sit quidem, ut intereant *h. e. fac interire* C. 3, 3, 13. esse in cultura. *h. e. eo nomine comprehendi* V. 1, 2, 12.

Sumen Italiae campi Roseae V. 1, 7, 10.

Summam utramque componito: fiunt pedes *etc.* C. 5, 2, 5. summa sortis et usurarum fit C. 3, 3, 9. summa fit operarum octo C. 2, 13, 2. summa operarum XC. 2, 13, 1. — Summa spectanda, ne V. 1, 53 *h. e. id maxime considerandum est.* Gesner.

Summatim ablaqueare, *in summo, non profunde* C. Arb. 6, 2 *et* 10, 5. eradere C. 2, 16, 1. — attingere *i. e. breviter modo mentionem facere* C. 9, 2, 3. percurrere V. 2 pr. 7.

Summitas, *pars summa*, insurgit P. 1, 6, 10. summitates tenerae arborum P. Mai. 7, 3. in summitate purgandum mel P. Iun. 7, 3.

Summum vinum *an optimum?* V. 5, 46, 8 *et* 10. summam cutem decerpere C. 12, 54, 1. ius summum C. 1, 7, 2. *Graece* ἀκροδίκαιον *apud Hesychium et Clementem Alex. Strom. II. p.* 404. *Pott.*

Sumo *h. e. edo ad* V. 3, 5, 1. 3, 10, 7. — sumere puritatem debet vinum P. O. 14, 12. vetustatis saporem P. O. 14, 13.

Sumsiones, sumtiones Ca. 145, 2.

Sumta salis Garg. Mart. 1. *an pugillus? ut Galli*, une prise. Gesner.

Sumtuosus ager Ca. 1, 6. homo, *qui sumtus praeter rationem facit* V. 2, 4, 3. cicercula C. 7, 3, 22.

Suniculum vini veteris P. N. 22, 3 *vi.* Semisicilicus.

Suovitaurilia circumagere Ca. 141, 1. suovitaurilibus lactentibus immolandis *ibid.* 3. circumagitur verres, aries, taurus V. 2, 1, 10. *De varietate scripturae* solivetaurilia *disputatum est in notis. Coarguunt illa scripta Graecorum, a quibus sacra illa translata sunt. In Areopago actores iuramentum praestabant* στάντες ἐπὶ τομίων κόπρου καὶ κριοῦ καὶ ταύρου, *teste Demosth. c. Aristocr. p.* 642. *Cf. Plutarchi Pyrrh. c.* 6. *et Hesychius in* Τρίκτειρα *et* Τριχτύα, *et Scholia* ad Aristoph. Plut. 820. Heroibus ἐναγίζεσθαι tauro ove apro testatur Diodorus 4, 39.

Supellex rustica V. 1, 22, 6. supellectilis distributio C. 12, 3, 1.

Super inferque vicinus Ca. 149, 1. *vid.* Superior.

Super aquam eminent C. 8, 17, 10. — super lactis abundantiam, *ut ea contingat.* C. 7, 6, 7.

Superadiicies calcem P. 1, 17, 3.

Superaggeratur humo C. 12, 44, 4.

Superadsperges Veg. 5, 3, 5.

mulieris noxa C. 11, 3, 38 *it.* 50 *et* 64. vis ad erucas C. 10, 358 sqq. *vid. no.* immundae mulieris attactum formidat ruta P. Mar. 9, 14. ne contrectentur poculs et cibi nisi ab impube aut abstinentissimo rebus venereis C. 12, 4, 3. investes pueri agitant hydromeli P. Iul. 7, *et* vina alia P. O. 14, 16. a mundis pueris atque virginibus operandum, eum olea plantatur et legitur P. 1, 6, 14. curator apium pridie eastus sit ab rebus venereis C. 9, 14, 3. P. 1, 37, 4. Mar. 15, 4. — *In remediis plantarum*, poma Cydonia ad radices segrae arboris ponenda P. F. 25, 23. ne arbor fructus velut aegra proiiciat. P. Mar, 10, 30. ne poma findantur, tres lapilli in radice pon. P. Mar. 10, 2 *et* 4. ut florem contineat arbor Punica P. Mar. 10, 3. *add.* Nov. 7. 4. Graminis exstirpandi ratio P. Iul. 5. Adversus locustas praesidium si homines tectis se contineant P. 1, 35, 12. adv. volucras C. Arb. 15. varia adversus tempestates et alias agrorum noxas C. 10, 340 sqq. *conf.* P. 1, 35, 1 sq. *in pr* s. 14 *et* 15. Daemonas et grandines (*horum igitur effectores illi*) fugans suffimentum Veg. 1, 20, 3. 6, 12, 1 *et* 4. *Huc referamus etiam illud Plin.* 18, 29. *s.* 70. Varro auctor est (*non puto in libris hisce*) si fidiculae occasu, quod est initium suctumni, uva picta consecretur inter vites, minus nocere tempestates. — *Medicinae.* ad pedum dolores Var. 1, 2, 27. intertrigini remedium Cat. 159. lusum si quod est Cat. 160. eryngion sinistra manu evellendum Col. 6, 5, 3. Veg. 4, 3, 12. animal quod morsu nocuit suspendendum a collo icti Colum. 6, 17, 6. visu nantium levantur dolores ventris C. 6, 7, 1. ad fascinum suffimenta Veg. 5, 71 *et* 73. *vid.* Physicum remedium. Praecantationes. — Numerus impar in ovis supponendis C. 8, 5, 8. P. 1, 27, 1. impari numero et imparibus diebus Veg. 5, 64, 11. *add.* 5, 66, 5. 5, 69, 7. *add. Rhod. ad Scribo, comp.* 71. p. 132. — *Religio feriarum et sacrificiorum.* Feriis quid liceat Ca. 1, 138. C. 2, 22. Qui religiosius rem rusticam colunt, negant his diebus (ab Id. Dec. ad Kal. Ian.) debere terram ferro commoveri C. 11, 2, 95. *conf.* 98. *ubi etiam de* auspicando. *An hinc superstitio* XII *noctium, quas nunc a natali Dominico derivant?* Dapem pro bubus Ca. 131, 132. luci collucandi ratio Ca. 139. si fodere velis Ca. 140. agri lustrandi ratio Ca. 141. — *Varia.* Aegyptii ut explorent proventum futuri anni P. Iun. 9. qui vellet se a cane sectari V. 2, 9, 6. de columbis servandis C. 8, 8, 7. P. 1, 24, 2. non esse prodigium, si scrofa mandat foetus suos C. 7, 11, 3. Gesner.

Supertegere frondium congestu C. 9, 14, 14.

Supervacuae frondes C. 5, 5, 19. supervacuus cultus C, 2, 12, 5.

Supervagatur vinea C. 4, 21, 1.

Supervagata duramenti pars C. 4, 22, 4.

Supervenit iuvencam bos C. 6, 24, 3. matrem stopro caper C. 7, 6, 3. humor pluvitiem C. 2, 17, 5. superveniunt iugum vineae C. 4, 22, 1. ita ut superveniat *mustum caseum* C. 12, 42. ius C. 12, 7, 4. superveniat tempus lunam xxv, *transcendat, excedat* C. 8, 7, 5.

Supervoluto cylindro C. 11, 3, 34.

Suppendet vimine palma *erat* C. 4, 26, 4.

Supplantare vitem C. Arb. 7, 4. *est prosternere, et plantis pedum subiectam inculcare in fossam.* Gesner.

glans C. 7, 9, 8. tabulata gallinarii C. 8, 3, 3. — in ulmis quomodo instituantur C. 5, 6, 11. *it.* 23 *et* 24. *Tabulata in arboribus sunt ordines ramorum, de quibus ait poëta: Assuescant summaque sequi tabulata per ulmos: quem locum enarrans Servius, ait: Tabulata sunt rami effusiores, et in plana tendentes, non ad altiora crescentes. Sunt in arboribus ima, et summa tabulata ramorum. Plinius docet, tabulata ulmorum ab octavo pede altitudinis dilatari in collibus, siccisque agris, a duodecimo in campestribus, et humidis.* Bern. — *pro eo quod vulgo* stratum, *nostris etiam* stratura. tabulata tria, *in uvae passae insolatione* C. 12, 39, 3. *ita* 12, 43, 2 *it.* 3 *et* 11. in olivarum conditura C. 12, 48, 3.

Tacta tectorio V. 3, 5, 3. 3, 9, 3. *vid* Tang.

Taedians animal *h. e. nauseans, fastidiens* Veg. 1, 17, 12. 4, 2, 4. 5, 67, 2.

Taeniolis algae involuta C. 11, 3, 23.

Tages Tyrrhenus vates C. 10, 345. *Ex Tagetis a Vicelio conversis libris inepta oracula graece prodidit Ioannes Laurentius Lydus περὶ μηνῶν p.* 130 *seqq.* Verba sunt: *αὐτὸς γὰρ Βικέλιος ὁ Ρωμαῖος ἐκ τῶν Τάγητος στίχων (περὶ οὗ καὶ Ἀπουλήϊος ὕστερον πλατεῖ καὶ ἐλευθέρῳ ποζῷ ἀφηγήσατο λόγῳ) ταῦτα ῥήμασιν αὐτοῖς καθ' ἑρμηνείαν φησίν.* Quae si compares cum prooemio simillimi argumenti: *Βροντοσκοπικῆς ἐφημέρου τοπικῆς πρὸς τὴν σελήνην κατὰ τὸν Ρωμαῖον Φίγουλον ἐκ τῶν Τάγητος καθ' ἑρμηνείαν πρὸς λέξιν,* quam cum Nigidii Figuli Fragmentis edidit I. Rutgersius Var. Lect. III. c. 16. p. 247 seqq. facile credes nomen Βικέλιος mutandum esse in Βίγουλος. Certe utroque loco idem Togetis versuum interpres intelligitur. De Nigidio tamen Figulo finis dubitare non patitur brontoscopii: *ταύτην τὴν ἐφήμερον βροντοσκοπίαν ὁ Νιγίδιος οὐ καθολικὴν ἀλλὰ μόνης εἶναι τῆς Ρώμης ἔκρινεν.* Tagetis libros de disciplina etrusca versibus scriptos eosdemque ab Apuleio oratione pedestri redditos fuisse post Figulum aut Vicelium, nunc primum a Ioanne Laurentio discimus.

Tagro monte Hispan. V. 2, 1, 19.

Talea quid a clavo differat P. Mar. 40, 11. Varr. 1, 40, 4. *Gallis* bouture. taleae propius stirpem recisae C. 4, 33, 4. taleis conseritur salix C. 4, 31, 2. morus P. F. 25, 28. oleaginae ut adornandae et serendae C. 5, 9, 2 *et* 3. taleae tripedaneae Ca. 45, 1. oleares C. 11, 2, 42. Veget. R. Milit. 4, 8. intercisi ex validissimis arboribus cylindri, quas taleas vocant.

Taleolae vitis C. 3, 17, 1. taleolas scillae sectas C. 12, 33, 1. inulae C. 12, 46, 2.

Talioli in membris equi (al. calculi) Veg. 4, 2, 1.

Talibus numeris, *his versibus* C. 7, 3, 1.

Talpae ne hortum infestent P. 1, 35, 10. P. Mar. 9, 1. ut capiantur P. Mar. 9, 4. *ubi relativum eorum in aliis libris bis refertur ad talpas, culpane librarii, an quod etiam masculinum est, ut damae?* Gesner.

Talus. talo laeso remedia C. 6, 15. venae de talis Veg. 6, 4.

Tamarisci ex floribus mella conficiunt apes P. N. 8, 1. tamaricis C. 7, 10, 8.

Tamarix. tamaricum fruteta C. 8, 15, 4.

Tamdiu — quamdiu C. 12, 21, 2

les 14, 2. *vid. Pop. de instr. fundi c.* 10. *Nimirum totum textrinae apparatum intelligo, iugum, cui involvitur stamen, et reliquum regularum et filorum instrumentum.* Telam non *opus modo quod texitur, sed ipsum etiam instrumentum notare, observavit Broukhus. ad Tib.* 2, 4, 66. Gesner. *Cum textrinae et textoriorum instrumentorum antiquissimorum historiam nondum satis explicatam reperissem, iterum ad examen loca veterum scriptorum revocare constitui. Quod si tamen rem omnem ad liquidum nondum potui perducere, eam tamen copiam huc me adduxisse spero, ut qui maiore otio et accuratiori textrinae artis scientia abundant, facile lectorum omnium votis satisfacere posse videantur, si disputationem denuo ingressi fuerint.* Vt ordine procedamus, vocabulorum ad textrinam pertinentium praecipua at maxime usu loquendi frequentata interpretari conabimur; quo facilius eorum propria significatione cognita telam ipsam ordinare et detexere possimus. Primum videamus verbum *ordiri*, unde *ordia*, *prima ordia*, *primordia* ducta sunt, quae de cuiuscunque rei initiis usurpantur, sed cui textrinae parti proprium sit verbum, qui explicaret, nondum reperi. Initium texendae telae antecedere id, quod verbo ordiri significatur, arguere licet ex loco Plauti Pseudol. 4, 4, 6. *neque exordiri primum, unde occipias; habes, neque ad detexundam telam certos terminos.* Confirmare coniecturam potest locus Catonis de R. R. cap. 135. sect. 4. ubi *funem exordiri oportere* ait, *longum pedes LXXII.* a quo loco texendi similitudo maxime aliena est. Igitur comodissimum erit verbum *ordiri* et vocabulum *ordia* interpretari de eo textoris opere, quod Galli translato ad eos verbi usu antiquo *ourdir* dicunt, cui operi inservit machina *ourdissoir* appellata, quam nostri *Scheergiebe*, ut illud opus *scheeren, aufscheeren* dicunt; id est fila tramae ita deducere, partiri et alternare, ut iugo imponi et postea tela immisso inter alternantia tramae fila subtemine detexi possit. Maiores enim nostri *scheren* et *schieren* dixerunt, quod latini partiri, dispertiri et ordinare solent. A quo verbo derivantur *Scheergiebe*, *Scheerkübe*; quam machinam alii *Scheerrahme* vocant, *Scheerlatte*, *Scheergarn*, *Scheering* (i. e. trama deducta et ordinata) *Scheerkasten*. Originis graecae vestigia solus servavit Hesychius, qui vocabulum ὄρθημα, ἡ τολύπη τῶν ἐρίων interpretatur. Quae glossa postulat ut deinceps de vocabulo τολύπη dicamus, unde derivatum τολυπεύειν et ἐκτολυπεύειν frequenter Homerus usurpat. Hesychio quidem τολύπη est ἀγαθίδιον στήμονος ἢ ῥοδάνης id est glomus tramae aut subteminis; idem τολύπευμα et τολύπην interpretatur τὸ κατασκευαστὸν ἔριον id est lanam apparatam. Sed experiamur, num aliunde accuratius notionem vocabuli investigare licet, quam ex Grammaticorum vagis praeceptis. Exstat locus in Aristophanis comici Lysistrata 567 *seqq.* ubi mulieres gloriantur, se melius, quam viri solent, reipublicae negotia turbata et difficilia explicare posse. Quod qua ratione fieri posse censent, id vocabulis a re textoria et arte lanam purgandi, carminandi, in fila deducendi et ad tramam subtemenque apparandi sumtis usae explicare conantur. ὥσπερ κλωστὴρ ὅταν ἡμῖν ᾖ τεταραγμένος, ὧδε λαβοῦσαι, ἐπενεγκοῦσαι τοῖσιν ἀτράκτοις τὸ μὲν ἐνταυθὶ, τὸ δ' ἐκεῖσε, οὕτως καὶ τὸν πόλεμον τοῦτον διαλύσομεν, ἤν τις ἐάσῃ,

διενεγκοῦσαι διὰ πρεσβειῶν, τὸ μὲν ἐνταυθὶ, τὸ δ' ἐκεῖσε. Est κλωστὴρ a verbo κλώθω (unde etiam Parcarum una Clotho vocatur) quod filum nendo ex colo deducere significat. Aliud enim filum perfectum in fuso est, ut sit Apuleius de Mundo, aliud torquetur in digitis; quod colo nondum tractum est subactumque cura digitorum, id futuri et sequentis seculi posteriora in fabula Lachesi assignat. In graeco exemplo, quod Apuleius interpretatus est, legitur: νῆμα ἀτράκτου τὸ μὲν ἐξειργασμένον, τὸ δὲ μέλλον, τὸ δὲ περιστρεφόμενον. Grammatici κλωστῆρα interpretantur ἄτρακτον et νῆμα, id est fusum et filum. Apud Aeschylum Choeph. 505 κλωστῆρα λίνου est pro κλωστὸν λίνου filum lineum. Ex Euripide λίνου κλωστῆρα περιφέρει laudat Pollux VII. sect. 31. ubi tamen optimus Codex περιφερῆ habet. Idem X. sect. 125. inter instrumenta gynaecei post ἄτρακτον et σπόνδυλον nominat κλωστῆρα. Ipse Aristophanes in Ranis versu 1390. λίνου μεστὸν ἄτρακτον εἱλίσσουσα χεροῖν κλωστῆρα ποιοῦσα, ὅπως κνεφαίως ἐς τὴν ἀγορὰν φέρουσ' ἀποδοίμαν· ubi glomum vertunt interpretes. Apud Plutarchum de sera numinis vindicta p. 58. ἀναλαβόντες αὖθις ὥσπερ ἀρχὴν κλωστῆρος ἐν σκοτεινῷ καὶ πολλοὺς ἑλιγμοὺς καὶ πλάνας ἔχοντι τῷ λόγῳ καθοδηγῶμεν αὐτούς· glomeris initium interpretantur. Esse autem κλώθειν non simpliciter filum deducere, sed fila plura iungere et iuncta deducere, arguas licet ex proverbio apud Synesium Epist. 57. ubi magistratum civilem sacerdotio iungere sit idem esse ac si quis velit κλώθειν τὰ ἀσύγκλωστα. Geminum etiam filum indicant verba Aristophanis in κλωστῆρι fuisse involutum; qui si fuerit turbatus, aliud (intelligo filum) alteri fuso, aliud alteri induri, atque ita omne opus retractari. Itaque κλώθειν dici videtur femina, quae fila pluribus fusis deducta involvit gyrgillo (Isidorus enim 20. c. 15. gyrgillum interpretatur instrumentum, quo fila revolvuntur), vel rhombo, *Scheergiebe*. Κλωστὴρ autem esse videtur summa filorum, gyrgillo involutorum, postea e telae iugo suspendenda et detexenda. Opinionem inprimis firmare videtur τρίκλωστος ἐπισπαστὴρ βόλου, id est ἐπίσπαστρον aucupis in Epigrammate Antipatri Sidonii Analect. II p. 10. qui idem cum τριμίτῳ esse videtur. Antipater tamen Sidonius Epigrammate 22. fusum fili deductorem ubi nominat: ἠλακάταν ἐργάτιν νήματος addit fili epitheton εὐκλώστου, quod nihil aliud nisi bene deductum significare voluisse videtur. Idem Epigr. 26. fusum (ἄτρακτον) vocat καρηβαρέοντα πολυρρόβδητον propter additum capiti verticillum; postea κλωστῆρα εὔδρομον στρεπτᾶς ἁρπεδόνας id est celerem torti fili deductorem. Apollonius item Rhodius IV. 1062. κλωστῆρα ἑλίσσειν de fuso ipso seu filo deducto dixit. Eodem vocabulum sensu accipere nos voluit, qui, narrante Plinio 7. c. 56. Closterem filium Arachnae fusos in lanificio invenisse tradidit. Denique apud Iosephum Antiquit. III. c. 8. verba ἐκ βύσσου κλωστῆς Hieronymus in Epistola ad Fabiolam *de bysso retorta* interpretatus est. Locus Luciani in Dial. Meretr. 6. νῦν μὲν ὑφαίνουσα, νῦν δὲ κρόκην κατάγουσα ἢ στήμονα κλώθουσα illud certe demonstrat, vocabulum κλώθειν quippe a κλάω, κλῶ deductum, proprie de filo staminis torquendo dictum fuisse. Idem in altero loco, infra, ubi de lana carenda sermo erit, afferendo, κρόκην στρέφειν et μίτον κλώθειν

divit. Sequuntur in poëta, quae lanae apparationem tangunt: Πρῶτον μὲν ἐχρῆν ὥσπερ πόκον ἐν βαλανείῳ, ἐκπλύναντας τὴν οἰσπώτην, ἐκ τῆς πόλεως ἐπικλινεῖς ἐκραβδίζειν τοὺς μοχθηροὺς καὶ τοὺς τριβόλους ἀπολέξαι. καὶ τούς γε συνισταμένους τούτους καὶ τοὺς πιλοῦντας ἑαυτοὺς ἐπὶ ταῖς ἀρχαῖσι διαξῆναι καὶ τὰς κεφαλὰς ἀποτῖλαι. Primum lana succida purgari sordibus dicitur, dum balnen mergitur et eluitur; deinde per cratem virgis caeditur et simul duriores pili (τρίβολοι) eliguntur. Vellera qua eluuntur aquam calidam, hodieque gallici textores balneum (*Bain*) vocant. Cum virgis caeduntur, quod interdum bis fit, antea quam lana eluitur, atque iterum posteaquam purgata fuit, quo molliora intumescant simul, dum emundantur, aut lecto restibus intenso aut crati imponuntur, quemadmodum demonstrat Tabula I. operis Gallici de arte Textoria pannorum laneorum. In Aristophanis igitur loco veterem lectionem ἐπὶ κλίνης ἐκραβδίζειν praefero ei, quam viri docti receperunt, cum in caedendis velleribus inclinatio lecti, aut cratis aut mensae, ubi expansa iacent, plane nihil referat; contra locus ipse et machina, cui imponuntur, qualis sit refert. Vellera aqua calida eluere mulieres idem comicus poëta repetit in Ecclesiaz 215. πρῶτα μὲν τἄρια βάπτουσι θερμῷ, eadem in lecto expansa purgari confirmat in Lysistratae versu 733. ubi de lana Milesia domi relicta mulier: ὅσον διαπετάσασα ἐπὶ τῆς κλίνης μόνον. Est alius eiusdem poëtae locus apud Pollucem 7. sect. 64. ἀνήσω κροκύδα μαστιγουμένην, ubi μαστιγουμένη corrigo de serva interpretatus, quae virgis caesa (ῥαβδιζομένη, μαστιγουμένη) dicitur ridicule floccos emittere, veluti lana caesa virgis mollitur et floccos explicat. Quae sequuntur in poeta, lanam carpendam (*zupfen, zausen*) tractimque vellendam spectant. Scholia graeca τοὺς συνισταμένους καὶ πιλοῦντας ἑαυτοὺς, cum de lana proprie dicuntur, ita explicant: συμπεπλεγμένους· ὥσπερ πολλάκις τὸ ἕτερον τῷ ἑτέρῳ κολλᾶται ἐρίῳ· καὶ διαχωρίζουσιν αὐτὰ ἀπ' ἀλλήλων. Verbum διαξαίνειν ita interpretantur: διαλῦσαι· τῶν γὰρ ἐρίων οἱ μαλλοὶ ἔχουσι τὰς κορυφὰς (τὰ ἄκρα) πεπιλημένας. καὶ ἐπὰν τιλθῶσι, διαλύεται ὁ μαλλός· ubi μαλλὸς nihil aliud nisi πόκος ipse, id est vellus apud Graecos vellendo ovi detractum, esse videtur. De opere carendae lanae (*krempeln*) sequitur: εἶτα ξαίνειν εἰς καλαθίσκον κοινὴν εὔνοιαν ἅπαντας, καταμιγνύντας τούς τε μετοίκους κεἴ τις ξένος ἢ φίλος ὑμῖν, κεἴ τις ὀφείλει τῷ δημοσίῳ, καὶ τούτους ἐγκαταμῖξαι· quae postrema verba Scholia interpretantur: ἐπιτόμους ποιῆσαι. αἱ γυναῖκες γὰρ ἐργαζόμεναι ἀφ' ἑκάστου ἐρίου λαμβάνουσιν ἔντι καὶ μιγνύουσιν ἄλλοις. Scilicet ubi vestis varii coloris detexenda est, lanae etiam variis coloribus tinctae vellera, antequam carminentur, invicem miscentur, postea lanae ita mistae in quasillos carminata ei deducta reponitur. Instrumenta quibus lana caritur vel carminatur ξάνιον et κτένιον vocantur graece, latine *carmen* a carendo. Varro de L. L. 6. p. 75. *Carere a carendo, quod eam tum purgant, ac deducunt, ut careat spurcitia: ex quo carminari tum dicitur lana, cum caret eo quod in ea est nequam.* Vtrumque instrumentum respicere videtur Claudianus contra Eutropium II. 382. *doctissimus artis quondam lanificae, moderator pectinis unci. Non alius lanam purgatis sordibus aeque praebuerit calathis; similis nec*

pinguia quisquam velleta per tenues ferri producere rimas. Pectinem uncum Gesuerus recte interpretatur illud instrumentum, quod mille parvos ex aciçalis uncos tabulae aut corio affixos habet, inter quos tractae lanae explicantur, *Krempel*, *Kardetsche.* Idem huc refert locum Iuvenalis Satir. 7, 224. *qui docet obliquo lanam deducere ferro.* Deinde *rimas ferri* interpretatur genus pectinis illud, quod nostri *Kämme*, *Hecheln* vocant, cuiusque ope lanae discriminantur et in fila longa diducuntur. Philippus Epigrammate 18. pectinem lanificum vecat κτένα κοσμοκόμην i. e. quo comae lanarum ordinantur. Plinius 8. sect. 56. aliud nobis lanifici pectinis genus narrat: *Ipsum animal*, inquit (erinaceus), *non ut remur plerique, vitae hominum supervacuum est: si non sint illi aculei, frustra vellerum mollitie in pecude mortalibus data. Hac cute expoliuntur vestes. Magnum fraus et ibi lucrum monopolio invenit, et nulla re crebrioribus senatusconsultis nulloque non principe adito querimoniis provincialibus.* Ad quem usum refert Harduinus in Codice libr. 4. tit. 59. simile Zenonis edictum de monopoliis: *Iubemus ne quis cuiuscunque vestis vel piscis vel pectinum forte aut echini — monopolium exerceat.* Sed cum ad poliendas vestes adhiberi dicatur cutis aculeata, pertinet eius mentio potius ad artem fullonicam. Operam carendae lanae eiusque usum optime declarat locus Luciani in Fugitivis c. 12. ἔρια ξαίνειν ὡς εὐεργὰ εἴη ταῖς γυναιξὶ καὶ εὐμήρυτα καὶ καταγάγοιτο εὐμαρῶς ὁπότε ἢ κρόκην ἐκεῖναι στρέφοιεν ἢ μίτον κλώθοιεν. Denique poeta de coloniis Atticis publicae rei una quasi textura complectendis: καὶ νὴ Δία τάς γε πόλεις ὁπόσαι τῆς γῆς τῆσδ' εἰσὶν ἄποικοι, διαγιγνώσκειν, ὅτι ταῦθ' ἡμῖν ὥσπερ τὰ κατάγματα κεῖται χωρὶς ἕκαστον· κᾆτ' ἀπὸ τούτων πάντων τὸ κάταγμα λαβόντας δεῦρο συνάγειν καὶ συναθροίζειν εἰς ἕν, κἄπειτα ποιῆσαι τολύπην μεγάλην· κᾆτ' ἐκ ταύτης τῷ δήμῳ χλαῖναν ὑφῆναι. Est vero κάταγμα a verbo κατάγειν derivatum, id quod latine *tractum* dicitur. Grammatici vocabulum interpretautur κατασπάσματα et μηρύγματα. Locus Tibulli I. 6, 80. *tractaque de niveo vellero ducta putat* docet, etiam de lana nondum purgata aut carminata dici; quamquam lectio eius loci mire a libris scriptis variatur. Varro apud Nonium proprie tracta de lana carminata et putata disit: *denique etiam suis manibus lanea tracta ministrasset infectori.* Quod graeco proverbio εἰς πῦρ ξαίνειν dicitur, Lucretius V. 377. *in ignem lana trahatur* interpretatus est. Sed de tractis postea ex Platone accuratius dicetur. Quod efficitur ex tractis laneis, graece vocatur τολύπη, Interpres latinus Aristophanis *lanitium* vertit. Eustathius in Commentariis Homericis κατειργασμένον καὶ ξανθὲν ἔριον καὶ ἀσκηθὲν εἰς τὸ κλωσθῆναι. p. 1414. ubi si κλωσθῆναι nere interpreteris, τολύπη erit glomus (σφαῖρα ἐρίων ut idem ait p. 1336) lanarum carptarum, carminatarum et ad nendum praeparatarum. Ita Discorides 5. c. 85. comparat corpus pompholygis metallicae cum bulla aqua; ὕστερον δὲ πλείονος τῆς αὐξήσεως συμβαινούσης ἐρίων τολύπαις ἀφομοιοῦται. Sophocles apud Pollucem 7. sect. 32. taenias dixisse fertur ὁλοστημόνους τολύπας, quas interpretor ita vocatas, quoniam plurimum tramae parum subteminis insumitur taeniis texendis. A similitudine glomeris lanarum transtulit ad porra in buccellam con-

globata Eubulus comicus apud Athenaeum XIII. p. 571. τῶν πράσων ποιούμεναι τολύπας ἔσαττον τὰς γνάθους. Agathias historiae libro V. p. 167. καλωδίοις καὶ τολύπαις τοὺς καλάμους ξυνδήσαντες κώμυθας πολλὰς ἀπειργάσαντο cum dixit, τολύπην intelligere nos voluit vinculum laneum ita ut saepe μαλλὸς usurpatur. Ductum inde verbum τολυπεύειν metaphorice de dolis insidiisque dicitur, ut πλέκειν et latinum nectere, texere; cum proprie sit *lanam glomerare in orbes*, ut ait Ovidius Metamorph. 6, 19. ἐκτολυπεύειν autem metaphorice idem quod extricare rem difficilem et laboriosam dicitur. Haud scio igitur an recte auctor Etymologici magni, ubi τολυπεύειν interpretatur inter alia ἀθροίζειν, addat: ἀπὸ μεταφορᾶς τῶν τὰ ἔρια ἐργαζομένων καὶ δεσμευόντων αὐτά. nisi voluit forte orbes lanarum glomeratos ex variis tractis colligari, colligatosque lanificis tradi aut appendi.

Sed ipsa tracta antequam glomerarentur in orbes (τολύπας) a floccis purgabantur, quod κροκυδίζειν κάταγμα dixit comicus Philyllius apud Pollucem 7. sect. 29. Est locus in Epigrammate Philippi No. 48. ubi τολύπη de filorum glomere dente aequatorum dici videtur; qualus enim, in quo servari solebat lana et fila, dicitur iunco textus: ὃν ποτ' ὀδόντι ἐπλήρου τολύπη πᾶσα καθαιρομένη; Sed dens, quo τολύπη purgari dicitur, non est hominis, ut apud Catullum Argonaut. 315. legitur: *atque ita decerpens aequabat semper opus dens, laneaque aridulis haerebant morsa labellis*: et apud Albinovanum in Maecenatem Elegiae versu 74. *lenisti morsu lenia fila parum.* sed est dens pectinis rectus aut curvus, quo lana caritur. Itaque manet ea vocabuli notio, quam antea demonstravimus, et decet ex usu satis cognito atque exemplis approbato interpretari loca dubia, veluti in Epigrammate Antipatri 26. ubi calathus dicitur custos staminis (στήμονος ἀσκητοῦ) et τολύπας, ubi subtemen nominandum expectabas. Est apud Hesychium locus: οὐδ' ἐτρύπησε κρόκην, οὐδ' εἰργάσατο ex poëta aliquo excerptus, ubi quid poëta κρόκην τρυπᾶν dixerit, non est manifestum, quamvis Grammaticus explicare voluerit. Nec magis est explicatu facile, quod idem annotavit: διακονίς. ἐπὶ ὑφῆς ἱματίου ἀνωμάλου, ὃ φαμὲν κονίζειν· καὶ ἄνθρωπος ὁ μὴ πυκνός. Videtur κονίζειν esse contrarium τοῦ σπαθᾷν, quoniam textura διακονὶς metaphorice etiam hominem non πυκνὸν significare dicitur; quemadmodum σπάθημα φρενῶν apud Suidam est πύκνωμα. Vide quae dixi in Lexico Graeco sub voc. διακονίς. Huc accedat Hesychii πευκάνα, πευκονία, ἱστοῦ παράπλεγμα. τροχιαί. Idem πέρκανα, τὰ ἱστοῦ παραπλέγματα. Artem quae fila tramae et subteminis deducit Plato στημονητικὴν et κροκονητικὴν vocavit, ubi simul, qua re discrepet trama a subtemine, egregie docuit. Locus est in Politico sect. 23. p. 152. ed. Fischeri: Δοκεῖς γάρ μοι τὸ περὶ τὴν τοῦ στήμονος ἐργασίαν λέγειν στρεπτικόν; οὐ μόνον, ἀλλὰ καὶ κρόκης· ἢ γένεσιν ἄστροφόν τινα αὐτῆς εὑρήσομεν οὐδαμῶς... τῶν περὶ ξαντικὴν ἔργων μηκυνθέν τε καὶ σχὸν πλάτος λέγομεν εἶναι κάταγμά τι. Τούτου δὴ τὸ μὲν ἀτράκτῳ τε στραφὲν καὶ στερεὸν νῆμα γενόμενον στήμονα μέν φασι τὸ νῆμα, τὴν δ' ἀπευθύνουσαν αὐτὸ τέχνην εἶναι στημονητικήν. Οσα δὲ γ' αὐτὴν μὲν συστροφὴν χαύνην λαμβάνει τῇ δὲ τοῦ στήμονος ἐμπλέξει πρὸς τὴν τῆς γνάψεως ὁλκὴν ἐμμέτρως τὴν μαλακότητα

ἴσχει, ταῦτ' ἄρα κρόκην μὲν τὰ νηθέντα, τὴν δ' ἐπιτεταγμένην αὐτοῖς τέχνην κροκονητικὴν φῶμεν. — τὸ γὰρ συγκριτικῆς τῆς ἐν ταλασιουργίᾳ μόριον ὅταν εὐθυπλοκίᾳ κρόκης καὶ στήμονος ἀπεργάζηται πλέγμα, τὸ μὲν πλεχθὲν σύμπαν, ἐσθῆτα ἐρέαν, τὴν δ' ἐπὶ τούτῳ τέχνην οὖσαν προσαγορεύομεν ὑφαντικήν. Hic Plato non solum lucide artem laneae vestis texendae descripsit, sed staminis vel tramae et subteminis discrimen etiam aptissime enarravit usumque fulloniae artis adiunxit. Lanam nempe textam non ea longitudinis et latitudinis mensura, qua nos, veteres textores vendebant vel mulieres opera sua elaborabant, verum ubique vestium nomine veniunt texta quaecunque a scriptoribus vetustis appellantur, quoniam in tela una modo vestis ad antiquam illam simplicem et fere quadratam formam composita tota simul detexebatur ita, ut ex tela descendentem et a fullone apparatam induere vir aut femina statim posset. Staminis naturam firmiorem quippe nendo magis torti dixit; nostri *drell* usurpant filum eiusmodi; contra subtemen crassius et mollius id est minus tortum est. Fulloniae artis est subteminis mollioris piles minus tortos extricatos crispare; quem effectum Plato ὁλκὴν vocat. Denique *tracta* seu κατάγματα omnium clarissime definit, ita ut appareat, esse, quae nostri *Floeten*, Galli a forma varia *Ploques*, *Loquettes*, *Volits* et *Boudins* vocant. Atque hinc demum apparet, quomodo Hesychius verbum πλατύνειν per μηρύειν explicare potuerit. Stamen tenue et laeve graece ἐξεσμένον dici ab Aristophane annotat Pollux 7. sect. 32. ubi intelligi stamen earum vestium puto, quae bilices texuntur, et stamen non villosum et crispum, ut panni (*Tücher*) habent, sed laeve et tenue ostendunt, quod genus Galli *Serge*, *Etamine* et aliis nominibus appellant. Hinc interpretari licebit Homericum locum Il. 14, 179. ubi Iuno induta induitur veste (ἑανῷ) ὅν οἱ Ἀθήνη ἔξυσ' ἀσκήσασα, τίθει δ' ἐνὶ δαίδαλα πολλά, id est variegata, quam Minerva texuerat laevi et tenui stamine. Apollonius enim recte interpretatur: λεπτῶς κατειργάσατο ὑφάνασα. Haec sunt vulgatissima filorum nomina, quae Latini ad formam Graecorum finxerunt. Stamen enim et στήμων dicitur, quod in telae perpendicularis iugo suspensum stat erectum; qua de re paulo post copiosius dicetur. Subtemen pariter ad Graeci ἐφυφή imitationem dixerunt. Pollux ex Platone ἐφυφὴν laudavit 7. sect. 30. sed is de Legibus libro V. p. 220. Bipont. οὐκ ἐκ τῶν αὐτῶν οἷόντ' ἐστι τήν τε συνυφὴν καὶ τὸν στήμονα ἀπεργάζεσθαι. Pergit in natura utriusque fili ad mixturam virtutum politicarum transferenda: διαφέρειν δὲ ἀναγκαῖον τὸ τῶν στημόνων πρὸς ἀρετὴν γένος· ἰσχυρόν τε γὰρ καί τινα βεβαιότητα ἐν τοῖς τρόποις εἰληφός, τὸ δὲ μαλακώτερον καὶ ἐπιεικίᾳ τινὶ δικαίᾳ χρώμενον. Ex latino verbo *subtexere* factum *subteximen*, *subtemen* recte docuit Salmasius, qui simul idem graece ῥοδάνην vocari admonuit. Antiquiorem auctoritatem ignoro Batrachomyomachia, ubi versu 182. ἐκ ῥοδάνης λεπτῆς est. Κρόκα Hesiodus dixit pro κρόκην, ubi vestem frigori hiberno defendendo parare docet: στήμονι δ' ἐν παύρῳ πολλὴν κρόκα μηρύσασθαι, ubi verbum postremum significat tractum maius subtemini impendi, quo villosior vestis detexatur. Discrimen staminis et subteminis docet locus Hieronymi ad Demetriadem: *Habeto*

lanam semper in manibus vel staminis pollice fila ducito vel ad torquenda subtegmina in alveolis fusa vertantur. ubi Casaubonus ad Persium p. 198. malebat non sine causa legi: *subtegminis — stamina.* Haec enim posteriora magis torquentur. Ceterum memorabilis est locus propter alveolorum mentionem in quibus fusi vertuntur. Fusi genus singulare arguit argumentum legis paganae a Plinio 28. sect. 6. positum: *ne per itinera ambulantes torqueant fusos aut omnino detectos ferant.* Fuisse igitur simile genus suspicor ei, quod in Westphalia ambulantes et pascentes sequitur proiiciendum et in terra trochi instar circumvertendum. Supersunt de filis telae vocabula duo ἤτριον et πηνίον rum derivatis inde verbis, quorum notionem nunc eruere atque illustrare conabimur. Πήνη et forma diminutiva πηνίον esse subtemen voluit iam olim Salmasius; qua vero re a κρόκῃ discrepet, inquirendum superest. Adiuvabit nos Hesychius, qui πηνίον interpretatur πανοῦκλιον ἢ ἄτρακτος εἰς ὃν εἰλεῖται ἡ κρόκη. Suidas in eadem glossa habet ἐν ᾧ εἰλεῖται. Antiqui Homeri interpretes ubi πηνίον ἐξέλκουσα Iliadis ψ interpretantur, εἴλημα κρόκης esse affirmant. Panuclium, quo vocabulo utitur Hesychius, est a pano, quod ipsum ex graeco translatum Nonius grammaticus interpretatur: *Panus est tramae involucrum, quod tumet rotundumque est, quem diminutive panuclam vocamus.* Isidorus 19. c. 29. panucla vel panulia tramae inquit, involucrum, ex quo panni texuntur. Hinc sua duxisse videtur Vgutio grammaticus apud Cangium in Glossario: *Panulula navicula textricum, quia eius discursu panni texuntur.* Esset igitur instrumentum, quod Galli *Navette*, nostri *Schütze*, *Schifsgen* vocant, cui fusi genus versatile cum subtemine, Galli *sepoule*, nostri *Wefelspule* appellant, inseritur. Varro de L. L. 4. pag 29. *Panus Graecum, ubi ea facit panuelium, dictum a pano et volvendo filo.* ubi viri docti certant *panuelium* an *panuolium* sit scribendum. Hoc quidem dubitari non potest, Varronis etymologiam ductam esse ex graeco πῆνος, quod filum interpretati sunt, et εἰλεῖν, unde πηνίον aliqui εἴλημα κρόκης esse voluerunt. Parum igitur nos locus Varronis adiuvat. Esse panum aliqua in re diversum a subtemine, docet etiam locus Lucilii apud Nonium, ubi est: *Fortis subtemnius panus.* In epigrammate Leonidae Tarentini No. 8. in Analectis Brunckianis, mulierculae pauperes artis suae instrumenta deae dedicant, ubi post radium, qui dicitur discernere ἤτρια, (τὰν ἄτρια κρινᾳμέναν κερκίδα) nominantur τὰ τροχαῖα πανία, dorica dialecto. Sequuntur κερταστοὺς τούσδε ποτιρογέας, ut apud Suidam scriptum est, κερταστὰς habet Codex Vaticanus; cuius in locum Reiskius καὶ ῥίσκους περιρρογέας, Brunckius cum Salmasio κέργαστὰς — περιρραγέας substituit; quamquam hic instrumentum textorium ἐργασταὶ dictum ignorare se confessus sit. Tertium instrumentum textrinae Leonidas σπάθας εὐβριθεῖς nominat; de quibus infra dicetur. In altero Leonidae epigrammate eiusdem plane argumenti No. IX. fusus qui stamen torquet, ἄτρακτος ἀειδίνητος μιτόεργος vocatur, radius autem quo subtemen inter decussata tramae stamina inductum percutitur, κερκὶς πέπλων εὐάτριος ἐργάτις. Quae simul ex Leonidae carminibus quamquam loco alieno addere volui brevitatis studiosus, ne postea, ubi de vocabulis istis dicetur,

pluribus ea de ra verbis opus sit. Iam ex locis allatis satis constare videtur, πηνίον esse filum subteminis fuso involutum, qui inter decussata tramae fila huc illuc commeat, et filum immittit; quae fuit iam olim Salmasii opinio, in argumento χρυσοπήνη et ex Euripidis Oreste 837. χρυσοπήνητα φᾶρεα, *vestes aureo subtemine*, afferens. Videamus tamen an huic interpretationi reliqua etiam loca conveniant. Interpretationem Grammaticorum, qui fusum cum involuto subtemine interpretantur πηνίον manifestus Theophrasti locus Hist. Plant. 6. c. 4. confirmat, ubi cnici agrestis caule feminae usae dicuntur pro fuso involvendi subtemini: διὸ καὶ πηνίοις ἔνιαι τῶν ἀρχαίων ἐχρῶντο γυναικῶν, ut aliae attractylide ad fusos staminum (ἄτρακτος) utebantur, auctore Dioscoride 3. c. 107. Plinius cnicum Theophrasti cum attractylide confudit et πηνία pessime *colum* est interpretatus 21. cap. 15. Fuso supremo additum uncum Plato Reipubl. X. p. 327. ἄγκιστρον vocat, ut hoc obiter moneam. Hesychius enim πῆνος etiam ὕφασμα, textum interpretatur, et derivatum inde verbum πηνόμενον per usitatius πηνιζόμενον, addens τριβόμενον. Item Photius in Lexico πήνομεν, πηνίζομεν, τρίβομεν habet. Suidas πηνίσματα, ὑφάσματα interpretatur ex Aristophanis Ranis 1349. ubi aranearum telae ἱστότονα πηνίσματα vocantur. In eadem fabula versu 586. utitur verbo ἐκπηνιεῖται metaphorice pro evolvet, extricabit, expediet. Scholia tamen graeca annotant, alios libros scriptum habuisse ἐκποινιεῖται a verbo ἐκποινίζω; addunt: vulgarem lectionem repetendam esse a similitudine τῶν τὴν κρόκην μηρυομένων εἰς πηνία i. e. qui subtemen in panuclam trahunt, deducunt. Alius scholiorum auctor habet: ἐξελκύσει ἀπὸ τοῦ πηνίου. Homericum πηνίον ἐξέλκουσα addens postea: ἢ ἐξάξει ἀπὸ μεταφορᾶς τῆς κατὰ μικρὸν ἐκ τοῦ σκώληκος ἐξαγομένης πήνης. Quae de verme inseruntur, spectant vocabulum πηνίον, quo Aristophanes olim in altera Nubium Editione de vermiculi genere usus fuerat, ut cum Photio annotavit Suidas; quocum si compares locum Aristotelis H. A. V. c. 19. πηνίον una et ὕπερον ad erucarum genus, fila ex corpore suo deducentium, bombycis et araneae instar pertinere videbis. Eundem Aristophanis locum Hesychius respiciens verbum, de quo dubitamus, ἐκμηρύσεται interpretatur. Epigramma 26. Antipatri Sidonii fusum dicit auctorem torti staminis et subteminis: κλωστῆρα στρεπτᾶς εὔδρομον ἁρπεδόνας καὶ πήνας. Est in Anthologia locus, ubi paupercula μίσθια πηνίσματα πενιχροῖς σπαθίοις κρούειν i. e. mercede πηνίσματα spatha percutere dicitur, ubi rectius subtemen quam stamen interpreteris. Verbo ἀναπηνίζεσθαι utitur Aristoteles H. A. 5. c. 19. ubi de bombyciis, id est glomeribus sericeis a verme aliquo contextis loquitur: τὰ βομβύκια ἀναλύουσι τῶν γυναικῶν τινες ἀναπηνιζόμεναι, κἄπειτα ὑφαίνουσι. Gaza *in filum deducunt*, vetus versio ex graeco facta *carminantes* interpretatur verbum graecum, quod ex Aristotele repetiit Basilius Homilia VIII. In Hexaemeron p. 109. rectius Plinius 11. sect. 26. *prima eas redordiri rursusque texere invenit Pamphila*. Idem 6. sect. 20. de Serum lanicio seu serico: *unde geminus feminis nostris labor redordiendi fila rursumque texendi*. Est igitur ἀναπηνίζεσθαι resolvere fila, a verme larvae suae cir-

cumvoluta, ut fila subteminis fuso circumvoluta servantur in calatho. Hinc Theocritus Idyll. 18. versu 32. ubi matrem familias peritam Helenam describit poëta: οὔτε τις ἐν ταλάρῳ πανίσδεται (i. e. πηνίζεται) ἔργα τοιαῦτα, οὔτ' ἐνὶ δαιδαλέῳ πυκινώτερον ἤτριον ἱστῷ κερκίδι συμπλέξασα μακρῶν ἔταμ' ἐκ κελέοντων. ubi vides, πηνίζεσθαι dici de opere lanam aut carentium, aut uentium et fila deducentium, quae deinde in calatho reponantur; ἤτριον contra dici de filo e telae iugo suspenso, quoniam radio seu pectine percutitur. Dicitur ipsum ἤτριον densum πυκινόν; unde λεῖον καὶ τὸ λεγόμενον εὐήτριον ὕφασμα apud Platonem Politic. sect. 48. p. 202. ubi dubitari potest, num vocabulum λεῖον interpretationem alterius εὐήτριον esse voluerit ipse Plato, ut credidisse videtur Herodianus grammaticus a Piersono editus p. 463. qui εὐήτριος χιτὼν ὁ λεπτὸς καὶ εὐϋφής, Suidas in Platone εὐήτριον, εὐϋφὲς ἔνδυμα, Scholia Augustana, a Fischero comparata, ὑμενῶδες ἔνδυμα, vestem membranae instar tenuem interpretantur. Themistius Oration. XX. p. 237. χιτῶνα λεπτὸν καὶ εὐήτριον iungit ut Plato; στρωμνὴν εὐήτριον habet Pollux X. sect. 42. Hesychius doricum ἄτριον explicat per ὕφος λεπτόν. De testae telae genere aliquo dici ἤτριον, allato Platonis loco in Phaedro p. 366. ed. Bipont. docere voluit H. Stephanus, ubi est de praeceptis rhetorum antiquorum: ἴδε καὶ σύ, εἰ ἄρα καὶ σοφαίνεται διεστηκὸς αὐτῶν (τῶν λόγων) τὸ ἤτριον, ὥσπερ ἐμοί. Si εὐήτριον ὕφασμα est laeve vel tenue vestimentum, vix poterit ἤτριον in Platone esse textae telae genus, quod addito διεστηκὸς in vitio ponatur. Contra mihi Plato dicere videtur praecepta istorum rhetorum male contexta argumentis minimeque invicem apta cohaerere sibi videri veluti telam male pectine densatam, quae stamina singula inspectanti monstret. Nec me tamen latet, Hermiam in Scholiis Mstis ad Platonem ἤτριον interpretari τὸ εὐϋφὲς ἱμάτιον καὶ ἀραιόν, ὅπερ φαίνεται μὲν εὐϋφές, τῷ δὲ κατανοοῦντι διεστηκός ἐστι καὶ ἀραιὸν καὶ οὐκ εὐπαγὲς ἀλλὰ ταχέως διαῤῥηγνύμενον. Timaeus etiam in Lexico Platonico τὸ τοῦ ὑφάσματος πλέγμα interpretatur; quibus fidem equidem nullam adhibeo. Non magis me movet Erotiani auctoritas in Glossario, qui ex Hippocrate positum ἐξητριάζειν de vino saccato vel colato per lineum tenuem saccum, ἤτριον, interpretatus est. Locus enim Hippocratis hodie non exstat, et saepiuscule Erotiano accidisse scio, ut falsas lectiones aut probas minus recte interpretaretur. Maneo igitur in ea sententia, quae ex locis scriptorum allatis facile deducitur, fila tramae seu stamina tenuia laevia et bene torta graece ἤτριον, et vestem inde confectam εὐήτριον laevem, tenuem et densam dici, nisi potius, si quidem ab ἄττεσθαι, ἄζεσθαι, ut a διάζεσθαι δίασμα, derivare volueris, fila tramae per pectinem traiecta et a iugo suspensa omnia ἤτρια vocata fuisse videantur. Ceterum admonebo lectorem, Gallicos artifices vocabulum graecum πῆνος, πηνίον ad aliam textrinae partem traductum et in *penne* mutatum adhibuisse. Latinum *pannus* multifariam etiam ipsum dicitur, quamquam in Lexicis nondum satis eius notiones omnes explicatae sunt. Est in Euripidis Hecuba locus versu 466 seq. ubi chorus de croceo Minervae peplo, seu crocota veste, quae Minervae quotannis offerebatur Athe-

nis et a virginibus sorte electis texebatur: ἡ Παλλάδος ἐν πόλει τᾶς καλλιδίφρου Ἀθαναίας ἐν κροκέῳ πέπλῳ ζεύξομαι ἅρματι πώλους ἐν δαιδαλέαισι ποικίλλους' ἀνθοκρόκοισι πήναις. ubi ἀνθόκροκοι πῆναι non differre videntur a κροκέῳ πέπλῳ, adeoque eximie de significatione vocabuli πήνη nihil confici potest. Ineptissime quidem illi Interpretes, qui Scholia graeca secuti ἀνθόκροκος a κρόκη derivantes vocabulum de variegato subtemine explicare maluerunt. In Euripidis Phoenissis pari absurditate veteres Interpretes graeci στολίδα κροκόεσσαν a κρόκη subtemine derivarunt; et in Aristophanis Ranis versu 46. κροκωτὸν χιτῶνα inepte vestem muliebrem ex subtemine (πήνη) contextam explicant. Isto igitur tempore vocabulum πήνη simpliciter pro subtemine usurpatum esse videtur. Denique ex Hesychio addo glossam. Κρέμβαλα· ἐφ' οἷς τὰς κρόκας ἐντυλίσσουσιν αἱ γυναῖκες. ubi fusus, aut radius, cui fusus cum involuto subtemine inseritur, intelligi videtur.

Trama a *stamine* ita differre videtur, ut in trama fila non solum suspensa vel intensa telae, sed etiam decussata intelligantur. Itaque apud Senecam subtemen insertum duritiem utrinque comprimentis tramae remolliat. Hinc per translationem Persius 6, 73. hominem macilentum pingui opponens: *mihi trama figurae sit reliqua: ast illi tremat omento popa venter*. Comparat corpus emaciatum usque ad ossa cum veste usu detrita, in qua primum flocci mollioris subteminis pereunt, ita ut tramae fila nuda appareant, quod Galli *montrer la corde* dicunt. Falso ea hoc Persii loco Servius ad Aeneid. 3, 483. affirmat: *tramam esse filum quod intra stamen currit*. Quem errorem forte ex inepta vocabuli a verbo *trameare* derivati interpretatione ortum, bene demonstravit Gesnerus in Thes. L. L. ubi simul Casaubonum et Hardoinum a vero aberrantes in rectum tramitem perduxit. Vereor tamen ne et ipse vir doctus in eo falsus fuerit, quod tramam esse voluit idem quod stamen. Mihi enim utrumque vocabulum eo discrepare videtur, ut stamen dicatur, quatenus stanti vel erectae telae intenditur; trama, quatenus fila, staminum invicem decussant se omnia ita, ut inter ea subtemen immissum commeare possit. Graece tramam ἄτριον, ἤτριον dici puto, vocabulo a verbo ἄττεσθαι, ἄξεσθαι, διάζεσθαι derivato.

Prouti vestis plus minusve staminum aut subtaminis intextum habet, ad varios usus hibernos aut aestivos densitate vel tenuitate variaque alia diversitate fit idonea, multisque et diversis plerumque ab utroque filorum genere ductis nominibus appellatur. Quae plus staminis habet, graece στημόνιος, κατάστημος et πολύστημος vocatur, auctore Hesychio in vocabulo στήμονιον. Ex Sophocle ὁλοστήμονας τολύπας pro taeniis a Polluce afferuntur. Hinc genus interulae laneae Monachorum et Clericorum *staminea staminium*, *stamina staminum* dicta, de qua Cangii Glossarium inspicies; unde vulgatum hodieque vocabulum Gallicum *etamine* derivatum est. Μανοστήμους πέπλους ex Aeschylo et ἀραιοστήμους Grammatici veteres posuerunt.

Contra ubi texendo subtemen attritum erat, vestis graece συγκρουστὸν ἱμάτιον vocatur, quod Hesychius interpretatur οὗ ἡ κροκὶς ἀνατέτριπται. Vestem quae graece κροκέη, κροκόεσσα, κροκωτός appellatur, fuerunt, qui a subtemine, κρόκη, dictam interpre-

tarentur. Floccos lanae ex subtemine fullonum ars extrahit; unde floccosa et villosa vestis dicitur; contra defloccata est vestis sine flocco et attrita quemadmodum interpretatur Nonius in verbo deflocrare. Apud Festum *decotes* togae sunt attritae, quasi cotibus detritae atque consumtae sint. Pexa vestis dicitur, in qua subteminis mollioris floccos, villos seu lanuginem fullonis ars excitavit. Hinc Horatius Ep. 1, 1, 95. *si forte subucula pexae trita subest tunicae*, et Martialis Epigr. 2, 58. *pexatus pulchre rides mea, Zoile, trita* Et Plinius 8 sect. 73. Istriae Liburniaeque lanam pilo propiorem quam lanae a pexis alienam vestibus tradit. Homerus vestem εὔνητον χιτῶνα Iliad. ω, 580. laudans eandem intelligere nos voluit, quam in Odyss. δ, 134. νήματος ἀσκητοῖο. βεβυσμένον dixit Grammatici veteres νῆμα de subtemine sunt interpretati et νήθειν aiunt esse κρόκην νήθειν subtemen nere, atque omnino quicquid subtiliter effingitur adeoque id quod alias μήρυμα (tractum) dicitur, νῆμα graece vocari annotavit Photius in Lexico Msto laudato ab Albertio ad Hesychii νῆμα.

Radii, graece κερκίδος, usum simul et vocabuli graeci originem demonstrat locus Antipatri Sidonii in Epigrammate XII ubi κερκίδα εὔποιητον ita definit, ut addat εὐκρέκτους ἃ διέκρινε μίτους: id est, quo percussa bene fila tramae discriminantur. Philippus, ubi Antipatri carmen aemulatus est, Epigr. 18. radios vocat λειομίτους κάμακας pertiras, quibus fila seu stamina laevigantur. Plato in Cratylo sect. 7. usum radii esse ait, ut subtemen et stamina confusa discriminentur: κερκίζοντες τὴν κρόκην καὶ τοὺς στήμονας συγκεχυμένους διακρίνομεν. quod repetit in Politico sect. 23. p. 151. Idem in Cratyli sect 9. cuicunque vestis generi aut crasso aut tenui, lineo aut laneo diversam paulo radii formam convenire ait. ἐπειδὰν δέῃ λεπτῷ ἱματίῳ ἢ παχεῖ ἢ λινῷ ἢ ἐρέῳ ἢ ὁποιῳοῦν τινι κερκίδα ποιεῖν etc Vidimus in Theocrito supra ἤτριον συμπλέκειν κερκίδι de usu radii dictum, quod Plato in Politici sect. 48. p. 202. συγκερκίζειν dixit, artem ipsam κερκιστικήν. De ipso opere usurpari verba κερκίζειν, πλήττειν, πιέζειν, πυκνοῦν annotavit Pollux 7. sect. 35. Latini radium aut pectinem nominant, ubi Graeci κερκίδα: veluti quod Homerus Odysseae 5. versu 14. de Circe: ἱστὸν ἐποιχομένη χρυσείῃ κερκίδ' ὕφαινε; id Virgilius Aen. VII. 14. imitatus dixit *arguto tenues percurrens pectine telas*: quem versum iterum posuit in Georgicis I. 294. In utroque poëta varia olim verborum ἐποιχομένη interpretatio fuit Graeci enim Scholiastae ἐποιχομένη alii ἐπιπορευομένη interpretantur; olim enim mulieres stantes nec sedentes texuisse telam; alii verbo ἐποιχομένη adiungunt vocabulum κερκίδι, itaqua omnem locutionem explicant ἐργαζομένη ἱστουργοῦσα Vtram interpretationem secutus fuerit Virgilius, non dubium cuiquam esse potest; quamquam Servius ad eius locum: *aut ictu pectinis aut manu percurrens: aut quia apud maiores stantes texebant, ut hodie linteones videmus.* Homeri igitur et Virgilii exemplo patet, graecum κερκίδα latinum esse pectinem. Auctor Ciridis versu 179 *non Libyco molles plauduntur pectine telae.* ubi de materia Libyra dubitant Interpretes. Ovidius Metam. 6, 132. *radium Cytoriaco de monte* id est buxeum nominat in textura, quali Galli hodieque uti malunt. Radium inter texentium instrumenta non obscure ponit Vir-

gilius Aeneid. IX. 476. *excussi manibus radii revolutaque pensa.* Pensa sunt fila radiis inclusa aut appensa. Locum hunc aemulatus Claudianus de R. P. III. 161. *attritos manu radios* dixit. Vsum radii clarissime demonstrat locus Ovidii Metam. 6, 56. *inseritur medium radiis subtemen acutis, quod digiti expediunt atque inter stamina ductum percusso feriunt insecti pectine dentes.* Eandem radii et pectinis differentiam Ovidius Fastor. 3, 879, memorat: *illa etiam stantes radio percurre telas erudit, et rarum pectine densat opus.* Adhibet igitur de radio idem verbum quod de pectine bis Virgilius graecam κερκίδα interpretatus posuit; radius commodius sane cum inserto subtemine percurrere telas dicitur, quam pecten, qui rectius discriminata stamina cum inserto subtemine cogere et densare dicetur. Itaque Ausonius in Mosella versu 397. bene *tenui subtemine telas percurrunt* aptissime dixisse videtur. Omnino tenendum erit graecae et latinae antiquitatis studiosis, scriptores latinos graecum vocabulum κερκίς saepissime radium esse interpretatos; quod exempla ab H. Stephano et Gesnero in Thes. L. L. posita demonstrant; in instrumento vero textorio plane diversos ab eo loquendi usu abiisse. Cautius igitur H. Stephanus κερκίδα ait Latinos radium et pectinem vocasse, quam Gesnerus, qui cum radio textorio solum vocabulum κερκίς comparavit, adeoque alios etiam in errorem induxit. Graecum enim κερκίς pectinem significat, quo tela plauditur et percutitur. Graeci enim κέρκειν et κρέκειν βάρβιτον et κιθάραν dicunt, id est pulsare; hinc Sappho κρέκειν τὸν ἱστὸν dixit, id est telam pectine plaudere et detexere. Plausum pectinis Virgilius adiecto *arguto* vocabulo significavit; graecorum poëtarum inprimis anthologicorum luxuriosa ingenia variis atque ineptis ad furorem usque epithetis sonitum applausi pectinis ornare conata sunt quae repetere nolebam. Quos Philippus λιομίτους κάμακας, Lucretius V. 1353. post *radios* modestius *sonante scapos* appellavit. Est apud Hesychium locus, ubi κτείς dici idem videtur in usu textorio, quem latini scriptores pectinem vocarunt. Is enim ita: σπαθατὸν τὸ ὄρθιον ὕφος σπάθῃ κεκρουμένον, οὐ κτενί. Voluit igitur in tela recta stantes textrices olim apartha fuisse usas, contra in tela plana sedentes stamina pectine non spatha (κτενὶ) percussisse et densasse. Idem Hesychius σπάθημα interpretatur πύκνωμα, ἀπὸ τῶν ταῖς σπάθαις κατακρουόντων τὰ ὕφη. Idem cum Polluce 7. s. 36. σπαθίδα esse ait vestem cum spatha textam (σπάθῃ ὑφασμένον ἱμάτιον) Plutarchus Conviv. Quaest. 6. λεπτοσπαθητοῖς χλανιδίων ἐρειπίοις ex Tragico posuit. Ex Sophocle ἀσπάθητος χλαῖνα cum Polluce l. c. posuit Hesychius et Pausanias apud Eustathium ad Iliad. κ, p. 787. σπαθᾶν τὸν ἱστὸν σπάθῃ dixit Philyllius comicus apud Pollucem X. sect. 126.

Licium graece dici μίτον constat testimonio Plinii 8. c. 48. sect. 74. *plurimis*, inquit, *liciis texere, quae polymita appellant, Alexandria instituit, scutulis dividere Gallia.* Haec polymita varias animalium hominumque figuras intextas habebant, Babylonicis vestibus acu pictis similia. Vnde Martialis XIV Epigr. 151. de Cubiculariis polymitis: *Haec tibi Memphitis tellus dat munera; victa est pectine Niliaco iam Babylonis acus.* Ammianus XIV. 6. *tunicae varietate liciorum effigiatae in species animalium multiformes.* Eustathius in Com-

mentariis ad Homericum πηνίον ἐξέλκοντα παρὲκ μίτον annotavit μίτον esse, δι' οὗ τοὺς στήμονας ἐναλλάσσουσιν εἰς πλοκὴν τῆς κρόκης; id est quo stamina alternantur vel decussantur, ut implicetur subtemen. Similiter Servius ad Virgilii Eclog. 8, 73. *licia stamen implicant.* Recte igitur Gesnerus in Thes. L. L. licia a laciendo, laqueando dicta interpretatur fila, quibus in telis textrices implicant tramas staminis, quorumque ope distrahi eae possint et subtemen radio immitti. Vocabulum latinum apud Gallos in usu textorum retentum *Lisse* sonat; unde qui in tela stante tapetes texuntur, *de haute lisse*, qui vero in plana, *de basse lisse* dicuntur. In turcicorum tapetium textrina laminae, *lames du tisserand* dicuntur, quae compositae sunt liciis, *lisses*, inter duas regulas (*Liais*) extentis, quorum medium occupat macula (*maille*) quam tramae filum transit. Maiores nostri latinum vocabulum similiter in *Litze* mutatum retinuerunt; et quae telae *bilices* et *trilices*, vernaculo sermone etiamnum *Zwillich* et *Drillich* appellantur. *Telae licia addere* Virgilius Georg. 1, 285. dixit pro vestem texendam exordiri; quod Germanicus interpres non inepte cum vernaculo nostro *anzetteln* comparavit. Ovidius *mollia barbarica suspendit licia tela*, quae in rectam telam conveniunt, minime in planam. Tibullus I, 6, 79. *firmaque conductis adnectit licia telis.* Dicuntur innecti licia, quia tramae fila alterna per maculam innexam licio traducuntur, quo commodius deinde decussari possint, cum subtemen immittendum est. Telae igitur in Tibullo tramae stamina sunt, (*die Fäden der Werfte, Kette*), licia vero, quae textores nostri *Kamme*, *Geschirr* vocant.

A numero liciorum, quibus in texendo utuntur, varia vestium genera nomina imposita habent, quibus singularum peculiaris aliqua mixtura et species significatur. Vestem bilicem et trilicem vernaculi sermonis usus retinuit; improprie Virgilius trilicem loricam, Valerius Flaccus cratem clypei dixerunt. Graeci τρίμιτον et τριμίτινον vestem dixerunt, quam Hesychius εὐσπάθητον bene percussum spatha interpretatur; quae glossa forte ex loco Aeschyli ducta est, quem Pollux 7. sect. 78. ita laudavit: σὺ δὲ σπαθητοῖς τριμιτίνοις ὑφάσμασι. De opere nexili etiam dici, ut lorica triplex latinorum scriptorum, testantur πῖλοι τρίμιτοι apud Pollucem X. sect. 50. ubi ex Lysippi comici Bacchis afferuntur ἀλλὰ τρίμιτός ἐστι πλεκτὸς πῖλος qui quidem idem est cum ποδείῳ seu pilei genere, quo pedes involvebantur. Hinc Cratetis πόδεια τριμίτινα apud Pollucem 7. sect. 92. Hexamitas vestes holosericas (ἑξαμίτους) Graecia antiqua ignoravit, recentior frequentavit, et Corinthiacos Thebanosque Siciliae colonos texturam hexamitorum praecipue exercuisse testatur Nicetas historicus in vita Manuel. 2. num. 8. quod vocabulum graeci latinique scriptores mediae, quae dicitur honestius quam barbarae, aetatis variis modis mutatum mutilatumque in ἐξάμυτος, ξάμητος, ζάμιτος, *examitum*, *examctum*, *Xamitum*, *Xametum*, *Samita*, *Samctum*, *Samitum*, *Sciamitum*, *Samis* apud Britonem Philippeidos libro 12. *Samit* donec vernaculum nostrum *Sammet* exiret, ut recte monuit Cangius. Originem vocabuli Frischius noster ignorasse vel Cangius oblitus esse videtur.

Καῖρος qui graece dicitur, a quibusdam idem putatur qui μίτος,

Hinc Hesychius ubi Homericum locum Odyss. 7. versu 107. interpretatur: καιροσέων δ' ὀθονέων ἀπολείβεται ὑγρὸν ἔλαιον. explicat primum vocabulum per μεμιτωμένων. καῖρον δὲ τὸν μίτον φασίν. οἱ δὲ τὰς παρυφὰς τῶν ἀμπεχόνων. οἱ δὲ εὖ κεκαιρωμένων τοῦτ' ἐστὶν εὖ ὑφασμένων. καιρώματα γὰρ τὰ διαχωριστικὰ τῶν στημόνων πλέγματα. Similiter fere Photius in Lexico, qui alibi καῖρος inquit, σειρά τις ἐν ἱστῷ, δι' ἧς οἱ στήμονες διείργονται. Iterum Hesychius in vocabulo ἀμφίμαλλος. ἔνιοι τὸν ἐν τοῖς ἱστοῖς καῖρον ἀποδεδώκασιν· καῖρον δὲ τὸν μίτον ἔλεγον. Tertius eiusdem locus in ἀμφιμιγές, mancus et mutilus in postrema sui parte, spectat ad omissum ἀμφίμιτος (de quo obiter Pollux 7. sect. 57) quod interpretatur: καὶ σπαρτίον πρὸς ὃ τὸν μίτον αἱ γυναῖκες προσάγουσιν. Ubi σπαρτίον funis ex sparto nexus forte idem est, quem Photius σειρὰν id est funem stamina discriminantem dixit. Pollux derivatum a καῖρος verbum καιρῶσαι in textrina explicat per συνδῆσαι τὸν στήμονα id est alligare stamina, et καίρωσιν per σύνδεσιν. 7. sect. 33. Hesychius pariter καίρωσιν τοῦ στήμονος τοὺς συνδέσμους id est, staminis alligationes interpretatur. In Callimacho καιρωτρίδες Grammatici veteres simpliciter textrices esse censuerunt. Superest locus in Etymologico Magno, ubi in loci Homerici supra allati interpretatione legitur: οἱ μὲν τῶν κροσσωτῶν, οἱ δὲ ἀπὸ τῶν καιρωμάτων. οὕτω δὲ καλεῖται καῖρος καὶ καίρωμα ἡ παραπλοκὴ τοῦ στήμονος ἡ διαπλεκομένη ὑπὲρ τοῦ μὴ συγχεῖσθαι αὐτόν. Itaque si καῖρος fuit implexio staminum quae quo minus ea confunderentur, impediebat, plane a liciis diversa res statuenda est. In hodierna texendi ratione stamina decussata annectuntur reliquiis staminum abscissorum, quas nostri textores *Trümmer, Lodigen, Lordlein, Ledel*, Galli *pennes* vocant; sed in tela recta stamina ponderibus lapidum appensis extenduntur, nec illae staminum reliquiae ibi locum habuisse videntur, nisi forte pondera adiuncta habebant fila brevia, quibus innecterentur fines staminum ex iugo telae suspensorum.

Quas dedi vocabulorum textoriorum interpretationes, ad intelligendum faciliores reddet locus antiqui Glossatoris ex Codice Florentino Nicetae Chirurgicorum excerptus a Cocchio p. 157. ubi est de καιρίᾳ pro κειρίᾳ fascia scriptum: καῖρον γὰρ τὸν μίτον ἔνιοί φασι, καιρώματα τὰ διαχωριστικὰ τῶν στημόνων πλέγματα. καὶ ἁπλῶς καιρώματα τὴν ὑφὴν ἔλεγον· ἐντεῦθεν τὸ καιροσέων ὁ ποιητής· τῶν ὑφασμένων φησίν· καιροσέων δ' ὀθονέων ἀπελάμπετο ὑγρὸν ἔλαιον. In loco Homerico vulgo ἀπολείβεται editum legitur.

Vocabulum ἐξάστις in libro Hippocratis κατ' ἰητρεῖον ubi commendat ὀθόνια κοῦφα, λεπτά, μαλθακά, καθαρά, πλατέα μὴ ἔχοντα συῤῥαφὰς μηδ' ἐξάστιας. Galenus in Exegesi ad h. l. interpretatur: τὰ ἐπανιστάμενα ἐξ ἄκρων τῶν σχισθέντων ὀθονίων λίνα, καὶ ἀπὸ τῶν ῥακῶν τὰς κρόκας. Addit sibi etiam videri sic dicta: καὶ τὰ πρὶν σχισθῆναι προὔχοντα τὸν αὐτὸν τρόπον. In Commentario habet: ἐξάστιας, αἵτινες ἐν τοῖς ὑφαινομένοις ἐνιότε μὲν ἐξεπίτηδες, ἐνιότε δὲ ἀκουσίως γίνονται προμήκεις, ἐξοχαὶ ποτὲ μὲν αὐτῆς τῆς κρόκης. ἔστι δὲ ὅτε καὶ τῆς πορφύρας, ἀλλὰ καὶ κατὰ τὰς καλουμένας παρυφὰς ἐκοῦσαι τοῦτο πράττουσαι διὰ παντὸς αἱ γυναῖκες. Sed in alio libro apud Nicetam Chirurg. vet. p. 62. ubi locum

Hippocratis interpretatur, habet: ὡς μὴ ὑπάρχειν τι ἐξέχον καὶ παχὺ, καθάπερ ἐπὶ τῶν παρυφασμάτων. ubi Cochius comparavit locum Pollucis 7. sect. 53. αἱ μέντοι ἐν τοῖς χιτῶσι πορφυραῖ ῥάβδοι παρυφαὶ καλοῦνται. Verum Galenus παρυφὰς a πορφύραις distinguere videtur. Seosum vocabuli aperit locus Heliodori chirurgi in Cochii Chirurg. veter. p. 63. ubi ait: ἔστωσαν δὲ τῶν μότων αἱ διπλόαι ἔνδον νενευκυῖαι, καὶ τὰ πέρατα ἔξωθεν ἐσχηματισμένα, ἵνα μὴ αἱ τῶν ἄκρων ἐξάστεις τῇ μήνιγγι ἐπισύρωνται i. e. linamentorum horum plicaturae introrsum vergant, estrema vero nutent estrorsum, ne super membranam extremae fimbriae vel flocci extantes filorum trahantur. ubi glossa Codici adscripta Hippocraticas ἐξαστίας comparat, ne dubitemus ἐξάστεις quae sint intelligendae. Sunt igitur fila vel tramae vel subteminis extra ordinem reliquorum filorum aut vi aut negligentia testoris in texta veste eminentia, qualia in panno, qui hexamitus nobis dicitur (Sammet) apparent floccorum instar, ex laqueis videlicet filorum subteminis discissis orta. Vocabulum ipsum ab eodem origine profectum videtur quam agnoscit δίασμα, factum ab ἄττω, ἄσσω, ἄζω, διάζω, δίασμα. Sic item ἔξασμα, ἔξαστις dicta videtur fuisse, cum filum vel tramae vel subteminis duplicatum extra textum eminet.

Sequitur vocabulum ἄσμα, δίασμα a verbo διάζεσθαι derivata. Pollux 7. sect. 33. στῆσαι τὸν στήμονα ἢ τὰ στημόνια καὶ προφορεῖσθαι. οὕτω γὰρ ἔλεγον οἱ Αττικοὶ τὸ νῦν διάζεσθαι· addit ex Attico poëta comico versum: ὁ μὲν ἐξυφαίνεθ' ἱστὸς, ὁ δὲ διάζετο. ubi dubitari potest, num phrasis στῆσαι τὸν στήμονα, pro qua Hesiodus ἔργων versu 779. ἱστὸν στῆσαι dixit, latine *telam suspendere*, *stamen intendere*, separanda a sequentibus sit, an coniungenda ita, ut eandem rem alii στῆσαι τὸν στήμονα, alii προφορεῖσθαι, alii denique διαζέσθαι dixerint. Posteriorem sententiam H. Stephanus amplexus est; priorem equidem sequi malim; quia generatim στῆσαι στήμονα dicitur de tela suspensa seu intensa, διάζεσθαι partem eius operae speciatim significare videtur. Hesychius verbum προφορεῖσθαι explicat ita· τὸ ταῖς διαζομέναις τὸν στήμονα παραδιδόναι: Scholia ad Aristophanis Aves versu 4. verbum προφορεῖσθαι interpretantur: τὰ παραφέρειν τὸν στήμονα ταῖς διαζομέναις. ubi Suidas post verbum παραφέρειν addita habet vocabula δεῦρο κἀκεῖσε. Ita ex auctoritate duorum horum Grammaticorum (nisi forte Hesychius etiam cum Suida ex eodem fonte sua derivaverat) verbum διάζεσθαι diversam actionem a verbo προφορεῖσθαι sed opere et tempore cum ea coniunctam designasse videtur. Etymologici magni auctor ubi vocabulum δίασμα interpretatur, ita docet: ἀπὸ τῆς διαίσεως, τοῦ μερισμοῦ· ἐπεὶ τοὺς στήμονας διαμερίζουσι. Etymologia manifesto falsa; de notione vocabuli videamus an loca veterum scriptorum adstipulentur. Quanquam nullus exstat hodie locus integer scriptoris, a quo usum vocabuli discere possimus; sed posuerunt Grammatici abrupta aliquot poëtarum verba, in quibus divinatio magis quam interpretatio locum habere videtur. Ex Callimacho laudatur δίασματα φάρεος ἀρχήν; sed initium telae seu vestis varie dicitur. Hesychius cum Suida verbum ἄττεσθαι pro ἄζεσθαι, διάζεσθαι ut derivatum inde ἄσμα pro δίασμα ex

Sophrone Siculo interpretantur. Hesychius etiam *ἐνεδιάσθαι* pro *εἰστενεπλάκη* alicunde attulit; ubi viri docti ex Palladii libello de Bragmanis p. 77. *σκώληκες σηρικοδιασταὶ* de vermibus serica fila ex se deducentibus annotaverunt. H. Stephanus cum in Glossis Graeco-latinis reperisset *διάζεσθαι* redditum latino *ordiri telam*, non dubitavit in Thesauro suo ponere, textorem videri *διάζειν τὸν ἱστὸν*, cum filis divisis explicatisque telam orditur. Verum equidem verbum *ordiri* et vocabulum *ordium* de diversa re speciatim dici supra suspicatus sum; de qua, nisi Glossae veteres fallunt, *διάζεσθαι* et *δίασμα* Graecorum usu frequentata sunt Quod autem verbum antiquum ad usum vulgaris sermonis suo tempore retractum annotavit Pollux, confirmare videntur loca versionis interpretum LXX. in libro Iudicum c. 16. ubi Sampson dicit Dalilae suae. *ἐὰν ὑφάνῃς τὰς ἑπτὰ σειρὰς μετὰ τοῦ διάσματος, καὶ ἐγκρούσῃς ἐν τῷ πασσάλῳ εἰς τὸν τοῖχον, ἔσομαι ἀσθενής.* et mox ipse Samson *ἐξέσπασεν τοὺς πασσάλους ἐν τῷ ὑφάσματι ἐκ τοῦ τοίχου καὶ τὸ δίασμα.* postea Dalila *ἐδιάσατο τοὺς ἑπτὰ βοστρύχους τῆς κεφαλῆς αὐτοῦ, καὶ κατέκρουσεν ἐν τοῖς πασσάλοις εἰς τὸν τοῖχον.* ubi H. Stephanus *δίασμα licium* et *διάζεσθαι licio implicare* interpretatus est. Ex duabus virorum doctorum sententiis haec posterior, quae *διαζεσθαι licia telae adnectere* reddit, magis mih probabilis esse videtur, quam altera, quae cum latinu *ordiri* comparat, cuius notinuem supra aperui. Sententiae huic auctoritatem et pondus addere videtur Hesychii locus, ubi est: *αρκάνη* (vel ex serie literarum *ἀρκάλη*) *τὸ ῥάμμα ᾧ τὸν στήμονα ἐγκαταπλέκουσιν αἱ διαζόμεναι.* ubi funiculus, qui liciorum ordinem annexum gerit, et perticae locum obtinet, quae in tapetium Turcicorum textura *perche de Lisses* vocatur, intelligi mihi videtur. Vocabulo *ῥάμμα* utitur Hesychius in *ἀγαθὶς, δέσμη ῥάμματος ἢ στήμονος.* Eustathius ex Grammaticis vetustioribus posuit: *ἀγαθὶς, δέσμη, ῥάμμα, στήμονες.* Sed etiam H. Stephanus in Lexico suo scriptum reperit: *αγαθὶς, δέσμη τις, καὶ εἴδη τινὰ ῥάμματος καὶ στήμονος*, ubi *ῥάμμα* filum interpretatur. Hesychii verba ex Glossis graeco barbaris repetita posuit Cangii Glossar. Graecum in vocabulo *ῥάμματος.* Etymol. M. auctori est item *δέσμη*, aut species *ῥάμματος ἢ στήμονος.* difficile hinc est dicere *ἀγαθὶς* num fili genus an glomus staminum sit intelligenda. Vocabulum omnium difficillimum, de cuius significatione maxime dubitatum fuit, exstat in Homerica comparatione Iliad. ψ *ὡς ὅτι τίς τε γυναικὸς ἐϋζώνοιο στήθεός ἐστι κανών, ὅντ' εὖ μάλα χερσὶ τανύσσῃ πηνίον ἐξέλκουσα παρὲκ μίτον, ἀγχόθι δ' ἴσχει στήθεος.* quem locum imitatus Nonnus Dionysiacorum libro 37. p. 956. *οἷα κανὼν στέρνοιο πέλει μέσος ἓν* (*ὃν* corrigo) *τινι μέτρῳ παρθένος ἱστοπόνος τεχνήμονι χειρὶ τανύσσῃ* non solum sensum non aperuit, sed ita etiam obscuravit, ut quae rem positam illustrare debebat imago, multo illa ad intelligendum difficilior sit. Subsidia a solis Grammaticis petenda sunt. Hesychius igitur interpretatur canonem: *τὸ ξύλον περὶ ὃ ὁ μίτος.* Scholia brevia ad Homerum: *ὁ κάλαμος περὶ ὃν εἰλεῖται ὁ μίτος ὁ ἱστουργικός.* Eustathius cum in commentariis antiquis reperisset annotatum, canonem esse *κάλαμον τῶν μίτων*, ingenue, se non certo iudicare inde posse, quod sit

illud instrumentum, confessus est. H. Stephanus esse quod Gallici teatores *canette* vocent suspicatus est. In Pollucis VII sect 36. verbis κανὼν εἰς τοῦτο καλούμενος, ἀντίον, πῆχυς, ἱστόπους etc. Codex Falkenburgicus praefert: κανὼν ἱστοῦ τὸ καλούμενον ἀντίον, quae viri docti ita intellexerunt, quasi canon etiam ἀντίον vocatus fuerit; ἀντία autem glossae Philoxeni interpretantur *insubula*. Ioach. tamen Kuhnius ἀντίον a canone distinxit, ex Glossis graecolatinis comparans: *scapi*, κανόνες γερδιακοὶ i. e. canones textorii. Sed haec interpretatio non minus obscura est, quam vocabulum ipsum *scapi*; Lucretii enim *sonantes scapos* esse de κερκίς Graecorum intelligendos supra admonui. Diversas res esse canonem et antium satis apparet ex Aristophanis in Themophoriaz. versu 829. qui utrumque vocabulum iunctum habet cum χαλκιδικοῖς, unde ad rem textoriam vocabula pertinere credibile est. Ἀντίον in alio scriptore nondum repertum praeterea est, nisi in versione Interpretum LXX. 2 Regum 21. et Paralip. 1, 11. ubi vetus versio latina *liciatorium texentium* reddit. Vgutioni grammatico apud Cangium *liciatorium* est *lignum in quo licium involvitur et laqueus qui de filo solet fieri*. Ita plane designatur pertica illa licia annexa gerens in tela tapetium turcicorum, quam Galli *perche de Lisses* vocant. Ergo interpretes illi, qui Homericum κανόνα arundinem esse voluerunt, circa quam volvuntur licia, idem illud liciatorium intelligi voluerunt. Superest ut de insubulo videamus. Isidorus Origin. 19. c. 29. *insubulum*, inquit, *textoris instrumentum, sic dictum, quod infra et supra fit, vel quia insubulatur*. ex quo loco Lambinus in priorem Lucretii Editionem libro V. 1371. ubi de textrinae instrumentis post ferri usum inventis sermo est: *textile post ferrum est: quia ferro tela paratur: nec ratione alia possunt tam laevia gigni insilia ac fusi radii scapique sonantes*. mutata vetere lectione induxerat *insubula*, sed in altera antiquam restituit, interpretationem omisit. Isaac Vossius ad Melam Observ. p. 249. scripturam Codicum *ensilia* praefert, quem secutus Io. M. Gesnerus in Thesauro L. L. arundinem Ovidii interpretatur, quae stamen secernit. Hic enim in Metamorph. VI. 54. ubi certamen Arachnae cum Minerva narratur: *Et gracili geminas intendunt stamine telas, tela iugo vincta est: stamen secernit arundo*. Verum clarius erat definiendus simul arundinis istius in tela pendula usus, si cognitum ipse habebat Gesner. Mihi sane commodissimum videtur arundinem istam pariter de liciatorio interpretari; ad quod nos ducit etiam vulgaris insubuli aut insilium interpretatio ab Isidoro illa, haec a Baptista Pio profecta. Hic enim Lucretii insilia ait esse, quae Bononiae appendicula vocentur, telam examinantia demissam; alios tamen interpretari de instrumento ligneo pedibus teatoris supposito, quod Bononiae *calcularum* nomine veniat. Sed in tela pendula calcularum vel scamillorum, quae nostrates *Schemel* vocant, usum nullum potuisse esse statim apparebit, si quis imaginem telae iugalis rectae pictam adspexerit aut animo suo bene informaverit. Isidori autem *insubulum, quod infra supraque est*, in tela plana, de qua sola dici videtur, nihil fere aliud esse nisi liciatorium potest, quod scamillis calcatis sursum deorsumque trahitur, simulque filorum strata gemina alternat, dum radius

insertus subtemen immittit. In tela vero pendula non solum nullus, ut antea disi, scamillorum usus est, sed ipsa tramae seu staminum strata gemina decussata alternis non sursum deorsumque, ut in tela plana, sed antrorsum retrorsumque ope liciatorii trahuntur. Quam parum ex Grammaticorum commentariis ad Homericum locum intelligendum profecerimus adhuc, ipse facile lector intelliget. Experiendum nunc num alia via et ratione ad sensum loci et significationem canonis textorii propius accedere liceat. Homerus comparationem canonis testorii adhibet, dum, Vlysses cum Aiace cursu certans quam prope ab Aiace abfuerit vestigiis eius quasi instans, similitudine posita demonstrare conatur. Canonem igitur seu regulam aeque propinquam ait pectori textricis esse, quam ea manibus extendat, dum panuclam iusta licia extrahit, vel (si lectionem librorum quorundam παρὲκ μίτου sequaris) panuclam ex liciis extrahit. In hac interpretatione verborum graecorum propriam significationem expressi, prout eam enucleare hucusque conatus sum, exemplis et usu loquendi seriorum scriptorum confirmatam. At fieri potest, ut poëta paulo diversam notionem singulis vocabulis tribuerit; quemadmodum saepenumero μίτοι simpliciter fila tramae seu stamina dicuntur. Tum igitur panucla vel subtemen dicetur iuxta stamina vel ex staminibus extrahi. Sed haec ratio plane absurda est; nunquam enim subtemen iuxta stamina extrahitur, sed inter stamina immittitur. Tertia superest ratio, ut πηνίον stamina et tramam interpretemur. Tum trama iuxta licia vel potius ex liciis extrahi dicetur; quod fieri vidimus cum licia telae annectuntur, et trama per licinrum laqueos traiicitur. Verum etiam haec ratio hoc vitio laborat, quod nullius idonei scriptoris testimonio aut auctoritate significatio haec πηνίου confirmari potest. Quare solam illam interpretationem approbandam esse patet, quam primo loco posui. In recta autem vel pendula tela panucla vel subtemen nunquam ex liciis sed semper iuxta vel infra licia extrahitur, dum a fuso subtemen devolutum inter decussata tramae fila immittitur. Quaerenda nunc est ea pars telae rectae quae ante pectus testricis posita alio tempore magis minusque propinqua est. Nullam aliam reperio nisi quae licia appensa gerit, per quae tramae stamina transeunt; qua de re postea accuratius trademus, ubi fabricam et formam telae rectae explicabimus. Paene oblitus eram interpretationis seu potius periphraseos, quam obiter posuit Gesnerus in Thesauro L. L. sub vocabulo Licium. *Ita*, inquit, *prope Aiacem est Vlysses cursu cum illo certans, ut prope pectus mulieris est canon, quem manibus bene extendit (cum liciis ad eum alligatis, quae sic dirigit canon, ut aequabiliter trahi possint, quo ipso nominis sui mensuram, notionem regulae, implet) extrahens ito stamen partem tramarum (per licium seu licia) et (alternis) ad pectus admovet.* Haec igitur ipsa illa est ratio, quam tertio loco propositam propter alienam πηνίου significationem improbavi. In Gesneri autem paraphrasi accedit novum incommodum, quod, cum licia telae annectuntur, licia non alternis attrahuntur ad pectus, sed una series filorum tramae singulis liciis unius liciatorii adduntur; deinde licis cum trama tantum in texendi opere ad pectus

alternis adducuntur, minime autem, dum telae annectuntur.

Huc pertinent etiam vocabula duo, alterum ex versione LXX libri I. Regum 17, 7. varie annotatum. ὁ κοντὸς τοῦ δόρατος ὡσεὶ μεσάντιον ὑφαινόντων. ubi Codices et Editiones varias lectiones habent has: μέσατμον, μέταχμον, μέσαχλον, μέσαυλον, μέσαχνον, μεσάκτων, μεσάχρων, μεσάτων. Aquila et Theodotion ibi ἀντίον vocabulum Hebraicum interpretati sunt. Hesychius μέσαχμον· κανὼν τοῦ ἱστοῦ, οἱ δὲ ἀντίον. Suidas: μεσάχμῳ· τῷ κανόνι τῷ μέσῳ καλάμῳ τοῦ ἱστοῦ. Ioannes Monachus Histor. Gaufr. Libro I. apud Cangium ex illo loco habet: *lanceam quasi liciatorium.* Caogius ex Lexico Stephani posuit: Ἀντίον τὸ κανόνιον τοῦ ἱστοῦ βαλλόμενον, ὅπερ καὶ μεσάγκονον λέγεται. Alterum vocabulum ἄνταρ Hesychius ex Euphorione positum δίασμα interpretatur. Dubium etiam an tertium vocabulum apud eundem, ἀντήριος, στήμων huc pertineat.

Ex antiquitate graeca et latina solus superest Seneca, qui antiquioria et secretiora artis textrini differentiam paulo accuratius ex Posidonio annotaverit. Obiter enim rem tetigit. Herodotus 2. c. 35. *alia quidem*, inquit, *gentes sursum impellunt subtemen texendo, Aegyptii contra deorsum.* Huc pertinet etiam locus Ephori in Europa excerptus in Etymologico Magno, ubi explicatur Homericum: ἱστὸν ἐποιχομένη: *antiquae*, inquit, *mulieres stantes texebant et telam obibant* (ἐπιπορευόμεναι τὸν ἱστὸν); *prima Aegyptiaca mulier Hyos nomine sedens texere coepit*; *unde Aegyptii Minervae sedentis imaginem dedicarunt.* Ex quo loco Herodotum ita interpretatur Salmasius ad Vopiscum p. 401. ut textorem telae assedisse putet. Verum status vel sessio textoris omne textrini Aegyptiaci et Graeci discrimen non continebant, verum situs telae ad perpendiculum aut ad libellam directae unice spectandus est. Vidamus enim bodieque telae, ubi tapetia turcica perficiuntur, stanti et erectae textorem infra assidere. Quoties vero vestis lanea detexenda erat, inprimis in antiquissima illa et simplicissima telae forma stantis, statu textoris telam obeuntis erecto opus fuisse videtur. In ea enim stamina ponderibus appensis extendebantur, et subtemen sursum impulsa non pectine, sed spatha densabatur. Contra tela inter ramalia duo extensa stabat, velut ea, ubi tapetes turcici texuntur, assidentem textorem admittebat, qui subtemen spatha deorsum impulsum densaret. Recte tamen ad telam pendulam (ut vocat Ovidius Heroid. I, 10.) refert et explicat Salmasius locum Isidori Pelusiotae de Galilaeis: καθ' οὓς καὶ μάλιστα τὸ τοιοῦτον φιλεῖ γίνεσθαι ἱμάτιον τέχνῃ τινι, ὡς αἱ στηθοδεσμίδες, ἀνακρουστὸν ὑφαινόμενον. Vestis nempe ita dicitur, quae in tela pendula sursum impulso et spatha percusso (ἀνακρουστὸν) aubtemine detexitur. Tertio loco ponam Artemidori locum de Somniorum interpretatione 3, c. 36. ἱστὸς ὄρθιος κίνησιν καὶ ἀποδημίαν σημαίνει· χρὴ γὰρ περιπατεῖν τὴν ὑφαίνουσαν· ὁ δὲ ἕτερος ἱστὸς κατοχῆς ἐστι σημαντικός· ἐπειδὴ καθεζόμεναι ὑφαίνουσιν αἱ γυναῖκες τὸν τοιοῦτον ἱστόν, id est: tela recta motum et peregrinationem significat, quoniam in ea texentes ambulare oportet; contra altera tela retentionem denuntiat, quia mulieres assidentes in ea texere solent. Vtraque igitur tela Artemidori temporibus in usu foeminarum domestico fuisse videtur, quem viri

docti imperante Marco Antonino vixisse suspicantur. Dubitari tamen etiam in hoc Artemidori loco potest, qualis tela illa altera fuerit, cui assidentes texere mulieres solebant, inter ramalia duo intensa et erecta, an plana? Planae tamen mentionem disertam in ullo hucusque scriptore vel graeco vel romano repertam a quoquam, non memini; quamquam conjiciendo eam ex multis scriptorum locis elicere licet, ut postea docebo, quam antiquissimae telae pendulae formam ex loco Senecae explicavero. *Ecce*, inquit Epist. 90, *Posidonius, ut mea fert opinio, unus ex iis qui plurimum philosophiae contulerunt, dum vult describere primum, quemadmodum alia torqueantur fila olia ex molli solutoque ducantur; deinde quemadmodum tela suspensis ponderibus rectum stamen extendat; quemadmodum subtemen insertum, quod duritiem utrinque comprimentis tramae remolliat, spatha coire cogatur et iungi, textrini quoque artem a sapientibus dixit inventam, oblitus postea repertum hoc subtilius genus, in quo tela iugo iuncta est, stamen secernit arundo: inseritur medium radiis subtemen acutis, quod lata feriunt insecti pectine dentes. Quid? si contigisset illi videre has nostri temporis telas, quibus vestis nihil celatura conficitur, in qua non dico nullum corpori auxilium, sed nullum pudori est.* Versus allati sunt Ovidii ex Metamorphoseon VI, 54. ubi uno auctiores leguntur: *quod digiti expediunt otque inter stamina ductum percusso feriunt insecti pectine dentes.* Discrimen utriusque telae, quod manifesto quidem appareat, in usu pectinis pro spatha esse videtur. At pectinis usus in tela pendula atque omnino in recta locum non habet; itaque ratiocinando deducimur ad telam planam, quo pertinent omnia ea scriptorum loca, ubi pectinis fit mentio. In hac ratione omnium postrema et tertia tela *iugo iuncta est*, non *vincta*, ut libri quidam scripti habent; quamquam tela iugo utrinque alligatur; melius tamen verbum *iuncta est* naturam iugi, cui tela detexenda intenditur, et telae iugalis declarat. Telam iugalem In villa nominat Cato c. 10 et 14. quam eandem esse suspicor; certe ea a tela recta, ubi trama suspensa ponderibus pendebat, diversa est. Hanc antiquissimam rationem texendi adhuc in Palestina usitatam indicat locus Theophylacti ad Evangelium Iohannis a Casaubono, Salmasio aliisque viris doctis certatim laudatus: ἄλλοι δέ φασιν ὅτι ἐν Παλαιστίνῃ ὑφαίνουσι τοὺς ἱστοὺς οὐχ ὡς παρ' ἡμῖν, ὄντων ἄνω μὲν τῶν μίτων καὶ τοῦ στήμονος, κάτω δὲ ὑφαινομένου τοῦ πανίου καὶ οὕτως ἀναβαίνοντος, ἀλλὰ τοὐναντίον κάτω μέν εἰσιν οἱ μίτοι, ἄνω δὲ ὑφαίνεται τὸ ὕφασμα. id est: alii affirmant in Palaestina telas alia ratione quam apud nos texi, liciis non supra positis cum stamine, dum textum infra perficitur, sed contra licia infra textum inceptum sita sunt. Unde simul viri docti Theophylacti istius patriam Aegyptum fuisse arguunt.

Rectae telae usum ad Plinii aetatem usque in gynaeceis romanis durasse, infra ubi de tunica recta sermo erit, pluribus docebo. Sed illam ipsam antiquissimam telae formam, in qua stantes texebant, seris romani imperii temporibus adhuc in usu linteonum fuisse credere oportet Servio grammatico ita ad Aen. VII, 14. tradenti: *quia apud maiores stantes texebant ut hodie linteones videmus.* Saltem esset de vestibus lineis; nam

quae vela seu lintea texebant universae Galliae tempore Plinii 19. sect. 2. telam rectam adhibuisse non planam, vix cuiquam probabile videbitur.

Nunc antiquissimam et primam textrini rationem, ubi tela pendula texebatur a stante, per partes explicare conabor. Tria sunt, quae maxime in ea discrepant a tela plana. Primum telae seu tramae stamina a ligno transverso suspensa infra appensis lapidum ponderibus extendebantur. Deinde licia inferius tramae fila alterna implicabant, supra vero ea textum perficiebatur. Denique subtemen inter tramae stamina immissum sursum versus spatha, quam textrix manu regebat, impulsum percutiebatur atque ita tela densabatur. De ponderibus infra appensis tramae testatur Aristoteles de Gener. Anim. I. 4. ubi testiculos ductibus seminalibus appensos comparat cum lapidibus tramae staminibus in tela appensis. *οὐδὲν γάρ εἰσι μόριον τῶν πόρων οἱ ὄρχεις, ἀλλὰ πρόσκεινται καθάπερ τοὺς λᾶας προσάπτουσιν αἱ ὑφαίνουσαι τοῖς ἱστοῖς.* ubi versio vetus latina ex Graeco facta λᾶας recte *lapides*, ἱστοὺς autem male *liciatoriis* interpretatur. Iterum philosophus libro. 5. c. 7. *ὥσπερ ἂν εἴ τις χορδὴν κατατείνας σύντονον ποιήσειε τῷ ἐξάψαι τὶ βάρος, οἷον αἱ τοὺς ἱστοὺς ὑφαίνουσαι. καὶ γὰρ αὗται τὸν στήμονα κατατείνουσαι προσάπτουσι τὰς καλουμένας λαίας. οὕτω γὰρ καὶ ἡ τῶν ὄρχεων φύσις προσήρτηται πρὸς τοὺς σπερματικοὺς πόρους.* quem locum respiciens Galenus de Semine libro I. *καθάπερ αἱ λεῖαι τοῖς ἱστοῖς οὕτως οἱ ὄρχεις* etc. Vetus versio latina Aristotelis ex graeco facta *lapides vocatas layas* habet, quasi legerit scriptum interpres: *λᾶας τὰς καλουμένας λαίας.* Atque huc ducit Hesychii locus: *λέας τὰς ἀπὸ τῶν ἱστῶν κρεμανυμένας ἄκρας.* Idem *ἄγνυθες, λεῖαι.* Alio loco: *Αγνυστας, λεῖας· οἱ δὲ τὰς ὤας τῶν ἱστῶν.* Eosdem igitur lapides alii *λᾶας, λαίας, λείας*, alii *ἄγνυθας* vocarunt. Ita etiam tradit Pollux X. sect. 125. et VII. sect. 36. *Αγνυθες καὶ λεῖα οἱ λίθοι οἱ ἐξηρτημένοι τῶν στημόνων κατὰ τὴν ἀρχαίαν ὑφαντικὴν*, id est, agnythes et leiae vocantur lapides quos antiqua texendi ratio staminibus appendebat. Hos eosdem lapides staminibus appensos telae rectae Islandicae pictae ostendit *Olavius* Danus in Tabula XII. addita Descriptioni Islandiae, quam sermone vernaculo versam et editam Lipsiae 1787. legi. Eadem pictura situm liciorum et formam spathae ostendit. Hae tamen duae posteriores telae rectae partes conspiciendae etiam apparent in pictura, quam ex Virgilii Codice Vaticano perantiquo posuit primus Ioan. Ciampini Romanus in operis de *Musivis sacrarum profanarumque aedium structuris* Parte 1. cap. 13. Tabul. XXXV. figur. 1. repetiit in Antiquitatis explicatae gallico sermone scriptae Tomo III. tabul. 195. Montfaucon, emendatam parumper posuit etiam Braunius in libri I. cap. 16. de vestitu sacerdotum Hebraeorum; ubi staminibus tramae in fasciculos colligatis alia ratione traiectae perticae appensa apparent pondera. Codici Virgiliano aetatem mille et quadringentorum circiter annorum largitur Ciampini; addit Montfaucon, esse eum, qui apud aedem Dionysii in Gallis olim asservatus fuerit; unde cognoscimus intelligi Codicem eum Vaticanum, quem altero loco descripsit egregius Heynius. p. xxxix. quemque viri docti seculo quarto scriptum esse fere consentiunt. Prae-

terea in annotatione ed Aeneidis VII. versum 14. commemoravit immortalis ingenii vir picturam Codicis Vaticani, quae telae stantis formam alibi a se nondum observatam exhibeat. Facile precibus meis concessit praeceptor venerandus, ut picturam ex libro Bottarii Romae anno 1741. prodito exscriptam ad me transmitteret. In hac igitur paene omnia eadem reperi ut in pictura, quam *Ciampini* in libro supra dicto et Tabulae XXXV. fig. II. publicavit, quamque repetitam a se, dextro tamen latere, ut fit, ab artifice in sinistrum converso, Gallus Montfaucon ex regis Galliarum Bibliothecae Codice scripto seculo decimo Commentariorum ad librum Iobi depromtam esse ait. Vtrique picturae subscriptum Ciampini nomen legitur, cuius tamen Montfaucon mentionem nullam facit. Ille vero in hac posteriore pictura expressam monet foeminam, quae telam simplicem inter duo iuga extensam, nec ponderibus intensam ita texat, ut subtemen spatha deorsum impulsam et percussam cum trama coire cogat. Idem est telae situs in pictura a summo viro Heynio ad me transmissa, sed femina adstans manum utramque telae applicat, nec ullum spathae vestigium adest. Quare deinceps eius picturae, quia nullum plane usum ad telae antiquae formam explicandam habet, mentionem omittam.

Vetustissimam texendi rationem Romae disciplina domestica quasi consecraverat, ita ut Plinius 8. c. 48. sect. 74. recta tunica tirones eum toga pura novasque nuptas indui suo etiamnum tempore affirmet. *Tanaquil*, inquit, *prima texuit rectam tunicam, quales cum toga pura tirones induuntur novaeque nuptae.* Qualis vero tunica recta fuerit, docuit Festus: Rectae, inquit, *appellantur vestimenta virilia, quae patres liberis suis conficienda curant ominis causa; ita appellata, quod a stantibus et in altitudinem texuntur.* Idem alibi: *Regillis tunicis albis et reticulis luteis utrisque rectis, textis sursum versum a stantibus pridie nuptiarum diem virgines indutae cubitum ibant ominis causa, ut etiam in togis virilibus dandis observari solet.* Graecorum similem loquendi usum supra annotavimus. Verum nullum scriptoris latini testimonium exstat, quo tempore telae planae in Italiam usus introductus aut quando rectae abolitus fuerit. Linteones suo tempore in tela recta texuisse Servius Honoratus refert in Commentariis ad Aeneidem Virgilii. In Asia diutissime, certe in quibusdam textilium generibus, antiquissimum texendi modum servatum fuisse, docet historia texturae tapetium Turcicorum in Galliam a Saracenis imperante Carolo Martello introductae. Non negligendus ad historiam textrinae in Italiam translatae videtur locus Plauti in Pseud. I, 2, 14. ubi peristromata picta Campanica iusta Alexandrina belluata conchyliata tapetia commemorantur.

Rationem vestis omnis cum manicis detexendae, ita ut nulla deinceps pars sutura cum altera coniungi deberet, quod hodieque in omni fere vestimentorum muliebrium et virilium genere fieri videmus, iam olim inter ecclesiae christianae Patres fuerunt, qui mirarentur; inde enim factum puto, ut qua arte tunica Christi, quae ἄῤῥαφος ἐκ τῶν ἄνωθεν ὑφαντὸς δι' ὅλου a Iohanne dicitur c. 19. in tela recta detexta fuerit, docere conarentur. Chrysostomus in Ioannem Homilia 85. ἐν Παλαιστίνῃ,

inquit, δύο ῥάκη συμβάλλοντες οὕτως ὑφαίνουσι τὰ ἱμάτια, id est, *in Palaestina coniungunt duos pannos atque ita texunt vestes.* Pariter Theophylactus ad Iohannem c. 18 ἐν Παλαιστίνῃ δύο ῥάκη ἤτοι δύο πανία συμβάλλοντες ὑφαίνουσι τὰ ἱμάτια ἀντὶ ῥαφῆς χρώμενοι τῷ συνυφασμῷ i. e. in Palaestina dum vestes texunt, duo ῥάκη id est πανία seu pannos coniungunt, pro sutura utrumque contexentes. Theophanes Cerameus Homil. in Passionem Domini 27. ἄῤῥαφος ἦν ἐκ τῶν ἄνωθεν, ἐπειδὴ τοῖς Γαλιλαίοις σύνηθες ἦν τοὺς χιτῶνας ποιεῖν δυσὶ φαρσίοις ἄνωθεν κατ' ὦμον συνεζευγμένοις ῥαφῇ, τὸν δὲ χιτῶνα τοῦτον ἐν ὕφασμα δεῖ λαμβάνειν ἄῤῥαφον. Denique huc refert Braunius locum Iosephi Antiq. 3. c. 8. ubi tunicam sacerdotum vocat ἔνδυμα διπλῆς σινδόνος, quae esse videtur vestis ex gemina tela byssina coniuncta; postea Iosephus de pallio Pontificis maximi addit: ἔστι δὲ ὁ χιτὼν οὗτος οὐκ ἐκ δυοῖν περιτμημάτων, ὥστε ῥαπτὸς ἐπὶ τῶν ὤμων καὶ τῶν παρὰ πλευρὰν, φᾶρος δ' ἓν ἐπίμηκες ὑφασμένον. Diu multumque viri docti disputarunt, qua ratione duo ῥάκη, πανία, φαρσία texendo in unam vestem sine sutura cum manicis adeo, coniungi potuerint. Augebat certamen et difficultatem auctoritas Hieronymi in Epistola ad Fabiolam: *Refert*, inquit, *Iosephus haec feminalia de bysso retorta ob fortitudinem solere contexi, et postquam incisa fuerint, acu consui; non enim posse in tela huiusmodi fieri.* Quamquam ipse Iosephus nil tale affirmavit; is enim Antiq. 3. c. 8. simpliciter de michnase Hebraeorum: διάζωμα δ' ἐστὶ περὶ τὰ αἰδοῖα ῥαπτόν, ἐκ βύσσου κλωστῆς εἰργνύμενον. Postquam igitur frustra viri docti, inter quos eruditione Cassaubonus et Salmasius eminebant, de tunica illa ἀῤῥάφῳ sine sutura facta inter se contendissent, exortus est in Germania vir doctus, Ioannes Braunius Palatinus, qui non solum Indicarum vestium bombacinarum exemplo demonstravit fieri posse vestem manicatam atque omne genus vestimentorum rotundorum arte textoris sine ulla sutura, sed telam etiam fabricatus est, quam deinde ad exemplum telae Vaticanae conformasse videtur, in qua tunica ἄῤῥαφος fuit detexta et publice monstrata: quo facto reperti sunt etiam in Germania et Romae artifices, qui vestimenti genus idem et simile se in tela vulgari plana conficere posse docerent. Tum igitur primum textrina antiqua luce eruditionis aliqua illustrari coepit, nec tamen omnis ars rite fuit a Braunio explicata. Vocabulis enim textrini latinis ipse non recte usus graeca multo minus interpretari potuit, sed omnia turbata permiscuit. Itaque maius auxilium illi artifices varii consulti ad formam antiquae telae inveniendam et effingendam contulisse videntur, quam manifestae et clarae singularum partium notiones, quas vir doctus comparanda telae apud nos usitatae planae forma cum antiqua recta animo suo informare antea debuerat. Hodie minus difficile foret iudicium de tela recta textrini antiqui, postquam editam ab eruditissimo Gallo *Du Hamel* telae simillimae (nisi quod ponderum locum inferius iugum implet), in qua tapetes turcicis similes, a Gallis propter liciorum situm altum *de haute lisse* appellati, texuntur, descriptionem et picturam comparare licet. Hoc veluti secundo gradu ascensum est ad tertiam illam formam, quam in tela Vaticana conspicimus. Huic infra textor assidet,

subtemen manu, non radio, immissum, deorsum impellit et percutit pectine, quem manu gestat. Hic angustior pecten spathae vicem gerit; et primum ascensum ad latum illum pectinem, quo tota simul tela seu trama percutitur, fecisse mihi videtur. Ceterum singulis liciis texuntur, et tramae stamina non scamillorum ope liciis alligatorum, sed manu textoris adducta decussantur.

Antiquissimam telam rectam ad instar picturae Olavianae seu telae Islandicae verbis nunc effingere et fabricari conabor. Asseres igitur duo recti seu arrectarii c. c. (Islandis *Hleinen*) duobus transversariis iugantur, quorum inferior simul tramae fila suspensa sustinet, quae texto absoluto iungenda promoventur; superior simpliciter coniungit arrectarios. Infra hos duos transversarios asseres insertum foraminibus arrectariorum iugum (*Rif*) rotundum et versatile est; quo in tela Islandica involvitur, quicquid texendo absolutum est; inferiori et dependenti tramae parti per fasciculos digestae primum innectitur funiculus (Islandis *Fite*, *Vartane*), qui simul arrectariis alligatus tramae fila distensa ordinat; deinde infimis tramae fasciculis pondera lapidum (*Kliasteine*) appensa conspiciuntur. Mediis fere arrectariis utrinque insertus scapus (*Skilfiel*) fila tramae decussata discriminat; supra quem minor, brevior et liber nec arrectariis insertus (*Skilskaft*) item tramae fila decussata distendit. Superius tres scapi cum annexis liciis, quibus addita sunt alternatim tramae fila, conspiciuntur litera k notati; quos sustinere dicuntur retinacula (*Meimer*) gemina litera l notata. Ascendenti magis oculo occurrit panucla seu subtemen involutum (*Vinduna*) litera h notatum, quod dum manu per aperta et distracta ope liciorum fila tramae traiicitur, ossiculum aut lignum utrinque acutum (*Hraell*) litera g notatum viam aperit et praeit insequenti subtemini. Hoc igitur una cum manu radii officium facere videtur. Immisso subtemine tela percutitur spatha (*Skeide*) litera m signata; telam demum novissime contextam distendit pertica utrinque acuta (*Spialk*) litera q signata, quam nostrates *Sperruthe* vocare solent.

In tela Vaticana supra iugum versatile unus transversarius asseres duos arrectarios iugat; medii fere arrectarii tres utrinque liciorum ordines sustinent. Nam gemina trama ex iugo suspensa extremitatem utramque in fasciculos digestam, perticae traiectae annexam et pondere uno appenso examinatam legerit. Subtemen radio immissum spatha percutitur; et tramae fila alternis ope liciorum scamillis annexorum decussantur. Gemina demum trama ex iugo suspensa, dum textor telam stantem circumit, contexta in vestem rotundam coit.

Consistamus nunc et telae Islandicae nomina et vocabula graeca et latina telae antiquae rectae accommodare conemur. Primum igitur asseres arrectarii seu tigna duo erecta sunt, quos Graeci ἱστόποδας et κελέοντας vocarunt, auctore Polluce VII. s. 36. et X. s. 125. Dionysii Bassaricorum fragmentum de Arsaniae incolis apud Stephanum Byzantinum ita habet: ἔνθάδε πέπλα γυναῖκες Ἀθηναίης ἰότητι αὐτῆμαρ κροκόωσιν ἐφ' ἱστοπόδων τανύουσαι, αὐτῆμαρ δ' σταμέν τε καὶ ἐξ ἱστῶν ἐρύσαντο. quem locum ut pleraque omnia imitatus Nonnus in Dionysiacorum libro 26. pag. 686. ait: ἦχι γυναῖκες ἐς μίαν ἠριγένειαν

ἐϑήμονε Παλλάδος ἱστῷ ὀξείαις παλάμῃσιν ὅλον τελέουσι χιτῶνα. Quod Dionysius ἐφ' ἱστοπόδων τανύουσαι dixit, id est tramam extendi super pedibus telae, indicat arrectarios cum transversariis et iugo igitur totam machinam vocabulo ἱστοπόδων significari. Theocritus autem Idyll. 18. versu 37. οὔτ' ἐν δαιδαλέῳ πυκινώτερον ἤτριον ἱστῷ κερκίδι συμπλέξασα μακρῶν τὰ μὲν ἐκ κελεόντων. Nominat igitur poëta κελέοντας longos; atque omnino ligna quaecunque recta et longa Siculos eosque imitatum et Atticis scriptoribus Antiphontem oratorem eodem vocabulo significasse veteres Grammatici annotarunt. Perfectam vestem a longis illis telae pedibus (ἐκ κελεόντων) resecari ait poëta, ut alter vestem detesendam intendi pedibus telae (ἐφ' ἱστοπόδων). Recte igitur Scholia graeca: τέμνεται γὰρ τὸ ὕφασμα ἐκ τοῦ ἱστοῦ ὅταν τελεσϑῇ. Eodem vocabulo usus erat Nicander poëta in transmutatione trium Minyae filiarum narranda, quam ex eodem plurimis servatis vocibus poëticis repetiit Antoninus Liberalis cap. 10. καὶ ἐκ τῶν κελεόντων ἐῤῥύη νέκταρ αὐτῷ καὶ γάλα: quorum in vicem Aelianus eandem fabulam narrans V. H. 3. c. 42. posuit: ἐκ τῶν ὀροφῶν ἔσταζον οἴνου καὶ γάλακτος σταγόνες. Nihil enim refert, num ex ipsa tela recta desuper per tramam an ex lacunari guttae vini lactisque delabi dicantur. Redeo ad locum Theocriti, ubi vestis perfecta a tela resecari dicitur. Quaero igitur ubi trama telae alligata fuerit? Num forte funiculus aliquis cum ponderibus appensis resecabatur, an tramae fila reliquiis veteris tramae iugo adfixis (*Trümmer*, *Ledel*) annectebantur denuo, quoties nova trama iugo intendebatur? Definire locum vinculi coniectura non licet. Est apud Hesychium locus: Ἴτλαι· οἷς τείνουσι τὰς ὤας τοῦ ὑφαινομένου μυγελεῖς, οἱ δὲ τοὺς μίτους. quem cum sequenti: Ἰταλα ἱστία εἰς ἃ τοὺς ἱστοὺς διατείνουσιν ad lapidum pondera telae extremae appensa accommodavit Salmasius eumque secuti alii; mihi vero de sensu eorum vocabulorum magna dubitatio superest. Nec magis liquida est notio vocabulorum, πῆχυς apud Pollucem 7. sect. 36 et 10. sect. 125. quo pars aliqua telae significari videtur, et πρότονοι apud Hesychium, qui funes non solum in navibus malum utrinque continere sed in tela etiam (ὑφαντικῷ ἱστῷ) usum habere dicuntur.

Antiquissimam telae stantis formam ostentant nobis initia testrini apud agrestes Americae meridionalis incolas. Formae enim quadratae pro usu operis magis minusve magnae et ad parietem acclinatae fila tramae intendere, subtemen vero sine radio immissum lignea spatha percutere dicuntur. Cf. Hartsinkii Descript. Guianae T. I. p. 22. et Gilii Notitias de eadem provincia excerptas germanice p. 391. qui simul nendi rationem a nostro diversam describit. Eiusmodi formam cum intensis tramae filis adhibent etiam foeminae Indicae insulae Sumatra, subtemen radio immittens. Maiorem earum telam ita descripsit Marsden p. 192. versionis germanicae, ut de forma universa nihil ex verbis viri docti definire liceat; nisi quod tramae altera extremitas formae alligatur, altera iugo aliquo (quod pone assidentem textorem affirmari dicitur) ad perpendiculum extenditur. Tramae fila liciis alternatim innexa sursum deorsumque tracta decussari traduntur non ope scamillorum sed duorum asserculorum tenuium et latorum,

qui tramam transeuntes alternis convertuntur. Radii vicem gerit arundo eum inserto fuso, qui subtemen immittit per apertam arundinis commissuram vel nodum.

Hucusque initia artis et vocabulorum textoriorum originem et significationem persequi et indagari potui, aliis telam exorsam relinquens detexendam. Iam enim me alio vocant labores suscepti. Breviter tamen addam vocabula artis fulloniae proprie cum locis veterum scriptorum, quae ipsam fullonum artem interpretanti subsidio esse poterunt.

Vasa et instrumenta fullonum a Polluce et aliis scriptoribus nominantur *πλυνοὶ*, *πλυντήρια* (unde Lucianus fullonum opus significans *περὶ πλυνοὺς ἔχειν* dixit in Fugitiv. c. 12.), *ἶπος* seu *πιεστήριον*, cuius pars *περιστροφὶς* esse videtur ea, qua circumducitur cochlea et adstringitur prelo, cui subiecta est vestis; porro *κνάφος*, *γῆ σμηκτρὶς*, *γῆ κιμωλία*, *λίτρον* inprimis *χαλαστραῖον*, *κονία*. Fullo ipse *γναφεὺς* vel *κναφεὺς* appellatur, et verbo *γνάπτω* vel *κνάπτω* omne opus fullonium continetur, quod primigenia notione fere convenit cum verbo *ξέω*, *ξύω* et *ξαίνω*; uti docet locus apud Diogenem Laërtium, ubi Xenocrates discipulum geometriae et astronomiae ignarum remittit, praefatus *παρ᾽ ἐμοὶ πόκος οὐ κνάπτεται* i. e. *ξαίνεται*· et alter Cratini apud Pollucem 7. sect. 37. *τῇ μάστιγι κνάψειν εὖ μάλα ἢ συμπατῆσαι* ubi expectabas verbum *ξαίνειν*. Generatim opus fullonium optime expressit locus Hippocratis de Victu Sanorum I. c. 8. *οἱ γναφεῖς λακτίζουσι, παίουσι λυμαινομένοι κόπτουσιν, ἕλκουσιν, πλυνομένοι ἰσχυρότερα ποιέουσι, κείροντες τὰ ὑπερέχοντα καὶ παραπλέκοντες καλλίω ποιέουσι.* Verborum *κείροντες τὰ ὑπερέχοντα* paraphrasin habes apud Lucianum in Fugitiv. c. 28. *ἀπέκειρε γὰρ ἐν τῷ γναφείῳ καθήμενος ὁπόσον περιττὸν τοῖς ἱματίοις τῶν κροκίδων ἐπανθεῖ.* Opificis genus nostri vocant Tuchscherer.

Ordinem operis fullonii ita definit Pollux, ut prius conculcetur vestis, quam pectitur: *τοῦ δὲ κνάπτειν ἡγεῖται τὸ συμπατῆσαι*· Hanc operam licet arguere ex loco Titinnii in fullonibus ubi est: *Terra haec est, non aqua; ubi tu solitus argutari pedibus cretam dum compescis vestimentaque lavas.* ubi *argutari pedibus* est subsilire. Varro de L. L. 5. p. 53. *vestimentum apud fullonem cum cogitur, conciliari dicitur.* Ita graece *συνιστάμενοι καὶ πιλούμενοι* cives cum lanis comparati apud Aristophanem dicuntur pari verborum ambiguitate. Cogere similiter dixerunt; unde *coactae lanae per se vestem faciunt* apud Plinium 8. c. 48. hinc *coactilia*, quae Galli a vocabulo barbarae latinitatis *Feltrum* vocant *Feutre*. Argutationem pedum fullonis respiciens Seneca Ep. 15. *vel ille saliaris*, inquit, *aut, ut contumeliosius dicam, fullonicus saltus.*

Conculcabant fullones vestes in urina, usibus eorum publico vectigali collectam vasis per vicos urbis Romae dispositis. Urinam cameli fullonibus utilissimam esse aliena fide tradit Plinius 28. sect. 26. Idem 28. sect. 48. fullonicam veterem urinam in medicina laudat; et sect. 18. *virilis*, inquit, *urina podagris medetur, argumento fullonum quos ideo tentari eo morbo negant.*

De cretae usu Plinius 35, s. 57. *Est et alius Cimoliae usus in vestibus. Nam Sarda, quae affertur e Sardinia, candidis tantum assumitur; inutilis versicoloribus, et est vilissima omnium cimoliae generum, pretiosior*

Vmbrica et quam vocant saxum. Proprietas saxi, quod crescit in macerando, atque pondere emitur; illa mensura. Vmbrica non nisi poliendis vestibus assumitur. Neque enim pigebit hanc quoque partem attingere, cum lex Metella extet fullonibus dicta, quam C. Flaminius, L. Aemilius Censores dedere ad populum ferendam. Ergo ordo hic est. Primum abluitur vestis Sarda, deinde sulphure suffitur, mox desquammatur cimolia, quae est coloris veri. Fucatus enim deprehenditur nigrescitque et funditur sulphure. Veros autem et pretiosos colores emollit Cimolia et quodam nitore exhilarat contristatos sulphure. Candidis vestibus saxum utilius a sulphure, inimicum coloribus Graecia pro cimolia Tymphaico utitur gypso. Idem 17. cap. 8. *est creta fullonia mixta pingui, terra pabuli quam frugum fertilior.* Idem 35. sect. 50. *alterum sulphuris genus appellant glebam, fullonum tantum officinis familiare. Tertio quoque generi unus tantum est usus ad suffiendas lanas, quoniam candorem tantum mollitiemque confert.* Sulphuris usum respexit etiam Lysippus Comicus apud Pollucem 7. sect. 41. ὁ δ' ἀναγνάψας καὶ θειώσας τὰς ἀλλοτρίας ἐπινοίας. ubi alii libri ἐπιγνάψας habebant, admonente ipso Polluce, qui vestem a fullone reconcinnatam seu interpolatam δευτερουργῆ, sua vero aetate ἐπίγναφον vocari refert

De spina fullonis obiter Plinius 16. sect. 92. *quod nascitur in spina fullonia, hippophaeston vocatur.* Idem 27, sect. 66. *hippophaeston nascitur in spinis ex quibus fiunt aeneae fulloniae, sine cauliculo sine flore.* Tertius locus est 21. sect. 68. *vulgaris quoque haec spina, ex qua cortinae fulloniae implentur, radicis usus habet. Per Hispanias quidem multi et inter odores et ad unguenta utuntur illa, aspalathum vocantes.* Pollux 7. sect. 37. κνάφος ἡ πρόσφορος τοῖς γναφεῦσιν ἄκανθα. Hesychius κνάφου δίκην· ὅταν ἐν κύκλῳ οἱ κναφεῖς περιέλκωσι τὰ ἱμάτια περὶ τὸν λεγόμενον κνάφον· ἔστι δὲ τοῦτο φυτὸν ἀκανθῶδες. Idem ἐπὶ κνάφου ἕλκων· διαφθείρων. τὸ γὰρ πρότερον οἱ γναφεῖς ἀκανθῶν σωρὸν συστρέψαντες τὰ ἱμάτια ἐπὶ τοὺς σωροὺς ἔκναπτον· ὁ δὲ σωρὸς ἐλέγετο γνάφος. ὁ οὖν Κροῖσος τὸν ἐχθρὸν ἔξαινε ταῖς ἀκάνθαις καὶ οὕτως ἔφθειρεν. unde Hemsterhusius locum Herodoti 1, 92. ex quo Hesychii glossa ducta est, sanitati pristinae restituit. Idem supplicium memorat Plato Reipubl. X. εἷλκον παρὰ τὴν ὁδὸν ἐπ' ἀσπαλάθων κνάμπτοντες. ubi κνάπτοντες legit Clemens Alexandrinus Strom. V. Iustinus Martyr. γνάμπτοντες. Timaei glossarium Platonicum: κνάφος, ὄργανόν τι ἐν κύκλῳ κέντρα ἔχον, δι' οὗ τοὺς βασανιζομένους κτείνουσιν. ὅμοιον δέ ἐστι γναφικῷ κτενί.

Vestibus politis et extensis fullones etiam aquam insufflabant, quod politores etiam nostri pannis in forma estensis faciunt interdum. Seneca Quaest. Natur. I. c. 3. *si quando observare volueris fullonem: cum os aqua implevit et vestimenta ridiculis diducta leviter aspergit, apparet varios edi colores in illo aëre asperso, quales in arcu fulgere solent.* Quod exemplum posuerant graeci philosophi, uti apparet ex Plutarcho Placit. Philos. IV. c. 19. qui τοὺς ἐμφυσῶντας τοῖς ἱματίοις κναφέας memorat.

Telanse ficus Cat. 8, 1. Tellana atra *Macrob.* 2, 16.

Tellus, Terra mater V. 1, 1, 5. communis omnium parens C. 1 pr. 2. Telluris sedes Romae V. 1, 2, 1.

Temo C. 6, 2. 6, 19. P. Iun. 2. *de usu temonis ad* C. 6, 2.

τῷ λέμματι τοῦ δ' ἦρος περικαθάραντες καὶ ἐκτρίψαντες εἰς τὸν ἥλιον ἔθεσαν. τοῦ θέρους δὲ μετὰ ταῦτα συντέμνοντες εἰς τὰ μεσαγόνια πάλιν ὑπαίθριον τιθέασι χρόνον τινά· προσλείπουσι δὲ τῷ μεσογονατίῳ τὸ πρὸς τοὺς βλαστοὺς γόνυ. τὰ δὲ μήκη τὰ τούτων οὐ γίνεται διπαλαιστῶν ἐλάττω. βέλτιστα μὲν οὖν εἶναι τῶν μεσογονίων πρὸς τὴν ζευγοποιΐαν ὅλου τοῦ καλάμου τὰ μέσα. μαλακώτατα δὲ ἔχει ζεύγη τὰ πρὸς τοὺς βλαστοὺς, σκληρότατα δὲ τὰ πρὸς τῇ ῥίζῃ· συμφωνεῖν δὲ τὰς γλώττας ἐκ τοῦ αὐτοῦ μεσογονατίου, τὰ δὲ ἄλλα οὐ συμφωνεῖν· καὶ τὴν μὲν πρὸς τῇ ῥίζῃ ἀριστερὰν εἶναι, τὴν δὲ πρὸς τοὺς βλαστοὺς δεξιάν. τμηθέντος δὲ διχᾷ τοῦ μεσογονίου, τὸ στόμα τῆς γλώττας ἑκατέρας γίνεται κατὰ τὴν τοῦ καλάμου τομήν. ἐὰν δὲ ἄλλον τινὰ τρόπον ἐργασθῶσιν αἱ γλῶτται, ταύτας οὐ πάνυ συμφωνεῖν. *Quae sic Plinius Harduini convertit* 16. *sect.* 66. Hinc erant armamenta ad inclusos cantus, non silendo et reliquo curae miraculo. Caedi solebant tempestive usque ad Antigenidem tibicinem, cum adhuc simplici musica uterentur sub Arcturo: sic preparatae aliquot post annos utiles esse incipiebant, tunc quoque multa domandae exercitatione, et canere tibiae ipsae docendae, comprimentibus se ligulis, quod erat illis theatrorum moribus utilius. Postquam varietas accessit et cantus quoque luxuria, caedi ante solstitia coeptae et fieri utiles in trimatu, apertioribus earum ligulis ad flectendos sonos, quae inde sunt et hodie. Sed tum ex sua quomque tantum arundine congruere persuasum erat, et eam, quae radicem antecesserat, laevae tibiae convenire, quae cacumen, dextrae: *Idem paulo antea verba graeca:* καὶ γίνεσθαι τὸν μὲν ἀδρυνθέντα ζευγίτην. οὗ δ' ἂν μὴ συμπαραμείνῃ τὸ ὕδωρ, βομβυκίαν. *ita reddidit:* Cum igitur anno permansit inundatio, proficiunt in aucupatoriam quoque amplitudinem: vocabantur zeugitae; contra bombyciae maturius reciproco, graciles: *ubi viri docti certatim compararunt glossam Hesychii:* ζεῦγοι. βρόχοι ὀρνίθων. *Poterant addere eiusdem* ζεύγελα, ξύλα διόβροχα. *Verum quid arundo aucupatoria, ubi nodus nodo iunctus additur in aucupando, donec viscum aves attingat, ad laqueos aucupatorios? Quare Plinio suus error relinquendus est, quem paulo post demonstrabimus. Gaza in Theophrasto* ζεύγη *paria et armamenta* ζευγίτην κάλαμον *armamentarium interpretatus est. In Plinio armamenta Harduinus simpliciter tibias esse dixit, et appositum vocabulum* ζεύγη *voluit esse compacta simul in tibiis calamorum internodia. Qua quidem interpretatione nihil vel obscurius vel ineptius fingi potuit. Eandem tamen recoxit nuperus Editor Gallus, Brotier, omisso tamen vocabulo graeco, quod cuiuscunque generis res iugatas, in musica vero graeca tibias pares significat. Easdem, simul dum inflantur, ab usu dextras sinistrasque appellari, docent, quae de ligulis ex eodem internodio sectis addit Theophrastus verba, ad ipsas tibias translata a Plinio; in quo non adeo peccavit. Sed* πλάσιν *et* πλάσμα *obscure aut potius falsa cantus varietatem et luxuriam reddidit, in qua corruptelae effectum vides expressum, modum autem plane omissum. Egregii interpretis vicem subiit Quinctilianus* 1, 11, 7. *ubi vocabulum* καταπεπλασμένον *declarat:* Sic appellantur, *inquit*, cantus tibiarum, quae praeclusis, quibus clarescunt, foraminibus, recto modo exitu

graviorem spiritum reddunt. *Idem* II, 3, 20. ut tibiae eodem spiritu accepto, alium clausis, alium apertis foraminibus, alium non satis purgatae, alium quassae sonum reddunt, ita fauces etc. *Ibidem sect.* 50. illa iam paene apertis, ut aiunt *tibiis* pronuntianda *i. e. pleno sono. Hac igitur ratione effecerunt tibicines, ut cantum fingere et flectere vario modo et molliorem ex simplice et recto reddere possent.* Vocabulum *graecum plasma romani scriptores retentum ad humanam etiam vocem, in cantu transtulerunt.* Κατασπάσματα τὰς γλώττας ἔχειν *in plasmate ait Theophrastus, quod Gaza interpretatus est:* linguas disiectu deflecti: *Nihil legi magis obscure redditum! Quid sit, docere conabor ex Aristotele, cuius loca prius ponam quaedam de ligulis et tibiis paribus ex libro de Audibilibus ducta, ubi sic est:* δεῖ δὲ καὶ τῶν αὐλῶν εἶναι τὰς γλώττας πυκνὰς καὶ λείας καὶ ὁμαλὰς ὅπως ἂν καὶ τὸ πνεῦμα διαπορεύηται δι' αὐτῶν λεῖον καὶ ὁμαλὸν καὶ μὴ διεσπασμένον. διὸ καὶ τὰ βεβρεγμένα τῶν ζευγῶν καὶ τὰ πεπωκότα τὸ σίαλον εὐφωνότερα γίγνεται. τὰ δὲ ξηρὰ, κακόφωνα. ὁ γὰρ ἀὴρ διὰ ὑγρῶν καὶ λείων φέρεται μαλακὸς καὶ ὁμαλός. δῆλον δὲ. καὶ γὰρ αὐτὸ τὸ πνεῦμα ὅταν ἔχῃ νοτίδα, πολὺ ἧττον προσκόπτει πρὸς τὰ ζεύγη καὶ διασπᾶται. τὸ δὲ ξηρὸν μᾶλλον ἀντιλαμβάνεται, καὶ τὴν πληγὴν ποιεῖται σκληρὰν διὰ τὴν βίαν. Postea ubi de crassa voce agit, ita pergit: καὶ τῶν τελείων αὐλῶν (παχύτεραι αἱ φωναὶ) καὶ μᾶλλον ὅταν πληρώσῃ τὶς αὐτοὺς τοῦ πνεύματος. φανερὸν δ' ἐστί. καὶ γὰρ ἂν πιέσῃ τὰ ζεύγη, μᾶλλον ὀξυτέρα ἡ φωνὴ γίνεται καὶ λεπτοτέρα. κἂν κατασπάσῃ τις τὰς σύριγγας, κἂν δ' ἐπιλάβῃ παμπλείων ὁ ὄγκος γίνεται τῆς φωνῆς διὰ τὸ πλῆθος τῆς φωνῆς, καθάπερ καὶ ἀπὸ τῶν παχυτέρων χορδῶν. *ubi vides compressioni parium tibiarum atque inde effecto sono acuto opponi depressionem cum crasso sono. Fr. Patricius vertit locum ita:* et si quis trahat fistulas vel apprehendat: *Difficultatem facit illud, quod Aristoteles* τὰ ζεύγη *comprimere ait, et* κατασπᾶν τὰς σύριγγας, *cum Theophrastus* συμμύειν *et* κατασπᾶν *ligulis* ζευγῶν *tribuat ad sonum acutum* (διατορίαν) *efficiendum Pollux IV*, 81. *tibias Pythicas esse docet, quibus paeanas canebant, easdemque* τελείους *appellari. Idem sect.* 77. *inter vocabula diversarum tibiarum ponit etiam* σύριγγες, τέλειοι. *Itaque dicendus est Aristoteles tres tibiarum species,* τελείους, ζεύγη *et* σύριγγας *simul commemorasse. Quartam Theophrastus obiter significavit vocabulo calami* βομβυκίου *id est ad bombyces apti. Bombycem Pollux IV*, 70. *inter tibiarum partes nominat, sed sect.* 82. τὸ τῶν βομβύκων ἔνθεον καὶ μανικὸν αὔλημα ὀργίοις πρέπον. *ponens, rectius speciem tibiarum diversam facit. Atque ita Hesychius cum Etymol. M. auctore docent. Aristoteles de Audib. longas gruum arterias asperas bombyces vocat, unde arguere licet, fuisse tibiarum bombycum insignem longitudinem. Obiter etiam licebit annotare, qui a Polluce IV*, 13. *dicitur* αὐλὸς ἀραιὸς *et* διάβροχος. *egregie explicari ex iis, quae Aristoteles de paribus tibiis* βεβρεγμένοις καὶ ξηροῖς *tradidit. Ceterum ligularum tibiis additarum formam discere licet ex Histor. Anim. VI*, 10. *ubi catulorum, ex genere squalorum Linnaei ova comparat cum ligulis tibiarum:* τὸ δὲ σχῆμα τοῦ ὀστράκου ὅμοιον ταῖς τῶν αὐλῶν γλώτταις. *Fuerunt igitur subquadratae et mediae extumidae. Superest locus*

Venerei amores animum ab officio avocant C. 11, 1, 14. rebus venereis operati perenni aqua se abluunt, antequam penora contingant C. 12, 4, 3. *i. e. coitu. Ovidius Remed.* 431. a Veneris rebus surgente puella. Graece τὰ ἀφροδίσια aunt. — Venerea s. Veneria pira C. 5, 10, 18. 12, 10, 4.

Veneti equi *Vict. ad* V. 2, 4, 12.

Venio. cum visere venissemus ad V. 2, 1, 1. venit frumentum ad corbem V. 1, 52, 2. spicilegium, messe facta V. 1, 53. — veniunt, efficiuntur in summa colligenda, *kommt heraus* C. 5, 1, 6. — eito veniunt ficus praecoquae P. Mar. 10, 27. veniunt tenues et vacuae fructu *vites* C. 3, 2, 21.

Vennuculus *vid.* Venuc.

Venter. ventris dolor ut sedetur in bubulo pecore C. 6, 7, 1. — si ventrem non facit *h. e. alvum deiicit* Veg. 5, 56, 2. — ventrem perferunt vaccae C. 6, 24, 2. equae C. 6, 27, 7. fert XII menses equa V. 2, 1, 19. in ventre est hinnus menses XII V. 2, 8, 6. Venter inferior et superior ad Ca. 156. Plato Timaeo p. 394. ed. Bip. τὴν ὀνομαζομένην κάτω κοιλίαν. — Venter *pro ipso animali praegnante* V. 2, 6, 4. *ut in illo ICtorum*, Fructus ventrem sequitur.

Ventilabra et ventilatores granorum C. 2, 10, 14. Graece πτύον πλατὺ Iliad. 13, 588. Cf. *not. ad Colum p.* 77. 122. 123. *Liber de natura rerum ap. Vincent. Spec. nat.* 4. c. 2. unde et vulgus ignem solent accendere cum a tritico paleas excutiunt.

Ventilare oleam iactandu V. 1, 55, 6. vinum C. 12, 30, 1.

Ventositas Veg. 2, 11, 2.

Ventosi pedes Veg. 3, 50.

Ventus ventorum orbis V. 3, 5, 17. libramentum C. 1, 5, 8. iisdem ventis constituere plantam *h. e. ad easdem plagas* C. Arb. 20, 2. ventos sedare furentes C. 10, 340. venti feraces clementer agitant oleas P. N. 5. vento separentur paleae a frumento C. 2, 21, 5. e vento concipientes equae V. 2, 1, 19. C. 6, 27, 4. — ventos emittit ventrr C. 6, 30, 8. donec ventum reddat equus Veg. 2, 24, 4. — ventum in armum mittito, *inflato* Veg. 3, 45, 4.

Venuculum far s. vennuculum C. 2, 6, 3. *not.* 11, 2, 9. *no.* — vites C. 3, 2, 2. 3, 2, 27. 12, 43, 9. *not. a ve augendi et nucleis derivat Schol. Horat. Sat.* 2, 4, 71. *quo loco usus est primum Beroaldus ad* venuculam vitem *constabiliendam. Plinio est* Venicula vitis 14, 2. s. 4. *n.* 6. *eandem quae* scirpula *et quae* sticula, *putat Linda. Sel. Med.* 10, 99. Gesner.

Venus. eius procuratio hortorum V. 1, 1, 6. — Dum satiata Venus foecundos compleat artus C. 10, 212. nec Venus pastoralis longius quid quaerit V. 2, 10, 6. permittenda C. 7, 12, 11. Veneris lasciviam amant vaccae P. Iul. 4, 1. in Venerem excitantur admissarii C. 6, 27, 10.

Venustas disposita pomorum V. 1, 59, 2.

Vepraticae spinae C. 7, 1, 1. not.

Vepres consitis spinis ut efficiantur C. 11, 3, 3. veprem hunc interimi non posse C. 11, 3, 7.

Ver, genitale mundi tempus C. 10, 196. quod initium, quot dies habeat V. 1, 28, 1. veris principium rustico ut observandum C. 11, 2, 2. vere novo C. 11, 2, 1. vere quae facienda Ca. 40, 50, 1. V. 1, 27, 2 1, 28, 1.

Veratrum C. 6, 38, 3. *Gallo-Provincialibus* Varaire *teste Garidel p.* 450.

2. in ipso vertibulo *ibid.* sect. 4. vertibula in cervice iumeoti Veg. 3, 41, 1. Verticulas *Lucilius articulos dixit auctore Festo in verriculas, ubi recte Turnebus Adv.* 28, 9. spondylos *interpretatur.*

Verto. vertere lupinum in flore, *inarare, cum floret, ad stercorandum* C. 11, 2, 81. solum bidentibus C. 4, 5. *vid.* Convertere. vertendus in quatuor pedes collis C. 3, 13, 8. *Plinius* pala vertere *dixit.*

Vertumnus *vid.* Vort.

Vervactor,

Vervactum et

Vervagare *simul explicabimus.* Vervagere *igitur verbum rusticorum fuisse videtur, restituendum Columellae* 11, 2, 8. *cuius vis ex derivato* vervactum *optime intelligitur. Est autem* vervactum, *quod ex Varr.* 1, 44, 2. *discimus*, terra, quae interdum requiescit, *et* restibili *opponitur. idem ergo, quod* novale *vel* ager novalis, *s.* terra praecisa (*quod animadversum iam video a Salmasio ad Soli. p.* 510. *a A*). *Omnes autem hae appellationes interdum etiam intelliguntur de terra, quae plane ex incultis primum aratur.* Vervactum *eo, quo diximus, intellectu posuit Columella* 2, 4, 2 *bis et* 5. *it.* 2, 10, 5 *et* 11, 2, 52. *itemque* 2, 12, 2. *ubi* duas operas *postulat* in vervacto, in restibili agro unam. *Quod enim* veteretum *hic est in editione Commeliniana, de eo deinde videbimus. Porro Servius ad Georg.* 1, 50. *explicaturus Virgilii versum*, At prius ignotum ferro quam scindimus aequor. id est, *inquit*, antequam faciamus VERVACTVM. *Apud eundem Servium ad Ge.* 1, 21. *locus Fabii Pictoris laudatur, ubi primum locum inter numina rustica habet*, Vervactor, *quem suo deinceps ordine sequuntur*, Reparator (*quidsi* Redarator? *quin video a Vossio ita laudatum hunc locum in Etymologico, v.* Vervactor; *et* Redarator *iam placuisse Salmasio ad Soli. p.* 509. *b F.*). Imporcitor, Insitor, Obarator, Occator, Sarritor, Subruncinator, Messor, Convector, Conditor, Promitor. *Quodsi igitur* Vervactor *Deus locum tuetur, quidni verbum antiquum et bonae notae, quamquam rusticae, esse potuerit* vervagere, *a quo* vervactor *inclinetur, uti reliqua Deorum nomina, quae laudavimus, a* reparando (*s.* redarando) imporcando (*quod et ipsum fugitivum verbum, quasi lacinia nobis retraxere veteres glossae*) inserendo, occando, sarriendo, subruncando, metendo, convehendo, condendo, promendo, *descendunt haud dubie. Quid? quod totidem literis in Mediceo codice quamquam divisim legit Politianus*, veru agendi. *Adde quod* agere *per se vix significat*, vertere *vel* arare; *quod* ver *aestati non subiunctum us videtur fuisse Columella; quod pro* vereve *habent Iens. et Bon.* non: *ut nusquam consistere tutius liceat, quam in aperta Codicis Medicei lectione*, vervagendi. *Ceterum de etymologia huius verbi, non audiendus mihi videtur Plinius, qui* 18, 19. *sect.* 49. quod vere, *inquit*, semel aratum est a temporis argumento vervactum vocatur. *Columella hoc ipso capite sect.* 32. *ad hunc ipsum locum, de quo disputamus, respiciens* quae mense Ianuario (*qui certe ad ver non pertinet*) vervacta fecimus. *Si licuit Varroni de L. L.* 4. *p.* 32, 4. veru *a* versando *derivare, quidni et* vervagere *sit* vertendo *et* versando *terram, quae quieverat vel semper vel aliquamdiu*, agere *et proscindere.* Vertere *enim in hoc argumento dici, notum est.* Vertuntur *cespites ita ut radices caelum spectent* etc. *Vnum superest, ut uno loco di-*

(*vid.* Vitis) *colore etc.* Amineum et Apicium Ca. 6, 5. V. 1, 25. atrum Ca. 156, 5. 157, 9. candidum Veg. 5, 42, 2. Eugeneum geminum Ca. 6, 5. V. 1, 25. Falernum V. 1, 2, 6. Helveolum minusculum, Lucanum et Murgentinum Ca. 6, 5. V. 1, 25. Tenetanum Veg. 6, 10, 2. — *Aliae differentiae vini a rebus externis:* anniculum, vetus V. 1, 65, 2. cibarium, sed sincerum Veg. 5, 51, 3. familiae Ca. 57 et 104. praeliganeum operariis Ca. 23, 2. *tale enim videtur* faecatum. — *Conditurae diversae notae.* Abrotonites et absinthites C. 12, 35. Coum Ca. 105, 2, 112. Cydonites s. Cydonite P. O. 20. Faecatum Ca. 153. Glichonites C. 12, 35. Graecum Ca. 24 et 105. Graeco simile C. 12, 35. *idem est* τεθαλασσωμένον, marina s. salsa conditum P. O. 14, 2. Huc pertinet locus in Aristotelis Problem. 23. quaestio 26. Διὰ τί τῶν ὑδάτων τὸ ἁλμυρὸν ἐπὶ τῷ γλυκεῖ οἴνῳ ἐπιπολάζει μᾶλλον ἢ ἐπὶ τῷ αὐστηρῷ. Hyssopites et Marathrites C. 12, 35. Marrubii C. 13, 32. Murteum Ca. 125. *idem* Myrtites *vel* myrtite C. 12, 38. P. Iun. 11. scillite s. scillites C. 12, 33. P. Iul. 6. stypticum *fere convenit* cum myrtite P. Ian. 17. et Oct. 14, 1. Thymites C. 12, 35. violaceum P. Apr. 6. — *Medicamentosa alia:* ut alvum bonam faciat Ca. 114. ad lotium Ca. 122. ischiacis utile Ca. 123. pestilentiae et stomacho conducens P. O. 14, 17. — *Succus aliorum pomorum etiam* vinum *vocatur:* e pomis P. O. 16. e malis P. F. 25, 19. e malis granatis P. Mar. 10, 10. de piris P. F. 26, 11. e sorbis et piris P. Ian. 15, 5.

Viola C. 10. 102. eius satio et cultura C. Arb. 30. P. F. 21, 3. agrestes apibus gratae P. 1, 37, 2. luteolae et Sarranae C. 9, 4, 4.

Violaceum oleum, vinum P. Apr. 6.

Violaria in fundo facere non est utile V. 1, 35, 1. *Aliter Ovidius Artis Amandi* 3, *versu* 67. hos ego qui canent frutices, violaria vidi.

Violatum conditum P. F. 32.

Violenter invadit appropinquantem canis C. 7, 12, 7.

Violentia hiemis assidua C. 1, 1, 5.

Viperae morsui remed. C. 6, 17, 1, Veg. 5, 78.

Viri munia C. 12. pr. 4.

Virentia C. 1, 5, 8. C. 3, 8, 1. omne alimentum virentis C. 4, 10, 2. Cf. 9, 5, 6. dum virentia lacteut. Palladius *de suibus.*

Vires oleae in radices abibunt Ca. 61, 1.

Virescere in uvis an signum maturitatis C. 11, 2, 67.

Virgae cum baccis ut serventur Ca. 101. in sua virga haerentia mala V. 1, 59, 4.

Virgea sepes C. 11, 3, 7. area *eod. fere intellectu* C. 7, 3, 18. crates C. 1, 6, 22. *ut in Senecae Epistol.* 90.

Virgines promae C. 12, 4, 3. Illyricae succumbunt quibus volunt V. 2, 10, 7. — Virgo equa P. 1, 35, 16.

Virgineum solum *dant Codd.* Col. 9, 4, 4. *vide notas Ponted. postumas.*

Virgulas dabis cautere Veg. 5, 40, 3. lineas vocat 1, 28, 4. in ciconia C. 3, 13, 11. Palladius 2, 10, 4.

Virgulta *de vitibus* C. 4, 23, 3,

Viride edere Ca. 54, 5. pabulum C. 7, 9, 9. virides rosae P. Mai. 17, *vid. not.* viridia aquae familiaria C. 8, 15, 4. — viridis aetas C. 1 pr. 12.

Virilitate omni ademta C. 6, 26, 3. virilitatis robore subducto P. Mai. 7, 2.

de Virore aliquid superest hordeo P. Iun. 12.

utuntur. Egregia est observatio in Etymol. M. Θύμμενον — καὶ παρὰ γεωργοῖς αἱ ὑποκεκαυμέναι ὑπὸ πάχνης ἄμπελοι ἐντεθυμμέναι καλοῦνται καὶ τὸ κακῶσαι τῷ καπνῷ τοῦ πυρὸς τὰς μελίσσας θῦσαι (θύψαι) λέγουσιν οἱ μελιτουργοί.

Vrpicem unum Ca. 10, 2. *no.*

Vrruncum V. 1, 48, 3. *Loco Aeliani in notatione laudato similis est alter Dioscor. de epithymo:* Θυμοῦ ἐστιν ἄνθος τοῦ σκληροτέρου καὶ θύμβρᾳ ἐοικότος· ἔχει δὲ κεφάλια λεπτὰ κοῦφα οὐραγοὺς ἔχοντα ὡς τρίχας. *ubi Scaliger corrigebat ad Propert. p.* 275. *ed. Commel.* οὐριαχοὺς ἔχοντα ὡς στοιχάς: *i. e. mucronata cuspide, spicatum quali stoechadis: et comparat* οὐριαχοὺς *hastarum apud Homerum, id est cuspides.*

Vrsini adipis vires P. 1, 35, 1. ursinus sanguis C. Arb. 15.

Vrticae enecant anserculos C. 8, 14, 7. Vrticae genera duo breviter notat Dioscor. IV, 94. semine seu fructu lini, globuloso igitur. Igitur globulifera Linn. esse videtur. Feminam silvestrem vocat Plinius 21. s. 55. Vtramque pinxit Dodartius tab. 38. De sexu et figura fructus indicium praebet locus in Scholiis ad Aristoph. Lysist. 549. ubi μητριδίων ἀκαληφῶν interpretantur, unde sua dusit Suidas in Τήθη. Ibi igitur est: κνίδη—ἐπὰν δὲ σχῇ τὰς μητέρας τουτέστι τὰς τοῦ σπέρματος σφαίρας, ἀκαλήφη λέγεται — μητριδίας δ' ἐκάλεσε τὰς ἐχούσας τὸ σπέρμα. Vnde apparet recte distinsisse olim vulgus etiam amenta foemiooea fructu globoso ioduentia se, seiuncta a flosculis masculis.

Vrvum ad V. 2, 1, 10. *not.*

Vsioni quae supererunt Ca. 38, 4. suae quod satis sit Ca. 145, 3, 149, 2.

Vsque adeo quo praecaveris Ca. 40, 3. dooec crassus erit Ca. 86 et 88. dum fiat Crassum Ca. 95, 1. usque eo dum colliquescant C. 12, 22, 2. raduotur quoad eliciatur sanguis C. 6, 31, 2. usque quoad erunt lactentes, *quam diu* V. 2, 7, 12. usque quo iocipit esse P. Mar. 1, 1. usque donec commadebit Ca. 156, 5. usque dum habebis dato Ca. 30. usque in nostra tempora C. 12 pr. 7. in LX annum C. 11, 1, 3. in annos VII. P. F. 26, 2. in Kal. Octob. C. 4, 5. usque tunc P. Nov. 7, 18.

Vstura oe constringat medicamentum Veg. 6, 8, 3.

Vsurarum semisses C. 3, 3, 9. usura semissium C. 3, 3, 9 et 10. Vsuram adiiciunt quaedam servata diutius V. 1, 69, 1.

Vsurpare res urbanas *agere* V. 2 pr. 1. usurpatur haec iositio aestivo tempore C 5, 11, 2. haec non sunt usurpaoda (*facienda*) continuis annis C. 12, 41, 3. usurpant hoc nomine ramos agricolae C. 5, 6, 11.

Vsus magister C. 10, 339. C. 4, 11, 2. et experientia domioantur in artibus C. 1, 1, 16. cum usus exigit C. 12, 7, 5. in hoc usu *pro* in hunc usum C. 12, 48, 5. usu continuo gratia pascui exolescit C. 7, 3, 20. io usu est post annum, *adhibetur* C. 12, 21, 1. siquid usus venerit Ca. 4, 2.

Vt ἐκβατικόν. eo conveniunt, ut ipsi se necent curculiooes V. 1, 63, 1. — *conditionale est*: ut Saserna dicat verum V. 1, 19, 1. ut haec scripserit in agricultura V. 1, 2, 26. — *pro* verbi gratia V. 2, 1, 22. 2, 2, 10. ut pota C. 5, 2, 4. — ut enim ἄτε δὴ *Scal. ad* V. 2, 9, 1. *vid.* Quod enim. — ut maxime C. Arb. 7, 4. — *omissum, vel* ἀπὸ τοῦ κοινοῦ *repetendum ex* ne *praemisso* C. 8, 7, 4. — ut consideret vinitor *pro* con-

Vulsus Veg. 2, 25, 4. *not.* 5, 64, 4. 5, 65. 5, 67, 1. Graece ῥηγματίης Hippocrati.

Vulturnus, *Eurus* C. 5, 5, 15. 11, 2, 65.

Vultus. vultu eodem venit aestas aut hiems C. 1 pr. 23.

Vulva, volva *ad* V. 2, 1, 19. p. 400.

X

X decussis C. 3, 13, 12. — X *pro* ss. P. Mar. 1. *extr. in V. L. ad* h. l. *et saepe codex Columellae Lips. Etiam saepe apud Vegetium v. g.* de Isxis *h.* e. Iassis 2, 10, 10 et 12. *ita* trissago, trixago *cet.*

Xylobalsamum C. 12, 5, 2.

Xystum, *de eo obiter* ad Var. III, 5. p. 509. *Quae ibi tradidi, accuratius explicavit, qui Plinii Laurentinum descripsit et delineavit F. A. Krubsacius, architectus, in libello edito Lipsiae* 1760. *p.* 54, 55. *ubi Gallico vocabulo* Terrasse, *vernaculo vero*, *primum a Sturmio adhibito*, Gartenaltan, *vocandum censet. Idem in descriptione Pliniani Tusculani edita* 1763. *p.* 33—36. *multis suam opinionem confirmavit. Ambulationem docet p.* 36. *esse*, *quam nobis* Heckengang, *gestationem quam* Baumgang *vocare liceat. Quamquam in loco Columellae* 1, 6. *ambulationes potius tectae ante aedes*, *quae porticus vicem gerunt*, *esse videntur.*

Y

Ὑποστύφω vide στύφω et στύμμα.

Yricus Veg. 2, 10, 4. *forte* colore iridis. Gesner.

Yringion *in Vegutio saepe erat pro* Eryngio *v. g.* 1, 17, 14.

Yris *saepe erat antea in Vegetio pro iride.*

Z

Z *pro* S *in MSS. Viet.* Ca. 102.

Zeus piscis C. 8, 16, 9.

Zinziberis triti P. O. 20, 2.

Ziziphus arbor apibus grata P. 1, 37, 2. rutila et alba C. 9, 4, 3. *not.* satio et cultura P. Apr. 4, 1. *not.*

Zizipha ut serventur P. Apr. 4, 3. MS. Pal. et alii Codd. *zizyphum.* Officinae *iuiubas*, Itali *Giuggiole* vocant.

Zmurus *pro* Smyrna *Victor. ad* Ca. 102.

Zythi Pelusiaci pocula C. 10, 116. *Graece* ζῦθος, τὸ et ὁ. *Africani Cesti p* 299. πίνουσι γοῦν ζυγὸν Αἰγύπτιοι, κάλαμον Παίονες, Κελτοὶ βερβησίαν, σίκερα Βαβυλώνιοι· *ubi recte corrigunt* ζῦθον—κερβησίαν *i. e. cerevisiam. In margine praeterea est* κάμον *pro* κάλαμον.



INDEX RERVM

QVAE IN HOC QVINTO VOLVMINE

CONTINENTVR.

FINIS.

Facultate obtenta.





